ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XXVII - SERIES II - VOL. II

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M • DGGCG • XXXV

An. et vol. XXVII 24 Ianuarii 1935 (Ser. II, v. II) - Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

EPISTOLA

AD R. P. D. PETRUM GERLIER, EPISCOPUM TARBIENSEM ET LAPURDENSEM, DE SUPPLICATIONIBUS LAPURDÏ INSTITUENDIS AD EXITUM ANNI IUBILARIS.

PIUS PP. XI

Venerabilis frater, salutem et apostolicam bened.ictio.nem.— Quod tam alacri volentique animo amplexus es, susceptum a dilectis filiis nostris consilium, Francisco nempe S. B. E.-Card. Bourne — quem recens vita functum comploramus — ac Ioanne S. B. E. Card. Verdier, Archiepiscopo Parisiensi* celebrandi scilicet Lapurdi, proximo mense Aprili, ad prodigiàle Immaculatae Virginis specus, publicas in triduum supplicationes, ita quidem ut per tres eas dies noctesque, quibus propagatum ad universum catholicum orbem humanae Bedemptionis Iubilaeum explebitur, Eucharistica Sacrificia perpetuo inibi continenterque agantur, id profecto contineri non possumus quin summopere dilaudemus. Siquidem quo aptiore modo, quo digniore potest finis saecularibus hisce sollemnibus ac veluti corona imponi? Si enim tot tantaque sunt'} quae a sacratissimo Bedemptoris nostri opere profluunt beneficia, at divina Eucharistia, mirabile illud christianae vitae quasi centrum ac ratio maxima, itemque per eam incruento modo perennatum Calvariae Sacrificium, eiusmodi munera sunt, ut non solum maius quidquam humana cogitatione effîngi non possit, sed infinitam etiam ipsius Dei videantur explevisse potentiam, exhausisse misericordiam.

Ad Augustum igitur Altaris Sacramentum, undeviginti a tanto accepto beneficio elapsis saeculis, mentem convertant pietatemque intendant

christiani omnes; per profluentes ex eo gratiae rivos labes eluant, commissa expient, ac suas, quibus tantopere premuntur, angustias aegritudinesque ei concredant ac confidant, qui unus potest eas lenire, relevare et ad caelestia erigere. Quodsi poterunt, — ac spem fovemus bonam plurimos posse — undique terrarum, undique gentium Lapurdum petant, ibique, nullo habito nationis discrimine, per fidem caritatemque fraterno foedere coniuncti, incensas preces supplicationesque fundant « ad Patrem misericordiarum et Deum totius consolationis », praesentissimo interposito Deiparae Virginis patrocinio, hereditaria labe ab origine expertis. Etenim non sine caelestis Numinis consilio contigisse putamus ut sacro hoc temporis spatio, quo humanae Eedemptionis Iubilaeum celebratur, quintum ac decimum expleretur lustrum ab habitis ad Massabiellense specus almae divini Eedemptoris Matris supernis manifestationibus.

Iamvero hodie, si umquam alias, divina ope indigemus precibus impetranda; indigent populi, gentes, universaque hominum Civitatumque consortio. Quae in praesentia impendent mala tanti ponderis tantaeque sunt gravitatis,, ut vix aliquid levamenti afferre videantur; quae vero in posterum formidamus, omnium animos suspensos atque anxios agunt. Illud vero maxime dolendum est, quod redintegrantur multis locis ethnicorum mores; atque eorum doctrina, caelesti illi a Iesu Christo partae repugnans, in summa laude habetur.

At ubi pervicax humanae mentis superbia peccat, ibi potissimum paenam luere necesse est. Siquidem, ut magno cum paterni animi moerore experimur, nullum potest — remoto Deo, eius posthabita lege neglectoque auxilio — necessarium tot maiorum cumulo adhiberi remedium. Si humana tantummodo industria prudentiaque permoti atque adacti, paci prosperitatique stabiliendae studeant homines, procul dubio fugientem sequuntur, inhaerent labenti. Nos itaque, quotquot christiano nomine gloriammo divinaque fide alimur, inde aegrotanti humano generi salutem efiiagitemus, a Deo nempe, unde solum oriri potest. Quaeque per impertitum catholico orbi maximum extra ordinem Iubilaeum roganda impetrandaque nominatim proposuimus (cfr. Const. Apost. « Quod nuper » 6 Ian. 1933 - « Quod superiore anno » 2 Apr. 1934) haec per próximas Lapurdenses supplicationes, perque tot Eucharistica sacrificia celebranda enixis precibus implorentur; idque potissimum ut, restinctis, quae serpunt, simultatibus, dissidiorum rationibus feliciter compositis, ac tranquillatis ubique rebus, christiana veri nominis pax animis, populis nationibusque arrideat: pacem inquimus, quam Christus nascens, concinentibus angelis, attulit; a mortuis resurgens discipulis impertita; atque omnibus, adscensurus ad Patrem, sacrum veluti pignus reliquit. Ac velit — instanter adprecamur -— Imma-

culata Virgo Maria, quae ad Massabiellense specus tanta edidit atque edit, donante Deo, rerum mirabilia, supplicantium voces benigna audire; impetret eadem tandem aliquando a propitiato Filio suo laboranti nominum societati feliciora tempora: ita quidem ut obcaecatis mentibus — eorum praesertim qui rebellionem in Deum propalam arroganterque iactant — veritatis virtutisque lumen affulgeat; devii aberrantesque ad rectum iter adducantur; atque debita ubique tribuatur Ecclesiae libertas, populisque omnibus concordia oriatur verique nominis prosperitas.

Cuius quidem felicis exitus ea maiorem Nobis spem faciunt atque adaugent, quae illorum in animo est, qui huic incepto efliciendo student, consociatis viribus animisque ad rem deducere. Etenim, praeterquam quod omnia diligentissime apparare pollicentur ut e quam plurimis potest nationibus christifideles Lapurdum frequentissimi conveniant, sacras eiusmodi caerimonias celebraturi, hoc etiam exsequendum laudabili consilio praemeditantur, christianos scilicet omnes adhortari ut in sua cuiusque dioecesi, praeeuntibus sacrorum Antistitibus, Lapurdensia in triduum sollemnia participent, Eucharisticis in hanc rem oblatis sacrificiis peculiaribusque adhibitis ubique precationibus. Quapropter per eos dies universus catholicus orbis, ab ortu solis usque ad occasum, una voce unoque animo, supplices, ad Deum eiusque sanctissimam Matrem manus attollet, misericordiam, pacem, salutem impetraturus. Grande sane spectaculum, ex quo feliciora portendi licet rerum auspicia! Grande spectaculum, caelo dignum, venerabilis frater, quod Nos iam nunc, supernis perfuso animo solaciis, mentis oculis praecipientes complectimur, quodque illud in memoriam revocat Malachiae prophetae, qui ope divina futuri temporis arcana prospiciens, Deum ipsum loquentem inducit: « Ab ortu... solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda ». (Mal., I, 11). Quodsi hoc, ob alternam diei noctisque vicem, per terrarum orbem cotidie efficitur, at illorum dierum spatio incensiore caritatis aestu eventurum confidimus. Cernet igitur mundus, terrenarum rerum studio disiectus totque iactatus dissidiis, universam christifidelium familiam, una mente, una fide unaque prece coniunctam, veniam lapsis, trepidantibus pacem, miseris solacium, famelicis panem ac denique errantibus omnibus veritatis lucem ac salutis portum impetrare. Hac Nos laetissima spe freti, uberes laboribus vestris fructus a Deo ominamur atque precamur; idque nominatim ut fidelium pietas in Augustum Altaris Sacrificium magis magisque per próximas celebrationes alatur ac salubriter excitetur.

Interea vero, paternae benevolentiae Nostrae testis esto ac caelestis gratiae conciliatrix apostolica benedictio, quam cum tibi, venerabilis

frater, iisque omnibus, qui studiosam suam coepto huic exsequendo dabunt operam — imprimisque dilecto filio Nostro Ioanni S. B. E. Card. Verdier Archiepiscopo Parisiensi — tum iis etiam, qui sollemnibus eiusmodi sup* plicationibus pio animo intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die x mensis Ianuarii, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PIUS PP. XI

APPENDIX

MOTU PKOPBIO

INSTITUITUR COETUS SUPER CONSULTATIONIBUS TECHNICIS

PIUS PP. XI

Avendo la Commissione per i Pubblici Lavori, da Noi istituita nel *V* anno .1929, esaurito, con pari sollecitudine che competenza e merito, i compiti affidati alla medesima, la dichiariamo cessata.

Istituiamo una Consulta Tecnica, attribuendo alla medesima funzioni consultive e di sorveglianza in materia edilizia. Essa si compone di un Presidente e di quattro membri, da nominarsi da Noi. U Segretario sarà eletto dalla Consulta fuori del suo seno.

Deve essere sentito il parere della Consulta Tecnica su tutti i lavori, sia di costruzione, sia di straordinaria manutenzione, relativi agli immobili di proprietà della Santa Sede, situati nella Città del Vaticano o fuori dello Stato, ed in particolare agli immobili indicati negli articoli 13, 14, 15 e 1<> del Trattato del Laterano.

La Consulta Tecnica è tenuta, inoltre, a dare il suo parere su tutte le questioni che possono essere sottoposte alla medesima da Noi o dal Governatore dello Stato della Città del Vaticano.

L'assetto e la manutenzione degli immobili di proprietà della Santa Sede, situati nella Città del Vaticano o fuori dello Stato, sono affidati alla Direzione Generale dei Servizi Tecnici del Governatorato della Città del Vaticano.

La Consulta Tecnica preparerà un Begolamento per l'esecuzione del presente Motu Proprio, da sottoporre alla Nostra approvazione.

Per la sistemazione, restauro e manutenzione delle opere d'arte, di proprietà della Santa Sede, situate nella Città del Vaticano o fuori dello Stato, in particolare delle opere d'arte situate negli immobili indicati negli articoli 13,14,15 e 16 del Trattato del Laterano, occorre il previo parere della Direzione Generale dei Monumenti, Musei e Gallerie Pontifìcie del Governatorato della Città del Vaticano.

I pareri della Consulta Tecnica, e quelli della Direzione Generale dei Monumenti, Musei e Gallerie Pontificie devono esserci sottoposti.

Qualsiasi disposizione contraria al presente Nostro Motu Proprio è abrogata.

Dato dal Nostro Palazzo Apostolico Vaticano, addi ventidue del mese di dicembre, l'anno millenovecentotrentaquattro, tredicesimo del Nostro Pontificato.

PIUS **PP.** XI

ACTA. SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

PBOVISIO ECCLESIAE TIM

Sanctissimus Doininus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

S Novembris J934. — Titulari episcopali Ecclesiae Theleptensi praefecit B. P. D. Ioannem Antonium de la Fuente, hactenus Episcopum Terulensem.

30 Novembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Mesembrianae, B. P. D. Angelum Iosephum Boncalli, Delegatum Apostolicum in Graecia et in Turcarum Bepublica, hactenus Archiepiscopum titularem Areopolitanum.

1 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Selensi, B. D. Petrum Mozzanica, Vicarium generalem archidioecesis Mediolanensis, quem deputava Auxiliarem Emi ac Bevmi Domini Alaphridi Ildephonsi S. B. E. Card. Schuster, Archiepiscopi Mediolanensis.

12 Decembris. — Ecclesiae Cathedrali Fossanensi, B. D. Angelum Soracco, Bectoreni Sanctuarii B. M. Y. a Monte Carmelo, in civitate *Lavagna* dioecesis Clavarensis.

15 Decembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Germensi in Hellesponto, B. D. Iosephum Mazzoli, Auditorem Delegationis Apostolicae •Aegypti, Arabiae, etc., quem deputavit Delegatum Apostolicum in Begno Bulgariae.

17 Decembris. —• Metropolitanae Ecclesiae Salisburgensi, B. P. D. Sigismundum Waitz, hactenus Episcopum titularem Cibyrensem.

22 Decembris. — Metropolitanae ecclesiae Torontinae, B. P. D. Iacobum Carolum Mac Guigan, hactenus Archiepiscopum Beginatensem.

— Cathedrali ecclesiae Trifluvianensi in Canada, B. P. D. Alaphridum Odilonem Comtois, hactenas Episcopum titularem Barcaeum.

— Cathedrali ecclesiae S. Mariae Ormensis, B. D. Baphaelem Hubertum Dignan, parochum in dioecesi Londonensi.

22 Decembris 1934. — Titulari episcopali Ecclesiae Lysiniensi, E. D. Baymundum Kearney, quem deputavit Auxiliarem R. P. D! Thomae Edmundi Molloy, Episcopi Bruklyniensis.

24 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Aquensi, E. P. D. Aemilium Eoques, hactenus Episcopum Montis Albani.

•— Metropolitanae Ecclesiae Bituricensi, E. P. D. Ludovicum Fillon, hactenus Episcopum Lingonensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Auxitanae, E. P. D. Virgilium Béguin, hactenus Episcopum Bellicensem;

— Cathedrali Ecclesiae Baionensi, E. D. Henricum Houbaut, parochum S. Sebastiani in urbe Nanceiensi;

— Cathedrali Ecclesiae Nanceiensi, E. D. Marcellum Fleury, parochum loci vulgo *Dourdan* in dioecesi Versaliensi.

II

DESIGNATIO OEDIN AEII PEO APPELLATIONE

E. P. D. Franciscus Mostyn, Archiepiscopus Cardiffensis[1], designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Menevensis. Quam designationem Sacra Congregatio Consistorialis die 26 Novembris 1934 benigne approbavit.

SACRA CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

INSTRUCTIO

PEO SIMPLICI SACERDOTE SACRAMENTUM CONFIRMATIONIS EX SEDIS APOSTOLICAE DELEGATIONE ADMINISTRANTE.

I

Novae Instructionis necessitas post promulgatum Codicem I. C. et post quasdam editas resolutiones quoad Confirmationis Ministrum et confirmandorum aetatem.

1. Sacramenti Confirmationis disciplina, notabiliter iam per Codicem iuris canonici innovata (can. 780-800), post ipsum Codicem promulgatum, luculentius est nonnullis locis explanata, quibusdam proditis resolutionibus ad dubia interdum delata Pontificiae Commissioni ad Codicis

canones authentice interpretandos, aut quaestionibus propositis Sacrae Congregationi de disciplina Sacramentorum, prout cuiusque Coetus postulabat ambitus et competentia. Cum igitur expediens foret integram ad rem prae oculis perspectam atque enucleatam habere disciplinam huiusce Sacramenti moderatricem, praesertim cum ipsum confertur per simplicem Sacerdotem, ex Sedis Apostolicae deputatione, opportunum visum est novam conficere atque edere Instructionem, quatenus fieri contingat, absolutam, quae nempe omnia scitu et factu necessaria complectatur, tum quod ad ministrum, tum quod ad subiectum, tum etiam quod ad ipsum ritum attinet, ut hoc Sacramentum quo, tamquam baptismi complemento, Spiritus Sancti plenitudo [1] confertur, graviter, rite ac religiose, prout ipsius sanctitatem decet, administretur.

Duplex hucusque, postremis nostris hisce temporibus, praefatae necessitati prospiciebat Instructio, quarum altera, iussu edita Supremae S. C. Bomanae et Universalis Inquisitionis anno 1888, inde a promulgato Codice I. C. magna ex parte obsolevit; altera vero, quamvis recentior, in appendice relata Bitualis Komani, auctoritate Ssmi D. N. Pii Papae XI ad normam Codicis I. C. accommodati,[2] additamentis opportunis, processu temporis invectis, equidem et ipsa indigere comperta est.

De nova igitur hac Instructione conficienda ac vulganda, seu de qui r busdam addendis vel demendis duabus memoratis Instructionibus et in unicam confiandis, mature disceptatum est in Plenario Coetu EE. PP. huius Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum habito die 21 Decembris 1928 in Palatio Apostolico Vaticano, praehabito unanimi voto EE. Patrum Inquisitorum Supremae S. C. S. Officii tum super necessitate eiusdem instructionis noviter edendae, tum super competentia in huiusmodi expediendo negotio ad hanc S. Congregationem de Sacramentis spectante: immutationes vero inducendae ab iisdem EE. Patribus statutae, ministrum Sacramenti et subiectorum aetatem respicientes, quasque Ssmus ratas habuit ac confirmavit die 31 Decembris 1928, in praesenti Instructione singillatim digestae perhibentur.

2. Quod ad ministrum prae primis attinet Sacramenti Confirmationis, dogmaticam definitionem Concilii Tridentini[3] mutuatus Codex I. C, canone 782 ordinarium huius Sacramenti ministrum solum Episcopum edicit, extraordinarium vero ministrum presbyterum, cui vel iure communi vel peculiari Sedis Apostolicae indulto facultas huiusmodi concessa sit. Ob eorum praecellentiam hac facultate ipso iure reapse fruuntur,

[1] S. THOMAS, *Sum. th.*, p. III, quaest. 72, art. 2.

[2] Editio typica, a. MDCCCCXXV.

[3] Sess. VII, *de confirmatione*, can. 3.

praeter S. E. E. Cardinales (can. 239 § 1 n. 23), Abbas vel Praelatus ***nulliusSf*** Vicarius et Praefectus Apostolicus, licet charactere episcopali carentes, qui tamen ea valide uti nequeunt, nisi intra fines sui territorii et durante munere tantum (can. 782 §§ .1, 2, 3), dummodo episcopali dignitate etiam insigniti non sint.

At praeter memoratos Praelatos, iure communi tali privilegio fruentes, non semel accidit ut in aliquibus omnino extraordinariis locorum et temporum adiunctis quarumdam regionum Americae Latinae, in quibus ordinarii seu nativi ministri, nempe Episcopi, copia forte non suppetit, gravi ideo et urgente exstante causa, Sancta Sedes quodammodo compellatur etiam ad simplicem Sacerdotem deputandum, tamquam Sacramenti confirmationis extraordinarium ministrum, ut illud scilicet ex apostolico indulto christifidelibus conferat. Hisce tamen casibus, admodum singularibus, semper fuit Ecclesiae mens et sedula cura, ut hic veluti suffectus ordinario confirmationis administer, quatenus fieri posset, in aliqua esset ecclesiastica dignitate constitutus, atque in propriae territorio dioecesis, ita ut v. g., usu Pontificalium frueretur ceterisque honorificis gauderet privilegiis atque insignibus, quae competere solent Protonotariis Apostolicis.[1] Huius praescriptionis ratio est materna Ecclesiae sollicitudo, qua iugiter cavet ne quid detrimenti capiat reverentia Sacramento debita et offensionis pia christianae plebis exspectatio Episcopi persona orbatae, atque ut confirmationis administratio, quatenus sinit substituti ministri persona, conspicuo splendore ac praeclara sollemnitate fiat.

Ee autem vera huic Sanctae Sedis agendi rationi consonat facultas, quae sub n. 3 recensetur in Litteris Apostolicis Pii Papae XI, diei xxx Aprilis an. MDCCCCXXIX, quibus Ordinariis, Sacerdotibus et christifidelibus dioecesium ac ditionum Americae Latinae privilegia ac facultates ad decennium conceduntur,[2] et quae hisce exprimitur verbis:

«... Ordinarii locorum deputare possunt ad Sacramentum Confirmationis administrandum Sacerdotes, quantum fieri potest, in aliqua dignitate ecclesiastica constitutos, vel munere Vicarii Foranei fungentes; nunquam vero simplices Sacerdotes, commorantes illis in locis, in quibus praedictum Sacramentum administrandum erit: servata nova S. Congregationis de disciplina Sacramentorum *Instructione* pro simplici sacerdote ex Sedis Apostolicae delegatione Sacramentum Confirmationis administrante ».

Huc etiam redit praxis ab hac S* Congregatione servata in Apostolicis indultis concedendis Sacerdotibus simplicibus, ut Confirmationem con-

[1] **Pius X, motu propr. *Inter multiplices,* 21 febr. 1905; Pius XI, const. *Ad incrementum,* 15 aug. 1934.**

[2] ***Acta Ap. Sedis,* a. XXI, p. 554.**

ferre valeant quibusdam in casibus reapse singularibus: semper enim eadem S. Congregatio cavit, prout adiuncta ipsa sinebant, ut hi vel Protonotarii Apostolici dignitate praefulgerent, vel ut ad huiusmodi munus dignius explendum tales renuntiarentur.

Suae tuendae praxi tum quoad extraordinarii ministri requisitam dignitatem, tum quoad memorata loca Americae Meridionalis (Latinae), quibus veluti privative indulta Apostolica ad rem largiebatur, omnem ad haec usque tempora adhibuit curam S. Congregatio de Sacramentis. Attamen aliquot abhinc annis pluries RR. locorum Ordinarii requisierunt an praefatae praxi derogare opportunum censeret, etiam ad Europae regiones nonnullas idem extendendo privilegium Americae Meridionali concessum sub similibus adiunctis; et haec eadem S. Congregatio in una *Namurcen, et aliarum* diei 25 Ianuarii 1924, sequens proposuit Plenario EE. PP. Conventui dubium diluendum: « An praxis deputandi sacerdotes episcopali charactere carentes ad Sacramentum Confirmationis administrandum, etiam in posterum servanda sit intra limites hactenus praefinitos, vel potius, instantibus gravibus et urgentibus causis, extendenda sit ad alias regiones etiam in Europa iii casibus particularibus », et responsio prodiit: « *affirmative* ad I partem, *negative* ad II et ad mentem ». Mens vero EE. PP. fuit « quod nihil esset immutandum in disciplina Ecclesiae, quam hactenus servavit et vetuit immutari H. S. C, factis tantummodo nonnullis exceptionibus pro aliquibus regionibus in America Meridionali, ubi servari non potest ius commune ob extraordinaria rerum et personarum adiuncta. Equidem simplex sacerdos est minister extraordinarius Sacramenti Confirmationis per deputationem Sedis Apostolicae. Quodsi ex aliis regionibus exhibeantur huiusmodi petitiones, S. Congregatio suadeat Episcopis oratoribus ut recurrant ad S. Sedem pro obtinendo Episcopo Auxiliari seu Coadiutore, vel opem petant, pro huiusmodi Sacramento administrando, ab Episcopis finitimarum dioecesium ». Quod quidem responsum a Ssmo in Audientia diei 26 Ian. 1924 fuit confirmatum.

3. Duplex altera quaestio post Codicis promulgationem proposita, respiciebat mensuram aetatis confirmandorum, atque utraque fuit nuper per competentia S. Sedis organa resoluta.

Haec enim praecipit canon 788 in subiecta materia: « Licet Sacramenti Confirmationis administratio convenienter in Ecclesia Latina differatur ad septimum circiter aetatis annum, nihilominus etiam antea conferri potest, si infans in mortis periculo sit constitutus, vel ministro id expedire, ob iustas et graves causas, videatur». Hinc quaesitum fuit a Pont. Commissione ad Codicis canones authentice interpretandos utrum

relatus canon constituat tantum normam directivam, an potius vere praeceptivam: et EE. PP. eiusdem Pontif. Commissionis in Plenario Coetu diei 7 Iunii 1931, proposito dubio: « An canon 788 ita intelligendus sit ut Sacramentum Confirmationis in Ecclesia Latina ante septimum circiter aetatis annum conferri non possit nisi in casibus, de quibus in eodem canone », responderi mandarunt: *Affirmative.*

Quoniam vero in Hispania et alicubi, praesertim in America Meridionali, viget consuetudo administrandi Sacramentum Confirmationis pueris ante usum rationis, etiam immediate post collatum baptismum, a Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum, edita supradicta responsione, quaesitum fuit an talis consuetudo adhuc servari possit.

In Plenario itaque Coetu Emorum Patrum huius Sacrae Congregationis, habito die 27 Februarii 1932, re mature discussa, proposito sequenti dubio: « An consuetudo antiquissima in Hispania et alicubi vigens ministrandi Sacramentum Confirmationis infantibus ante usum rationis servari possit, Emi Patres responderunt: *Affirmative et ad mentem* ». «Mens est ut, ubi Sacramenti Confirmationis administratio differri potest ad septimum circiter aetatis annum, quin obstent graves et iustae causae ad normam can. 788, contrariam consuetudinem inducentes, fideles sedulo edocendi sunt de lege communi Ecclesiae Latinae, praemissa Sacrae Confirmationis administrationi illa catechesis instructione, quae tantum iuvat ad animos puerorum excolendos et in doctrina catholica solidaudos, prout experientia docet ».

In Audientia diei 2 Martii eiusdem anni, referente Secretario eiusdem S. C, Ssmus Dnus Noster Pius Papa XI responsionem ratam habere et confirmare dignatus est.

Ne autem ex hac resolutione aliquis error irrepat aut non recta intelligentia de sacrorum canonum intentione et praecepto circa aetatem admittendorum ad primam Communionem Eucharisticam, declaravit eadem S. Congregatio, equidem opportunum esse et conformius naturae et effectibus Sacramenti Confirmationis, pueros ad sacram mensam prima vice non accedere nisi post receptum Confirmationis Sacramentum, quod est velut complementum baptismatis, et in quo datur plenitudo Spiritus Sancti (S. Thomas, p. III, quaest. 72, art. 2); non tamen iidem censendi sunt prohiberi quominus ad eandem mensam prius admittantur, si ad annos discretionis pervenerint, quamvis Confirmationis Sacramentum antea accipere non potuerunt.[1]

Resolutio S. C. de disciplina Sacramentorum diei 30 Iunii 1932, relata in *Acta Ap. Sedis,* XXIV, p. 271 seq.

Si agitur proinde de puero, qui gravi morbo laboret, adeo ut constitutus dicatur in mortis periculo, non solum prohibitum non est illi ante septennium Sacrum Chrisma administrare, sed expedit, ut id fiat, unde ex hac vita demigrans maiorem gloriam, iuxta S. Thomae doctrinam (p. III, quaest. 73, art. 8 ad 4), in caelis consequatur. Aliae insuper iuxta probatam plurium Theologorum sententiam[1] esse possunt legitimae causae, praeter consuetudinem iam memoratam, antevertendi septennium in collatione huius Sacramenti, et praesertim cum praevidetur futura diutina absentia Episcopi vel Presbyteri, cui facta sit facultas illud administrandi, vel alia urget necessitas seu iusta et gravis causa.

II

Disciplina per Codicem I. C. inducta quoad Confirmationis administrationem a simplici Sacerdote peragendam.

1. Sacerdos igitur, cui facultas haec concessa fuerit, probe sciat Sacramentum Confirmationis conferri debere per manus impositionem cum unctione Chrismatis in fronte et per verba in pontificalibus libris ab Ecclesia probatis praescripta (can. 780).

2. Hoc Sacramentum, quod characterem imprimit, iterari nequit; si vero prudens dubium exsistat, num revera vel num valide collatum fuerit, sub conditione iterum conferatur (can. 732).

3. Chrisma, quod huic Sacramento administrando, etiamsi per presbyterum simplicem, inservit, debet esse ab Episcopo, cum Apostolica Sede communionem habente, consecratum feria quinta in Coena Domini proxima superiore; neque adhibeatur vetus, nisi necessitas urgeat. Mox deficienti oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adiiciatur, etiam iterato, minore tamen copia (can. 734, 781). Nunquam vero licet sine Chrismate Confirmationem administrare vel illud ab Episcopis haereticis aut schismaticis accipere. Unctio autem ne fiat aliquo instrumento sed ipsa ministri manu capiti confirmandi rite imposita (can. 781 § 2).

4. Presbyter latini ritus cui, vi indulti, haec facultas competat, Confirmationem valide confert solis fidelibus sui ritus, nisi in indulto aliud expresse cautum fuerit. "Nefas est presbyteris ritus orientalis, qui facultate vel privilegio gaudent Confirmationem una cum baptismo infantibus sui ritus conferendi, eandem ministrare infantibus latini ritus (can. 782 §§4-5).

[1] BENEDICTUS XIV, in lib. 7, cap. X, n. 5, 6 et 7 *de Synodo dioecesana.*

5. Presbytero licet, si Apostolico locali privilegio sit munitus, in designato sibi territorio confirmare etiam extraneos, nisi id ipsorum Ordinarii expresse vetuerint (can. 784);

6. Presbyter, privilegio Apostolico donatus, obligatione tenetur Sacramentum hoc illis, quorum in favorem est concessa facultas, rite et rationabiliter petentibus conferendi (can. 785 §§ 1-2).

7. Aquis baptismi non ablutus valide confirmari nequit; praeterea ut quis licite et fructuose confirmetur, debet esse in statu gratiae constitutus, et, si usu rationis polleat, sufficienter instructus (can. 786), scilicet, pro suo ca.ptu, de natura, dignitate, effectibus ac dispositionibus ad digne Sacramentum huiusmodi recipiendum. Iuxta veterem Ecclesiae usum confirmandi deberent esse ieiuni, idque optandum propterea esset ut in praesenti etiam servaretur.

8. Quamquam hoc Sacramentum non est de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet, oblata occasione, illud negligere, imo parochi curent ut fideles ad illud opportuno tempore accedant (can. 787).

9. Quod vero ad aetatem confirmandorum attinet (can. 788) recolenda sunt quae fuse diximus sub I n. 3.

10. Caveant confirmandi n e sordida fronte, capillisque impexis ad hoc Sacramentum accedant, vestibus tamen sint induti, quemadmodum et patrini, simplicibus, et ad modestiam compositis. Mulieres vero illud suscepturae et quae matrinarum officium exercebunt, in ecclesiam ne accedant vanis indutae ornamentis aut fucata facie, sed cum omni modestia et reverentia.

11. Confirmandi, si plures sint, adsint primae manuum impositioni seu extensioni, nec nisi expleto ritu discedant (can. 789).

12. Hoc Sacramentum quovis tempore conferri potest; maxime autem decet illud administrare in hebdomada Pentecostes (can. 790).

13. Licet proprius confirmationis administrandae locus ecclesia sit, ex causa tamen, quam minister iustam ac rationabilem iudicaverit, potest hoc Sacramentum in quolibet alio decenti loco conferri (can. 791).

14. Ex vetustissimo Ecclesiae more, ut in baptismo, ita etiam in Confirmatione adhibendus est patrinus, si haberi possit (can. 793).

15. Patrinus unum tantum confirmandum aut duos praesentet, nisi aliud iusta de causa ministro videatur; unus quoque pro singulis confirmandis sit patrinus (can. 794).

16. Ut quis sit patrinus, oportet:

1) Sifc ipse quoque confirmatus, rationis usum assecutus et intentionem habeat id munus gerendi;

2) ÏTulli haereticae aut schismaticae sectae sit adscriptus, nec sententia condemnatoria vel declaratoria sit excommunicatus, aut infamis

infamia inris, aut exclusus ab actibus legitimis, nec sit clericus depositus vel degradatus;

3) Non sit pater, mater, coniux confirmandi;

4) A confirmando eiusve parentibus vel tutoribus, vel, hi si desint aut renuant, a ministro vel a parocho sit designatus;

5) Confirmandum in ipso Confirmationis actu per se vel per procuratorem physice tangat (can. 795).

17. Ut quis licite ad patrini munus admittatur, oportet:

1) Sit alius a patrino baptismi, nisi rationabilis causa, iudicio ministri, aliud suadeat, aut statim post Baptismum legitime Confirmatia conferatur;

2) Sit eiusdem sexus ac confirmandus, nisi aliud ministro in casibus-particularibus ex rationabili causa videatur;

3) Decimum quartum suae aetatis annum attigerit, nisi aliud iusta-de causa ministro videatur (can. 796);

4) Non sit propter notorium delictum excommunicatus vel exclusus ab actibus legitimis vel infamis infamia iuris, quin tamen sententia intercesserit,, nec sit interdictus aut alias publice criminosus vel infamis, infamia facti;

5) Fidei rudimenta noverit;

6) In nulla religione sit novitius vel professus, nisi necessitas urgeat et expressa habeatur venia Superioris saltem localis;

7) In sacris ordinibus non sit constitutus, nisi accedat expressa. Ordinarii proprii licentia (can. 766).

18. Ex valida Confirmatione oritur inter confirmatum et patrinum cognatio spiritualis, ex qua patrinus obligatione tenetur confirmatum perpetuo sibi commendatum habendi eiusque christianam educationem curandi (can. 797). Ex hac tamen cognatione spirituali iam non oritur impedimentum ad matrimonitim (can. 1079).

19. Nomina ministri, confirmatorum, parentum et patrinorum, diem ac locum Confirmationis parochus inscribat in peculiari libro, praeter adnotationem in libro baptizatorum (can. 798).

20. Si proprius confirmati parochus praesens non fuerit, de collata Confirmatione minister vel per se ipse, vel per alium quamprimum eundem certiorem faciat (can. 799).

21. Ad collatam Confirmationem probandam, modo nemini fiat praeiudicium, satis est unus testis omni exceptione maior, vel ipsius confirmati iusiurandum, nisi confirmatus fuerit in infantili aetate (can. 800).

III

Ritus servandus a simplici sacerdote Sacramentum Confirmationis-conferente, iuxta Rituale Romanum Ssmi D. N. Pii Papae XI ad normam Codicis iuris canonici accommodatum;[1]

Cum tempus advenerit, quo sacerdos, utens facultate sibi ab Apostolica Sede, ut supra, tributa, administrare Confirmationem intendit, superpelliceo et stola, vel etiam pluviali albi coloris indutus, stans ante altare, versus ad populum hinc inde dispositum (masculis a dexteris, feminis vero a sinistris), circumstantes admoneat, quod nullus alius, nisi Episcopus, Confirmationis ordinarius minister est; se vero collaturum esse illam iure per S. Sedem delegato.

Mox, si huiusmodi delegatio per indultum facta fuerit, delegationis decretum lingua vernacula legatur alta et intelligibili voce; deinde sacerdos moneat adstantes, quod nullus confirmatus discedat, nisi benedictione accepta, quam ipse post omnium confirmationem dabit. Item, quod infantes, si quos in prima aetate iusta de causa (iuxta superius dicta I, n. 3) *confirmandos existimaverit, per patrinos teneantur in brachiis dexteris, et quod adulti ponant pedem suum super pedem dexterum patrini sui; vel patrinus ponat manum suam dexteram super humerum dexterum confirmandi, sive infantis sive adulti.*

Hac altera monitione completa, pariter stans versa facie ad confirmandos, iunctis ante pectus manibus, confirmantibus vero genua flectentibus et manus ante pectus iunctas tenentibus, dicit:

y. Spiritus Sanctus supervéniat in vos et virtus Altissimi custodiat vos a peccatis.

T$. Amen.

Deinde signans se a fronte ad pectus signo crucis, dicit:

f. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

T$. Qui fecit caelum et terram.

y. Domine exaudi orationem meam.

T$. Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum.

ip. Et cum spiritu tuo.

[1] **Editio typica a.** MDCCCCXXV.

Tunc extensis versus confirmandos manibus, dicit:

Oremus Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui regenerare dignatus es hos fámulos tuos ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedisti eis remissionem omnium peccatorum: emitte in eos septifórmem Spiritum tuum Sanctum Paraclitum de caelis.

1$. Amen.

Spiritum sapienti» et intellectus.

J$. Amen.

Spiritum consilii et fortitudinis.

3^. Amen.

Spiritum scientiae et pietatis.

1$. Amen.

Adimple eos Spiritu timoris tui, et consigna eos signo Cru £g eis Christi, in vitam propitiátus aeternam. Per eundem Dominum Nostrum «Iesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. 3$. Amen.

Postea sacerdos confirmai illos per ordinem genuflexus primo mares, secundo feminas. Tino ordine confirmato, illi surgunt et alii genuflectunt, et confirmantur, et sic usque in finem. Inquirit autem singillatim de nomine cuiuslibet confirmandi sibi per patrinum vel matrinam flexis genibus praesentati, et summitate pollicis dexterae manus Chrismate intincta, confirmat eum dicens:

N. Signo te signo Cru £g eis, *quod dum dicit, imposita manu dextera super caput confirmandi, producit pollice signum crucis in fronte illius, deinde prosequitur:* et confirmo te Chrismate salutis. In nomine Pa £g tris, et Fi Ç8 hi, et Spiritus £g Sancti. 3$. Amen.

Et leviter eum in maxilla caedit, dicens: Pax tecum.

Ligantur mox vitiis lineis recenter confirmatorum frontes. Quod sicubi huiusmodi vittae non adhibeantur, Sacerdos, postquam frontes confirmandorum Unierit sacro Chrismate, eas gossypio, postea comburendo, diligenter abstergat.

Omnibus confirmatis, Sacerdos tergit cum mica panis, et lavat pollicem et manus super pelvim; deinde aqua lotionis cum pane fundatur in piscinam sacrarii, in qua reponi debent etiam supradictorum gossypiorum cineres.

Interim dum lavat manus, si adsint ministri, cantatur, vel legitur ab iis sequens Antiphona: alias post lotionem ab ipso sacerdote dicitur:

- Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis, a templo Sancto tuo, quod est in Jerusalem, *f.* Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in seecula saeculorum. Amen.

Et repetitur Antiphona: Confirma hoc, Deus, *etc,*

Qua repetita, Sacerdos stans versus ad Altare, junctis ante pectus mani bus dioit:*

Y. Osténde nobis, Dómine, misericordiam tuam.

T$. Et salutare tuum da nobis.

T. Dómine, exaudi orationem meam.

3$. Et clamor meus ad te veniat.

T. Dominus vobiscum.

1$. Et cum spiritu tuo.

Iunctis vero adhuc ante pectus manibus, et omnibus confirmatis devote genua flectentibus, dicit:

Oremus Oratio

Deus, qui Apostolis tuis Sanctum dedisti Spiritum, et per eos eorumque successores ceteris fidelibus tradendum esse voluisti; réspice propitius ad humilitatis nostrae famulatum, et praesta, ut eorum corda, quorum frontes sacro Chrismate definivimus, et signo Sanctae Crucis signávimus, idem Spiritus Sanctus in eis superveniens, templum gloriae suae dignánter inhabitándo perficiat: Qui cum Patre, et eodem Spiritu Sancto vivis et regnas Deus, in saecula saeculorum.

1$. Amen.

Deinde dicit: Ecce sic benedicatur omnis homo, qui timet Dominum. *Et vertens se ad confirmatus, ac faciens super eos signum Crucis, dicit:*

Bene £g dicat vos Dominus ex Sion, ut videatis bona Jerusalem omnibus diebus vitae vestrae, et habeatis vitam aeternam.

1$. Amen.

Absoluta hoc modo Confirmatione, Sacerdos sedens patrinos et matrinas monet, quod instruant filios suos bonis moribus, ut fugiant mala et faciant bona; et doceant eos Credo in Deum *et* Pater noster *et* Ave María *quoniam ad hoc sunt obligati.*

Hoc Sacramentum potest conferri minus sollemniterj et praesertim tunc, cum in privatis ^domibus, vel extra ecclesiam seu oratorium, pueris aegrotan iibus conferendum est, vel etiam adultis, qui ad ecclesiam quacumque ex causa, legitima tamen, accedere nequeunt. In iis casibus Sacerdos ne omittat uti saltem stola, si superpelliceîim habere non possit. Cavere etiam debet, ne coram haereticis, aut schismaticis, et multo minus eis ministrantibus, confirmet.*

Ssmus Pius Pp. XI feliciter regnans, habita de hac Instructione relatione ab infrascripto Cardinali Praefecto in Audientia diei 7 Maii 1934, eandem approbare et ratam habere dignatus est, mandans ut publici iuris fieret.

Datum Komae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die festo Pentecostes anni 1934.

£8 M. Card. LEGA, Episcopus Tusculanus, *Praefectus.*

L. © S.

D. Jorio, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

DECBETUM

IMMUTATUR NOMEN VICARIATUS APOSTOLICI DE SHENCHOW

îfuper urbs de Shenchow in Sinis (prov. Hunan) quae sedes est vicariatus apostolici eiusdem nominis, novo appellata est vocabulo de Yiianling, ita ut in praesentiarum vetus nomen a nemine adhibeatur nec in registris Publici Cursus reperiatur.

Proposuit exinde Excmus Delegatus Apostolicus Sinarum ut et nomen vicariatus apostolici de Shenchow in vocabulum vicariatus de Yüanling mutetur.

Eminentissimi vero Patres Sacrae huius Congregationis in plenariis comitiis die 10 curr. mensis Decembris habitis, mutationem propositam adoptandam esse censuerunt.

Quam Eminentissimorum Patrum sententiam ab infrascripto Sacrae huius Congregationis Secretario Ssmo D. IST. Pio div. Prov, Papae XI relatam, Sanctitas Sua approbans ratamque habens, iussit ut ex hac die in posterum vicariatus apostolicus hucusque vocatus de Shenchow, vocetur de Yiianling, ideoque praesens in re decretum redigi mandavit.

Datum Eomae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Prop. Eide, die 10 Decembris 1934.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. £8 S.

Carolus Salotti, *Secretarius.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, Ssmus Dnus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum:

9 Aprilis 1934. — Cathedrali Ecclesiae de Ranchi, praefecit R. P. Anscharium Sevrin, S. I.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thalensi, R. P. Ioannem Collins, e Societate Lugdunensi, pro missionibus ad Afros quem constituit Vicarium Apostolicum Liberiae.

28 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Gallensi, R. P. Nicolaum Laudario, S. I.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Elidensi, R. P. Martinum O' Gara {in Congregatione clericorum regularium a Ssma Cruce et Passione D. N, **I.** C, P. Cuthbertum a S. Cruce) quem constituit primum Vicarium Apostolicum de Shenchow.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vagadensi, R. P. Paulum Bouque, **e** Sacerdotibus Ss. Cordis quem constituit primum Vicarium Apostolicum de Foumbann.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vulturiensi, R. P. Franciscum Xav. Lacoursière, ex Societate Missionariorum Africae (vulgo Pères Blancs), quem constituit primum Vicarium Apostolicum de Ruvenzori.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ambiensi, R. P. Alexandrum Roy, ex Societate Missionariorum Africae, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successoris R. P. D. Stephani La Rue, Vicarii-Apostolici de Bangueolo.

9 Iulii. —• Cathedrali Ecclesiae Krishnagarensi, R. D. Stephanum Ferrando, e Pia Societate Salesiana S. Ioannis Bosco.

— Cathedrali Ecclesiae de Shillong (olim praefecturae apostolicae de Assam), R. D. Aloisium Mathias, e Pia Societate Salesiana S. Ioannis Bosco.

— Titulari episcopali Ecclesiae Zorolensi, R. P. Paulum 'Alegría, ex Ordine Recollectorum S. Augustini, quem constituit Vicarium Apostolicum <de Casanare.

— Titulari episcopali Ecclesiae Laginensi, R. P. Angelum Olano *y* Urteaga, in O. F. M. Oapuccinorum P. Leonem ab Alzo, quem constituit Vicarium Apostolicum de Guam.

23 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Zoravenae, R. P. Petrum Villekens, S. I., quem constituit Vicarium Apostolicum de Batavia.

24 Septembris 1934. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Darensi, E. D. Antonium Biberi, Delegatum Apostolum ad missiones Africae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Elatensl, E. P. D. Augustum Faisan-dier, hactenus Episcopum Trichinopolitanum.

12 Novembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Neopatrensi, E. P. D. Angelum Perez y Cecilia, hactenus Archiepiscopum Verapolitanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ucrensi, E. P. Franciscum Hoorwaarts, **e** Societate Verbi Divini, quem constituit primum Vicarium Apostolicum de Tsaochowfu in Sinis.

10 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Portus Augustae, E. D. Normannum Gilroy, e clero dioecesis Lismorensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Chobiensi, E. P. Iosephum Anscharium Julien, e Societate Missionariorum Africae, quem constituit Vicarium Apostolicum de Nyassa.

— Titulari episcopali Ecclesiae Myricenae, E. P. Paulum Misner, **e** Congregatione Missionis, quem constituit Vicarium Apostolicum de Yukiang.

— Titulari episcopali Ecclesiae Parlaitanae, E. P. Carolum Vogel, **e** Societate Parisiensi pro missionibus exteris; quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis E. P. D. Adulphi Eayssac, Vicarii Apostolici de Swatow.

— Titulari episcopali Ecclesiae Earicensi, E. P. Angelum ***"Negri*** e Congregatione Filiorum Ss. Cordis Iesu, quem constituit primum Vicarium Apostolicum -Nili Aequatorialis.

TU

NOMINATIONES

Successivis ut infra decretis Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit ad suum beneplacitum:

20 Aprilis 1934. — E. P. Ioannem Forest Hogan, O. F. M., *Superiorem ecclesiasticum missionis sui iuris de Bellary.*

28 Maii. — E. P. Caietanum Pasotti, **e** Pia Societate Salesiana, *primum Praefectum Apostolicum de Rajaburi.*

22 Iunii. — E. P. Henricum Piérard, e Pia Societate Presbyterorum ab Assumptione, *Superiorem ecclesiasticum missionis de Beni.*

— E. P. Gulielmum Lumley, e Societate Lugdunensi Missionum ad Afros, *Praefectum Apostolicum de Jos.*

14 Iulii. — B. D. Aloisium Santa, ex Instituto Missionum a Consolata, *Praefectum Apostolicum de Kaffa.*

14 Iulii 1934. — E. P. Philippum Winterte, e Congregatione a Spiritu Sancto, *Praefectum Apostolicum de Benue.*

26 Octobris. — E. D. Marcellum Paternot, e Societate Missionariorum Africae, *Praefectum Apostolicum de Bobodjoulasso.*

— E. D. Iacobum Moynagh, e dioecesi Ardachensi et Societati S. Patricii pro Missionibus exteris addictum, *Praefectum Apostolicum de Calabar.*

9 Novembris. — E. D. Paulum Hugentobler, e Seminario helv. Bethleemensi pro Missionibus ad exteris, *Praefectum Apostolicum de Tsits.*

10 Decembris. — E. D. Bernardum Franciscum May er e Societate de Maryknoll pro Missionibus exteris, primum *Praefectum Apostolicam de Wuchoio in Sinis.*

Item decretis Sacri Consilii christiano nomini propagando, die 2 Ianuarii 1935 Eevmus D. Manuel Menchaca nominatus est Praeses Pont. Operis a Propagatione Fidei, pro Eepublica chilena; die 19 Ianuarii Eevmus Can. *D.* Mcolaus Brînzeu, pro catholicis ritus orientalis in Eomania.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

• *Citationes ediotales*

I

FLOBENTIJSTA.

NULLITATIS MATRTMONII (PALASCHI-TIBALDI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis D. Virginii Tibaldi, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 9 Martii 1935, hora 11 a. m., ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti D. Virginii Tibaldi, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. © S. A. Jullien, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 12 Decembris 1934.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Virginius Tibaldi, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 3 Avril 1934, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-ïl de la nullité du mariage dans ce cas ?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Virginius Tibaldi, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

IANUEN.

NULLITATIS MATRIMONII (LICHERI-MANGIANTE)

Cum ignoretur locus actualis commorationis D. Iosephi Mangiante, in causa de qua supra conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) pro die 11 Aprilis 1935, h. 11 a. m., ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendo, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti D. Iosephi Mangiante, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. $ S. G. Heard, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 7 Ianuarii 1935.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Joseph Mangiante, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 15 Mars 1935, à 11 heures pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Joseph Mangiante, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 4 Dicembre 1934, presso l'Emo e Revmo Signor Card. Raffaele Carlo Rossi, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Giuseppa Rossello, del Terzo Ordine di S. Francesco* Fondatrice delle Suore della Misericordia, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria,* nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù, esercitate dalla predetta Serva di Dio.

Martedì, 18 Dicembre 1934, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *[Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù [esercitate dalla Serva di Dio Maria Vittoria Teresa Couderc, Confondatrice delle Suore di Nostra Signora del Cenacolo, e quindi sulla Riassunzione della Causa di Canonizzazione della Beata Giovanna Elisabetta Bichier des Ages, confondatrice dell'Istituto delle Figlie della Croce, dette Suore di S. Andrea.

Giovedì, 11 Gennaio 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei S. Riti *Particolare,* nella quale gli Eminentissimi e Revmi Signori Cardinali e i Revmi Prelati Officiali, componenti la medesima, hanno dato il loro voto sopra le seguenti materie:

1) Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti sopra due miracoli, uno della curia ecclesiastica di Alghero, l'altro in quella di Cagliari, per la causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Ignazio da Laconi, laico professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini.

2) Intorno al culto, in ossequio ai decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Francesco di Paola Tarin, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù.

3) Intorno al culto, come sopra, non mai prestato al Servo di Dio Galileo Nicolini, novizio della Congregazione della S. Croce e Passione di N. S. G. C.

4) Intorno al culto, come sopra, non mai prestato al Servo di Dio Fratel Esuperiano, dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane.

5) Intorno al culto, come sopra, non mai prestato ai Servi di Dio Filiberto Vrau e Camillo Feron. Vrau, laici.

6) Intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Francesca Schervier, del terzo Ordine di S. Francesco, Fondatrice delle Piccole Suore di S. Francesco.

7) Finalmente intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Suor Maria Emilia Fristel, Fondatrice della Congregazione delle Suore dei Sacri Cuori di Gesù e Maria.

Martedì, 15 Gennaio 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione *generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Servo di Dio Domenico Lent ini, sacerdote secolare.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio *XI,* felicemente regnante, si è degnato di nominare:

24 Maggio 1934. Il Revmo P. Cristiano Adams, dei CC. RR. Ministri degli Infermi, *Consultore della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

25 » » L'Emo Signor Cardinale Giulio Serafini, Prefetto della Sacra Congregazione del Concilio, *Membro della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

'5 Dicembre » L'Emo Signor Cardinale Gaetano Bisleti, Prefetto della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi, *Membro della Commissione Cardinalizia per l'Amministrazione dei Beni della Santa Sede.*

11 » » L'Illmo e Revmo Monsignor Decio Botti, *Consultore della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

13 » » L'Emo Signor Cardinale Luigi Sincero, Segretario della Sacra Congregazione «pro Ecclesia Orientali», *Presidente della Commissione Pontificia per la interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

18 » » Gli Emi Signori Cardinali Pietro La Fontaine, Patriarca di Venezia, e Luigi Lavitrano, Arcivescovo di Palermo, *Membri della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

2 Gennaio 1935. Il Revmo Padre Tito di S. Paolo della Croce, Procuratore Generale dei Chierici Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. C, *Consultore della Sacra Congregazione Goncistoriale.*

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

18	*Gennaio*	*1934.*	Monsig. Simoni Aristeo, della diocesi di Rockford.
25	»	»	Monsig. BigorDia Anastasio, della diocesi di Nuova Segovia.
22	*Febbraio*	»	Monsig. Gioia Ignazio, della diocesi di Taubaté.
1	*Marzo* '	»	Monsig. Jovannelli Traiano, dell'archidiocesi di Bucarest.
21	*Giugno*	»	Monsig. Josue Antonio, dell'archidiocesi di Santiago di Cuba.
5	*Luglio*	»	Monsig. Bardi Giuseppe, della diocesi di Livorno.
»	>	»	Monsig. Canigiani Fortunato, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Fantini Bartolomeo, della diocesi di Rimini.
»	»	»	Monsig. Pallotta Antonio, della medesima diocesi.
12	»	»	Monsig. Ronco Rodolfo, della diocesi di Aosta.
16	»	»	Monsig. Winkler Francesco, della diocesi di Secovia.
»	»	»	Monsig. Steinberger Giuseppe, della medesima diocesi.
19	»	»	Monsig. Postma Giuseppe, della diocesi di Haarlem.
26	»	»	Monsig. Connolly Tommaso, della diocesi di Brooklyn.
»	»	»	Monsig. Ganivan Carlo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Uleau Francesco, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Robinson Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Wilpert Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Kearney Raimondo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Winne Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Clarke Giovanni, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Reddy Girolamo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Gruenewald M. J., della diocesi di Belleville.
»	»	»	Monsig. Fallón Giovanni Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Gomes Emmanuele Saverio, dell'archidiocesi di Bombay.
2	*Agosto*	»	Monsig. Coburn Roberto, della diocesi di Columbus (Ohio).
»	»	»	Monsig. Scheik Giovanni, della diocesi di Utrecht.
9	»	»	Monsig. Jepparelli Domenico, della diocesi di Avellino.
»	»	»	Monsig. Porfido Eugenio, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Amodeo Crescenzio, della medesima diocesi.
16	»	»	Monsig. Muessener Ermanno, della diocesi di Aquisgrana.
23	»	»	Monsig. Sundrup Giuseppe, della diocesi di Barra do Pirahy.
»	»	»	Monsig. Rizzo Luigi, della diocesi di Santos.
6	*Settembre*	»	Monsig. Schnitzler Michele, della diocesi di Aquisgrana.
»	»	»	Monsig. Mikolajezak Giovanni, della diocesi di Milwaukee.
>>	»	»	Monsig. Me Evoy Matteo, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Clark Giovanni, della medesima diòcesi.
»	, »	»	Monsig. Kroha Giuseppe, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Casey Giorgio J., della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Morrison Giuseppe P., della medesima archidiocesi.

6 Settembre 1934. Monsig. Ciasen Michele, della medesima archidiocesi.
20 » » Monsig. Strzycki Giacomo J., dell'archidiocesi di Chicago.
» » ; » Monsig. Bohal Tommaso, della medesima archidiocesi.
22 » » Monsig. Foley-Durante, della diocesi di Dubuque.
3 Ottobre » Monsig. Chiesa Antonio, della diocesi di Cesena.
» » » Monsig. Severi Aldo, della medesima diocesi.
IL » » Monsig. Rickerman Teodoro, della diocesi di Münster.
» » » Monsig. Koudela Geysam, dell'archidiocesi di Strigonia.
26 » » Monsig. Danglmayr Agostino, della diocesi di Dallas.
27 » » Monsig. Begin Floyd, della diocesi di Cleveland.
15 Novembre » Monsig. Allegri Giovanni, della diocesi di Fidenza.
» ». » Monsig. Azzolini Carlo,'della medesima diocesi.
» » » Monsig. Vezzani Guido, della medesima diocesi.
22 » » Monsig. Stasek Teofilo, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Monsig. Caruso Luigi, della diocesi di Caltagirone.
» » » Monsig. Cercariolo Antonio, della diocesi di Treviso.
» » » Monsig. Cloots Guglielmo, della diocesi di Ruremonda.
29 » » Monsig. McCauley Giovanni V., della diocesi di Little Rocke.
» » » Monsig. Gallauger Giuseppe A., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Haerniger Andrea G., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Smith Tommaso F., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Healy Giovanni G., della medesima diocesi.
» » » Monsig. Alien Francesco, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Montiani Guido, della diocesi di Montepulciano.
6 Dicembre ' » Monsig. Burysek Giuseppe, della diocesi di Hradec Kralove.
» » » Monsig. Quirin Edoardo J., dell'archidiocesi di Cincinnati.
18 » » Monsig. Bargellini Guglielmo, della diocesi di Poggio Mirteto.
20 » » Monsig. Cusack Tommaso E., della diocesi di Springfield.
» » » Monsig. Moloney Timoteo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ryan Dennys J., della medesima diocesi.
» » » Monsig. McGrath Tommaso F., della medesima diocesi.
4 Gennaio 1935. Monsig. Mattioli Pietro (Roma).

Cameriere Segreto di Spada e Cappa di Numero:

29 Novembre 1934. 11 sig. Conte Chiassi Giovanni (Roma).

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

21 Luglio 1934. Sig. Galeazzi Enrico Pietro (Roma).

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S.:

2 Luglio 1934. — Monsg. Koneckny Ugo, dell'archidiocesi di Vienna,
» » » — Monsg. Hawala Giuseppe, della medesima archidiocesi.
» » » — Monsg. Matzinger Stefano, della medesima archidiocesi.
5 » » — Monsg. D'Ari Edoardo, della diocesi di Sessa Aurunca.
2 Agosto » — Monsg. Vuillermoz Alberto, della diocesi di Aosta,
16 » » — Monsg. Ficker Roberto, della diocesi di Aquisgrana.
1 Novembre » — Monsg. Cardani Giuseppe, dell'archidiocesi di Milano,
22 » » — Monsg. Bambas Stanislao, dell'archidiocesi di Praga,
Monsg. Petrum Lubomiro, delia medesima archidiocesi.
Monsg. Hora Engelberto, della medesima archidiocesi.
6 Dicembre » — Monsg. Melich Francesco, della diocesi di Hradec Kralove.
Monsg. Dudek Luigi, della medesima diocesi,
13 — Monsg. Pennisi Francesco, dell'archidiocesi di Catania,
» — Monsg. Aiello Orazio, della medesima archidiocesi.
22 — Monsg. Kaczamarek Ceslao, della diocesi di Plock.

Camerieri d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

7 Luglio 1934. — Monsig. Leb Giuseppe, dell'archidiocesi di Vienna.
12 » » — Sig. Podstatzky-Lichtenstein Luigi, della diocesi di Olomouc.
1 Ottobre » — Sig. Reynold Roskell Giovanni Francesco, della diocesi di Shrewsbury.
21 Novembre » — Monsig. Nowowiesjski Felice, della diocesi di Posnan.

Cappellani d'Onore extra Urbem *di S. S.*

25 Luglio 1934. — Monsig. Di Gaetano Salvatore, della diocesi di Mazara del Vallo.
1 Agosto » — Monsig. Venturini Mario, dell'archidiocesi di Modena.

NECROLOGIO

11 Ottobre 1934. — Monsig. Giuseppe Marco Semeria, Vescovo titolare di Prusa.
30 Novembre » — Monsig. Giovanni Collins, Vesc. tit. dì Antifello.
12 Dicembre » — Monsig. Eugenio Méderlet, Arciv. di Madras.
19 » » — Monsig. Giovanni Mondami, Arciv. tit. di Rusio.
» » » — Monsig. Giacomo O'Reilly, Vescovo di Fargo.
1 Gennaio 1935. — Emo Sig. Card. FRANCESCO BOURNE, del Titolo di S. Pudenziana, Arcivescovo di Westminster.
3 » » — Monsig. Francesco M. Redwood, Arciv. di Wellington.

An. et vol. XXVII 1 Februarii 1935 (Ser. II, v. II) - Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP, XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LAGEN, ET DE PONT A GROSSA

NOVA ERIGITUR PRAELATURA « NULLIUS » PALMENSIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad maius christifidelium bonum assequendum eorumque spirituale regimen facilius reddendum in dioecesibus, quae nimio territorio pateant et viarum itinerumque facilitate careant, procul dubio valde prodest, si ipsarum territorium in partes dismémbrete et aliae erigantur dioeceses aliis concredendae Antistitibus. Quae quidem Nos prae oculis habentes, ac serio considerantes in hisce rerum adiunctis exstare in praesenti Lagensem atque de Ponta Grossa dioeceses in Brasiliana Republica, peropportunum duximus ab harum dioecesium territorio quandam seiungere partem eamque in praelaturam *nullius* erigere. De consulto itaque venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, ac praehabitis venerabilium fratrum tum Benedicti Aloisi Masella, Archiepiseopi'titularis Caesariensis in Mauretania et apud Brasilianam Rempublicam Nuntii Apostolici, tum dioecesium Lagensis et de Ponta Grossa Ordinariorum favorabilius suffragiis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Nos, omnibus mature perpensis, de Apostolicae potestatis plenitudine, ab illarum Lagensis et de Ponta Grossa dioecesium territorio

partem separamus ac seiungimus, finibus prout infra describendis circumscriptam, illamque in praelaturam *nullius,* a *Palmas* urbe « Palmensem » nuncupandam, erigimus et constituimus. Huic autem novae praelaturae *nullius* territorium assignamus ad tria municipia pertinens, *Palmas* scilicet, *Clevelandia* et *Chapeco;* et idcirco eius fines erunt: ad septentrionem *Iguassu* flumen, ad occidentem *Respublica Argentina,* ad meridiem *Uruguay* flumen usque ad confluens flumen *Irany,* ad orientem limites civiles, qui a finitimis municipiis dividunt *Palmas* et *Chapeca* municipia. Sedem vero noviter sic erectae et circumscriptae praelaturae in urbe *Pahnas* constituimus, atque ecclesiam SS. Salvatori dicatam in ea exstantem ad ecclesiae praelatitiae gradum et dignitatem evehimus; quibus civitati et praelaturae Ecclesiae eiusque pro tempore Praelato omnia tribuimus iura et privilegia, quibus ceterae civitates et praelaturae Ecclesiae harumque Praelati in Brasiliana Republica gaudent, atque eis omnia iniungimus onera et obligationes iisdem adnexa. Decernimus insuper ut praelatura haec Palmensis metropolitanae Ecclesiae Curitybensi de Paraná sit suffraganea, eiusque Praelati metropolitico Archiepiscopi pro tempore iuri subiiciantur. Quod vero ad eiusdem praelaturae regimen et administrationem attinet, ad Vicarii capitularis, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, rite servari iubemus quae sacri canones praescribunt. Quod autem clerum praecipue spectat, volumus ac mandamus ut, simul ac praelaturae huius erectio ad exsecutionem demandata fuerit, eo ipso clerici omnes Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Mandamus insuper ut documenta omnia et acta, quae novam Palmensem praelaturam respiciunt, a dioecesium Lagensis et de Ponta Grossa cancellariis quam primum ad eiusdem praelaturae curiam transmittantur, ut in eius archivo religiose asserventur. In dotem autem ipsius praelaturae, praeter ea quae ad hunc finem iam collecta sunt, assignamus et attribuimus oblationes, subsidia et quaecumque bona ad hoc conferentur. Praeterea iuxta quae in Concilio Plenario Americae Latinae, Romae anno millesimo octingentesimo octogesimo nono celebrato, decreta sunt, ab hac quoque Palmensi praelatura eiusque sumptibus duo delecti iuvenes, aut saltem unus, non intermissa vice, ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe mittantur, ut sub fere oculis Nostris in spem Ecclesiae instituantur. Novam denique praelaturam hanc Palmensem Ordinis Fratrum Minorum sodalibus Provinciae Conceptionis tradimus et committimus. Ad quae autem omnia exsecutioni mandanda quem supra memoravimus venerabilem fratrem Benedictum Aloisi Masella, in Brasiliana Republica Nuntium Apostolicum, deputamus, eidemque omnes tribuimus facultates necessarias

et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et onus ipsi facimus, intra sex menses ab bis Litteris datis computandos, ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar transmittendi. Praesentes autem Litteras et in. eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse: sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Volumus et mandamus ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri, in ecclesiastica dignitate vel officio constituti, munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam Nostram dismembrationis, erectionis, evectionis, subiectionis, mandati, statuti, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, aut iis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo tertio, die nona mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P, Card. BOG GIANI
Cancellarius S. B. B.

Fr. R. C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a secretis.

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus,*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. XLIX, n. 46. - **I). Francini.**

II •• '

LACTJS ALBEBTI

EVECTIONIS PRAEFECTURAE APOSTOLICAE IN VICARIATUM

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Lacus Alberti praefectura apostolica, in mediae Africae regione illa sita, praeclarissimorum Martyrum de Uganda sanguine irrigata, ineunte Pontificatus Nostri anno primo, Apostolicis Litteris, die vicesima septima Iunii mensis datis, vicariatuum *Ugandensis* et de *Stanley Falls* territorii partibus a Nobis constituta et dilectis filiis Societatis Missionariorum Africae alumnis commissa, postremis hisce annis christifidelium et numero et fidei ardore, ob illorum quidem evangelicae veritatis praeconum zelum et eruditionis caritatisque opera, atque manifesto Beatorum illorum Martyrum Ugandensium patrocinio, tam prospera assequuta est incrementa, ut dilecto filio praefatae Societatis Missionalium Superiori generali peropportunum visum sit ab hac Apostolica Sede expostulare ut praefectura ipsa in vicariatum apostolicum eveheretur. Nos vero, nobili regioni illi Nostrae dilectionis documentum praebere quoque volentes, de venerabilium fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, ac praehabito venerabilis fratris Ioannis Dellepiane, Archiepiscopi titularis Stauropolitani, in Congo Belgico Delegati Apostolici, favorabili voto, omnibus mature perpensis, oblatis Nobis precibus annuendum censuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant *con*sensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, quam supra diximus *Lacus Alberti* in Africa Centrali praefecturam apostolicam, iisdem limitibus, quibus in praesenti circumscripta est, et sub eodem nomine, in vicariatum apostolicum erigimus et constituimus; atque illi eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri vicariatus eorumque Vicarii Apostolici iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent; nec non iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ut supra disposita et constituta rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum Litterarum transumptis vero aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nulli igitur hanc

' Nostrae voluntatis paginam ijpiringere vel ei contraire liceat; si quis vero, ausu temerario j hòc attentare praesumpserit,indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, se noverit incursurum.

Datum Romae ajmd S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricésimo tertio, die decima prima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P. Card. BOGGJANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Becanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Vincentius Bianehi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco vB Plumbi •
Beg. in Cane. Ap., vol. XLU, n. 25. - **G. Stara Tedde.**

III

OB N AN-KING SEU NANCHINENSIS

ERIGITUR VICARIATUS DE SHANGAi

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Iampridem Apostolica Sedes, pro amore quo flagrat erga nobilem Sineiisem nationem, nihil antiquius habuit, quam in ipsa civilis gubernii sede certam constituere missionem eamque cleri indigenae regimini et curis concredere, quo ipse maiores in catholico nomine propagando uberioresque fructus suos inter cives assequi valeat, atque simul novum exstet Christi Ecclesiae universalitatis documentum. Quod quidem eo libentius Nos perficiendum ducimus, cum in memoriam revocamus regionem illam, quae prius, adhuc in tenebris et umbra mortis sedens, apostolicis ven. mem. Matthaei Ricci aliorumque inclytae Societatis Iesu sodalium fuerit irrigata sudoribus, anno millesimo sexcentésimo sexagesimo ab Alexandro Septimo, Decessore Nostro, in vicariatum, ac dein triginta post annos ab Alexandro Octavo, et ipso Decessore Nostro, in dioecesim Nanchinensi nomine erectam fuisse; anno vero millesimo octingentesimo quinquagesimo sexto, dioecesi suppressa, eodem nomine Nanchinensi servato, vicariatum renovatum esse, et ex eius dismembrato territorio alios postea vicariatus constitutos esse, nempe de Anking, de Pengpu, de Wuhu, de Haimen et praefecturam apostolicam de Suchow. — Modo vero, cum ad optatam quam supra diximus erectionem, opera potissimum et studio venerabilis fratris Celsi Costantini, Archiepiscopi titularis Theodosiopolitani et in Sinis Delegati Apostolici,

absque ulla mora deveniri possit, Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto et collatis cum venerabili fratre Augusto Haouissee, Episcopo titulari Cercinitano et Vicari Apostolico de Nanking, consiliis, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, latissimum vicariatus apostolici de *Nanking* territorium, uti modo exstat, in duas dividimus partes, quarum una, civiles subpraefecturas de *Kiangning, Kaushun, Kiangpu, Huyoti, Lishui, Luho, Tantu, Kintan, Liyang, Tanyang, Yangchung, Wutsin, Ihing, Kiangyin* et *Wushïh* complectens, vicariatum ipsum Nanchinensem constituet, quem saecularis cleri sinensis curis committimus, eiusque sedem in ipsa Sinarum urbe principe, vulgo *N anhing,* constituimus; altera vero pars novum ac distinctum vicariatum apostolicum constituet, de Shanghai nuncupandum, quem Societatis iesu sodalium curis ut antea concreditum volumus. Utrique vero vicariatui apostolico eorumque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem vicariatus eorumque Praesules iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent; nec non iisdem eos adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia ut supra disposita et constituta, ea rata- *ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. — Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent^ Nulli ergo hominum hanc voluntatis Nostrae paginam infringere, vel ei contraire liceat; si quis vero hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo tertio, die tertiadecima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Fr. TH FÍUS, O. P., Card. BOGGÏANI P. Card. FUMASONÍ BIONDI
S. B. E. Cancella r ius. S. G. de Propaganda Fide a Secretis

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius AposiolicAis.*

Loco ^ Plumbi

Heg. in Gatte. Ap., vol. XLIX, n. 20. - G. Stara Tedde.

IV

DE YENCHOWFU

ERECTIONIS PRAEFECTURAE APOSTOLICAE «DE Y ANGELI! »

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad melius ac facilius christianam plebem rite regendam et gubernandam in dissitis potissimum illis regionibus nondum Evangelii lumine penitus conlustratis, haud dubie valde prodest, si animarum cura et regimen clero indigenae committi possit. Quod quidem probe noscens venerabilis frater Augustinus Henninghaus, Episcopus titularis Hypaepenus et Vicarius Apostolicus de Yenchowfu in Sinis, ab hac Apostolica Sede enixe postulavit ut e sui latissimo vicariatus territorio magna pars seiungeretur et clero ipsi indigenae concredenda nova erigeretur praefectura apostolica. Nos vero, libentissime eius precibus annuentes, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, ac attento praesertim venerabilis fratris Celsi Costantini, Archiepiscopi titularis Theodosiopolitani in Archadia et in Sinis Delegati Apostolici, favorabili voto, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, a quod supra diximus territorio vicariatus apostolici de Yenchowfu, sollertissimis Societatis Divini Verbi sodalium curis ex toto hucusque concrediti, civiles sex subpraefecturas de *Yangku, Showchang, Chaocheng, Kwanclieng, Faniisien* et *Puhsien* seiungimus ac separamus; earumque territorium in novam ac distinctam erigimus praefecturam apostolicam, quam de *Yangku* nomine appellari volumus et saecularis cleri sinensis curis committimus, quam maxime in Domino confisi illius cleri studio et industria catholicum nomen facilius illae dilatari posse. Novae itaque huic praefecturae apostolicae de *Yangku* eiusque pro tempore Praefectis omnia concedimus iura, privilegia et facultates, quibus ceterae praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; nec non iisdem eos adstringimus oneribus et obligationibus. Quae omnia ut supra disposita et constituta rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptas etiam impressis, notarii tamen publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, ean-

dem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nulli igitur hanc voluntatis Nostrae paginam infringere vel ei contraire liceat ; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo tertio, die tertiadecima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Gard. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco *ïfc* **Plumbi**

Beg. in Conc. Ap., vol. XLIX. n. 21. - G. **Stara Tedde.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTA TERESIA A PUERO IESU, VIRGO, PATRONA PRINCIPALIS ET S. RAPHAEL ARCHANGELUS PATRONUS SECUNDARIUS CONSTITUUNTUR DIOECESIS FLORIDENSIS AC MELENSIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Paterna caritas, qua christifideles omnes complectimur, Nos instanter admonet, ut eorum spirituali saluti ac profectui quantum in Domino possumus consulamus, ac propterea votis Episcoporum quamprime concedamus, quae ad hunc frugiferum finem spectant. Itaque cum hodiernus Episcopus Floridensis et Melensis in finibus Reipublicae Uruguayanae optata expiiniens communia cleri familiarumque utriusque sexus religiosarum nec non populi dioecesis sibi commissae, enixas Nobis preces adhibuerit ut Sancta Theresia a Puero Iesu caelestis Patrona ipsius Floridensis ac Melensis dioecesis, itemque Sanctus Raphael Archangelus Patronus secundarius constituantur et declarentur, Nos precibus votisque memoratis concedendum libenti quidem animo censemus. Audito igitur dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi praeposito, omnibus rei momentis sedulo studio perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae

potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctam Theresiam a Puero Iesu, virginem, praecipuam Patronam dioecesis Floridensis et Metensis in foribus Reipublicae Uruguayanae constituimus, declaramus; itemque decernimus ut Sanctus Raphael Archangelus sit eiusdem dioecesis Patronus secundarius, adiectis iuribus privilegiisque liturgicis, quae huiusmodi caelestium patronatuum propria sunt.

Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Contrariis, non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Aprilis anno MDCCCCLXXXIV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

lì E ATA MARIA VIRGO SUB TITULO « DELL'ARCO », PATRONA CONSTITUITUR OPPIDI « PXETRADEFUSI » IN ARCHIDIOECESI BENEVENTANA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — In loco, cui nomen *JPietradefusi* intra fines posito archidioecesis Beneventanae, templum exstat antiquum in quo Deiparae Virginis imago servatur peculiari christifidehum devotione pietateque eulta, sub vulgari titulo *deWArco»* Ad eandem vero Beatissimam Virginem *deWArco* ingenti fideles numero vel opem eiusdem imploraturi fidenter recurrunt, vel grates Eidem ob accepta beneficia habitai* Quapropter cum clerus, ordo optimatum populusque loci ipsius enixas preces, amplissimo suffragio commendatas Archiepiscopi Beneventani, Nobis humiliter exhibuerint, ut Beatissimam Virginem Mariam *deWArco* caelestem totius loci *Pietradefusi* Patronam praecipuam declarare dignemur; Eos, ad magis magisque fovendam et augendam cleri populique memorati loci pietatem in Deiparam, piis huiusmodi optatis ultro libenterque concedendum censemus. Audito igitur dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibus rei momentis attente perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, Bea-

tam Virginem Mariam sub enunciato titulo *deWArco* totius loci *Pietradsfusi* in archidioecesi Beneventana, praecipuam apud Deum Patronam constituimus et declaramus, adiectis iuribus privilegiisque liturgicis, quae huius caelestis patronatus propria sunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec constituimus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex. nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Aprilis anno MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

SANCTUS MATTHAEUS APOSTOLUS ET EVANGELISTA ITALORUM MILITUM AERARIAE REI TUENDAE PATRONUS CONSTITUITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Exponendum Nobis curavit dilectus filius supremus dux. militum rei aerariae praepositorum in Regno Italico sibi admodum in votis esse, ut etiam subiecti sibi milites, sicut alii in regiis copiis, peculiari caelesti Patrono donentur, ut ad grave officium suum adimplendum divinum auxilium facilius consequantur. Ab istis enim militibus, qui rei aerariae tuendae intendunt, in alpestribus locis ad patriae fines sive ad maris litora, asperrima saepe et periculis plena ducitur vita, quae etsi praepositorum studiosa cura et amore haud careat, divino tamen solacio ac caelesti praesidio peculiari modo indiget. Libenter igitur, paterna caritate compulsi, eorundem militum, quos memoravimus, supremi ducis preces, commendatione suffultas venerabilis fratris Archiepiscopi titularis Petrensis, Ordinarii militaris in Italia, exaudiré decrevimus; ut etiam vigiles Italiae finium custodes validum habeant apud Deum intercessorem. Conlatis igitur consiliis cum dilecto filio Nostro Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, Protodiacono S. Mariae Scalaris, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione .Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, S. Matthaeum Apostolum et Evangelistam, qui, ut legitur in Evangelio, antequam a Christo Domino

ad sui sequelam vocaretur, publicará munere fungebatur, italorum militum aerario praepositorum caelestem apud Deum Patronum constituimus ac declaramus.

Haec edicimus, statuimus; decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super Iiis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Aprilis anno MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

IV

SANCTUS ANTONIUS PATAVINUS PATRONUS AEQUE PRINCIPALIS UNA CUM S. FRANCISCO BORGIA CONSTITUITUR TOTIUS LUSITANIAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, hodiernus Lisbonensium Patriarcha, nomine quoque ceterorum Archiepiscoporum atque Episcoporum Lusitaniae, ad Nos refert admodum in votis esse clero populoque omni e Lusitania, ut pro Nostra benignitate Sanctum Antonium Confessorum, a Padua vulgo nuncupatum, Patronum aeque principalem una cum Sancto Francisco Borgia Confessore .universae Lusitaniae renuntiare dignemur. Eundem enim Sanctum Antonium, genere et ortu Lusitailum, etsi merito « totius mundi sanctum » a Decessore Nostro Leone XIII appellatum, omnes Lusitaniae christifideles, concives eius, maxima devotione colunt, iamque veluti potentem apud Deum et benignum protectorem venerantur. Nil itaque magis opportunum videtur quam hodiernis difficillimis temporibus Lusitanae nationi caelestem hunc constitui Patronum, cum minime dubitemus quin magnum in bonum atque illius regionis populi spirituale emolumentum hic sacer patronatus benevertat; ac Sanctus ipse, qui suas gentes tanta decoravit gloria alienasque tanta amplexus est caritate, certe patriam suam valida tutela integram incolumemque a calamitatibus omnibus îS'ervaturus sit. Ut igitur propterea votis memoratis concedamus, audito quoque dilecto filio Nostro Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Eituum Congregationis Praefecto,

omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex eerta scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum, Sanctum Antonium Patavinum Confessorem, totius Lusitaniae apud Deum Patronum aeque principalem una cum Sancto Francisco Borgia Confessore confirmamus ac declaramus, adiectis iuribus privilegiisque liturgicis quae huiusmodi caelestis patronatus propria sunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec decernimus, edicimus, statuentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x i II mensis Iunii anno MDCCCCXXXIV. Pontificatus Nostri decimo tertio.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

V

BEATISSIMA VIRGO MARIA LAPURDENSIS, PATRONA PRAECIPUA CONSTITUITUR OPPIDI ET VICARIATUS A « STELLA » IN DIOECESI SAVONENSI.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Edocemur admodum esse in votis clero populoque civitatis *Stella* nec non eodem nomine vicariatus foranei in finibus dioecesis Savonensis ut pro Nostra benignitate Beatam Mariam Virginem sub titulo Lapurdensem ipsius civitatis ac vicariatus Patronam declarare veKmus. Fertur quidem ad Nos iam ab anno millesimo octingentesimo octuagesimo octavo christifideles memorati loci in ecclesia matrice Sancti Martini Episcopi simulacrum Beatae Mariae Virginis Lapurdensis maxima pietate venerari et colere; idemque simulacrum anno millesimo nongentesimo nono aureo diademate redimitum esse; duosque post annos, occasione quintidecimi saecularis anni ab Ephesina Synodo, aureum quoque calicem eidem Virgini Immaculatae, devotionis causa, oblatum esse. Compertum praeterea habemus singulari populi frequentia quotannis dominica die prima mensis Septembris sub ritu duplici secundae classis, e privilegio nuper concesso, festivitatis apparitionis Beatae Virginis Lapurdensis sollemnitatem externam magno etiam cum fructu spirituali non

modo popularium loci sed etiam finitimae regionis celebrari. Quapropter Nos, audito dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibus rei momentis sedulo studio perpensis, praesentium Litterarum tenore deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ad magis magisque in dies fovendam atque augen» dam populi clerique memorati erga Sanctissimam Immaculatam venerationem et pietatem, perpetuum in modum Beatissimam Mariam Virginem Lapurdensem praecipuam vicariatus et civitatis *Sieila* in finibus dioecesis Savonensis, Patronam declaramus et constituimus, adiectis omnibus iuribus privilegiisque liturgicis, quae huiusmodi patronatus propria sunt. Con-r trariis non obstantibus quibuslibet. .

Haec statuimus, concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque ntegros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritmnque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit,

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x vi mensis Iulii anno MDCCCXXXIV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

VI

MT;TINENSE CATHEDRALE TEMPLUM HONORIBUS BASILICAE MINORIS AUGETUR

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Mutinae in Aemilia cathedrale exstat templum percelebre in quo corpus Sancti Geminiani Episcopi servatur et colitur. Fertur quidem ex historicis actis tum Ecclesiae Ravennatensis tum Mutinensis, ipsum Beatum Praesidem iam ab obitus eius tempore, quarto nempe a Sancta Redemptione saeculo exeunte, in antiquiore sacra aede conditum esse a Sancto Severo Ravennatensium Episcopo, iamque ab illa remota aetate christifideles non modo civitatis Mutinensis regionisve Aemilianae, sed peregrinorum more a longinquis etiam nationibus venientes, sacra Geminiani lipsana in templo, quod eius successor in sede episcopali Mutinensi Theodorus ad ipsiusmet honorem Deo dica vit, veneratos esse. At cum aliquot post saecula ob rerum temporumque iniurias vetus aedificium labefactari coepisset, Mutinenses cives novum hoc templum exstruendum pie studioseque curarunt marmoribus sculptis perpulcre

ornatum, arelútecturae ceterisque artis operibus insigne, in quod, Decessore Nostro Paschale Pp. II aliisque Praesulibus adstantibus, e veteri sede sollemniter translatum anno MCVI, sacrum Geminiani corpus sub altare novum repositum est. Lucius vero Pp. III, Decessor Noster, anno MCLXXXIV dictum templum, illud nempe quod et hodie in oculis nostris mirabile exstat, decem e Romana Ecclesia Cardinalibus, pluribus Archiepiscopis atque Episcopis, optimatibus urbis popularibusque adsistentibus, magna pompa consecravit, eandemque post consecrationem opera structurae atque ornatus aedificii, quod tribus navibus more basilicali constat, per multa tempora producta sunt. Nunc autem cathedrale templum Mutinense plane dignum habetur magna omnium admiratione; et revera inter maioris momenti ubique terrarum sacras religionis catholicae aedes procul dubio accensendum est. Nil mirum itaque si venerabilis frater Mutinensium Archiepiscopus atque Abbas Nonantulan ns, vota Nobis exprimens et commendans cleri populique suae dioecesis, enixis precibus roget Nos, ut templum cathedrale suum, huiusmodi tum gravibus rationibus insigne, sacris pretiosisque supellectilibus ditatum, a frequenti ac devoto populo celebratum religiosisque caeremoniis canonicorum €5apituli cura expletis condecoratum, titulo privilegiisque Basilicae minoris pro benignitate Nostra cohonestare velimus. Nos itaque, conlatis consiliis cum dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, qui Sacrorum Rituum Congregationi praeest, votis supphcationibusque memoratis annuendum censemus. Omnibus igitur rei momentis sedulo studio perpensis, Nos, hisce Litteris Apostolicis, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Nostrae potestatis apostolicae plenitudine, praelaudatum templum cathedrale Mutinense Sancti Geminiani Episcopi in honorem Deo dicatum titulo ac dignitate Basilicae minoris cum omnibus et singulis privilegiis atque honoribus adnexis perpetuum in modum condecoramus. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec volumus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Iulii anno MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EP[STOLAE

I

AD EMUM P. D. ALOISIUM EPISCOPUM PRAENESTINUM S. R. E. CARD. SINCERO: QUEM MITTIT LEGATUM AD CONVENTUM **EUCHARISTICUM** AGRIGENTINUM E TOTA SICILIA.

PIUS PP. XI

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Clarissima Agrigentina civitas, quae non minus christianae fidei splendore quam gloria antiquitatis et artis fulgere peroptat, in eo iam iamque est, ut conventum e tota Sicilia eucharisticum summa alacritate eoncelebret. Ad ipsam quod attinet perinsignem cathedralem ecclesiam, ubi sacra sollemnia singulari pompa et magnificentia peragentur, omnia sunt in promptu: foris commodior via gradusque molliores exstructa; intus pavimentum congruenter aequatum novisque exornatum lapidibus, altare maius aptiore situ locatum, organumque musicum, quod iam diu erat in votis, compactum decoratumque. Praeterea, quod plurimi interest, proborum fidelium animi peropportune monitis piisque exercitationibus incensi sunt ac parati, ut amplissimi honores statutis diebus Augusto Sacramento publice tribuantur et fructus salutiferi a christiano populo percipiantur. Quae autem proximis in coetibus, quibus fervidae ipsius insulae sacri Pastores intererunt., tractanda proponuntur, magnam profecto utilitatem prae se ferunt. Agetur enim inter alia de provehenda Catholica Actione, quam ab exordio Nostri Pontificatus « Nobis carissimam » appellavimus; agetur etiam de modo ac ratione, qua efficacius ad unicam Ecclesiam revocari possint devii illi Orientales, quos semper Nos paterno studio et anxia sollicitudine prosecuti sumus. Quapropter congressionis huius sollemnitatem augere cupientes et benigne obsecundantes votis Episcopi Agrigentini, qui celebritati et decori conventus ipsius in. suam urbem cogendi magna sedulitate prospexit, consilium coepimus, ut iam antea ediximus, tibi, venerabilis frater Noster, committendi ut personam Nostram in eo coetu geras. Hisce ergo litteris te Legatum Nostrum eligimus ac renuntiamus, qui Agrigentino congressui nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideat. Perspecta enim habemus et singulare studium, quo sanctissimae Eucharistiae obsequium cultumque fovere contendis, et curam sollertiamque tuam, qua gravissimum munus pro Ecclesia Orientali tibi a Nobis concreditum persoivis. Omnes autem, qui in unum convenient, Nostris verbis hortare, ut salutis nostrae Auctorem, qui, in tabernaculo abditus, tam amanter et nobiscum degit et caelesti sua

dape alit suamque ipsius vitam nos vivere iubet, sic demum redament, ut huius ardor caritatis, in omne opus bonum erumpens, ad Ecclesiae civilisque consortionis prosperitatem/edundet. Quo vero eiusmodi celebratio fidelibus maiores fructus afferat, tibi ultro facultatem damus, ut certa die, Sacro sollemniter peracto, christiano adstanti populo nomine Nostro benedicas, plenariam eidem commissorum veniam proponens, ad praescripta Ecclesiae lucrandam. Horum interea caelestium munerum coneiliatrix ac testis praecipuae Nostrae caritatis esto apostolica benedictio, quam tibi, venerabilis frater Noster, sollerti Agrigentino Episcopo ceterisque Siculorum Antistitibus ac fidelibus universis, qui sacris aderunt sollemnibus, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die i mensis Maii, in festo Sanctorum Philippi et Iacobi, anno MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

PIUS PP. XI

II

AD E. P. AUGUSTINUM BEA, E SOC. IESU, PONTIFICII INSTITUTI BIBLICI RECTOREM, QUINTO AC VICESIMO EXEUNTE ANNO AB INSTITUTO CONDITO.

PIUS PP. XI

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quinto ac vicesimo exeunte anno, ex quo Pontificium Institutum Biblicum per Decessorem Nostrum Pium X sanctae memoriae in hac alma Urbe conditum est, temperare Nobis non possumus, quin illud paterna Nostra laetitia et gratulatione prosequamur. Concepta enim spes laetissimorum fructuum, qui in ipso Athenaei exordio profecturi inde exspectabantur, Apostolicam hanc Sedem Ecclesiamque universam minime fefellit. Et sane, splendidum hoc divini verbi convivium plus quam nongenti ex utroque clero variisque ex gentibus selecti adulescentes hucusque concelebrarunt, quorum ahi in Scripturam Sacram tradendam nunc sedulo incumbunt, alii ad alia magisteria vel etiam graviora Ecclesiae munera provecti sunt. Copiosa autem ac mirifica librorum scriptorumque seges, quae ex eodem Instituto orta est, non modo genuinam solidamque doctrinam biblicam, contra erroneas sententias propugnaculum, prae se fert, sed novas quoque scientiae biblicae investigationes luculenter ostendit efficaciterque fovit. Ad hos vero scientiarum fructus edendos plurimum contulerunt Athenaei ipsius praesidia, quae, initio eidem conlata, multo sunt labentibus annis adaucta; inter haec autem praestat thesaurus ille librorum in bibliotheca studiosis omni-

bus patens, qui semper nova accipit incrementa, et ipsius Terrae Sanctae cognitio, quae tam magistris quam discipulis accurate et per longa quoque itinera exhibetur, nec non frequentiora in dies et subtiliora monumentorum veterum studia atque explorationes. Optimo ergo iure dicere possumus Nostrum istud ac dilectum Institutum Biblicum, hoc haud brevi temporis intervallo, et feliciter respondisse Sanctae huius Sedis propositis ac votis, et de religione deque scientiarum profectu egregie meruisse. Quare praeclari Athenaei moderatoribus et alumnis ex animo vehementerque gratulamur, simulque iisdem ominamur, ut, divino afflante Spiritu, in incepto tam felici omni cura et sedulitate pergant, et uberiores quotidie fructus in bonum cuiusque suum, in proximorum utilitatem, in Ecclesiae decorem et gloriam ex electo munere suo percipiant. Quorum quidem caelestium donorum auspicium ac summae Nostrae voluntatis pignus apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili, cunctisque Instituti istius professoribus et alumnis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die iii mensis Maii, in Inventione S. Crucis, anno MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM **P.** D. GULÏELMUM TIT. S. CLEMENTIS S. R. E. CAED. O'CONNELL, ARCHIEPISCOPUM BOSTONIENSEM, ANNUM **A** SUSCEPTO SACERDOTIO QUINQUAGESIMUM CELEBRATÜRUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem.—-Gratum profecto nuper accepimus nuntium, te proxime memoriam suavissimam renovaturum illius diei, quo ante annos quinquaginta Sacrum Deo primum perlitasti. Etenim tam diuturnum sacerdotale ministerium, episcopali auctum honore et splendore romanae purpurae decoratum, magnum est divinae in te benignitatis argumentum. Sed laetamur quoque haud te sivisse otio delitescere quod est tam insigni partum munere; immo usque ab exordiis sacerdotii te studia viresque ad Ecclesiae incrementum adhibuisse, primum in civitate Medfordiensi, ubi primitias sacri muneris in ecclesia Sancti Ioseph delibasti; deinde in hac ipsa alma Urbe, quum Septemtrionalis Americae Conlegio praefuisti, sedulam curam impendens, ut candidati ad sanctuarium, numero et virtute aucti, spem frugiferi apostolatus portenderent. Postquam vero, triginta tres abhinc annos, Portlanden-

sis dioecesis gubernacula tibi tradita sunt, pastorali officio indesinenter fere incubuisti; quumque legationis pontificiae munere apud Taponiae Imperatorem, ut missionalibus catholicis faveretur, perfunctus fueris, prius archidioecesi isti Bostoniensi, tamquam Archiepiscopi coadiutor, operam tuam navasti, dein, paullo post, regimen ipsius suscepistis quam quidem praeclaram archidioecesim, tanta catholicorum fidelium frequentia et pietate florentem, ipse, in amplissimum Purpuratorum Patrum ordinem cooptatus, tam diu sollerterque tenes. Hisce autem postremis annis, in tanto rerum oeconomicarum discrimine, tibi maximae curae fuit, ut grex tibi commissus minorem temporum iacturam pateretur. Merito igitur, proxima tua faustitate, tum sedulus iste clerus, Episcopo Auxiliari tuo egregie permovente ac praeeunte, populusque fidelis, tum ipsi rerum civilium publicara mque Moderatores singulares obsequii gratique animi significationes apparare contendunt. Quam quidem tuam tuorumque laetitiam Nos imprimis participare exoptamus, eo vel magis quia constantem tuam erga Apostolicam Sedem observantiam novimus et praeclarum studium, quo Basilicam Sancti Clementis, tibi in Nostra Urbe commissam, instaurandam et exornandam curasti. Quare tibi, dilecte fili Noster, de iucundi eventus faustitate libenter gratulamur, et impense a Deo efiiagitamus, ut boni isti fideles, te duce ac pastore, in perficienda christianae vitae ratione omnia studia et curas impendant, ut uberiores in dies salutis fructus percipere possint. Quo autem laetior dies festus evadat, tibi ultro potestatem damus, sollemni die, post Sacrum peractum nomine Nostro Nostraque auctoritate adstantibus benedicendi, plenamque admissorum veniam, ad Ecclesiae praescripta, eisdem tribuendi. Tibi denique omnia bona ac prospera ominantes, in auspicium caelestium donorum inque Nostrae caritatis pignus, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili Noster, tuoque Episcopo Auxiliari, cunctoque clero et populo tuae vigilantiae concredito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Maii, in festo Pentecostes, anno MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

30 Novembris 1934.— Cathedrali Ecclesiae Lodzensi praefecit R. P. D. Vlodimirum Bronislaum Jasinski, hactenus Episcopum Sandomiriensem.

S Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Derthonensi, R. P. D. Aegysthiim Melchiori, hactenus Episcopum Nolanum.

21 Ianuarii 1935. — Ecclesiae metropolitanae Tarentinae, R. P. D. Ferdinandum Bernardi, hactenus Episcopum Andriensem.

25 Ianuarii — Titulari episcopali Ecclesiae Canensi in Lycaonia, R. D. Caietanum Malchiodi, Protonotarium Apostolicum ad instar, quem deputavit Vicarium Administrationis Pontificiae Basilicae Lanretanae.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

.i

HÍSPALES.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI .FRANCISCI DE PAULA TARIN, SACERDOTIS PROFESSI E SOCIETATE IESU.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Domini praeceptum *Diliges proximum tuum sicut teipsum* S. Augustinus eommentans: « teipsum salubriter diligis, ait, si plusquam te, diligis Deum. Quod ergo agis tecum, id agendum cum proximo est, hoc est, ut ipse etiam perfecto amore diligat Deum. Non enim eum diligis tamquam teipsum, si non ad id bonum, ad quod ipse tendis, adducere satagis » *(De moribus Eccl. cath.,* XXVI, 49). Huic dominico praecepto Apostoli eorumque in ministeriis successores se conformarant, proximorum animas ad Dei amorem adducere totis viribus satagentes; quos inter Franciscus de Paula Tarin insignis in animarum salute procuranda mirabilis evasit.

Natus is est in oppido Godelleta Valentinae archidioecesis in Hispania, nonus inter undecim Michaelis et Teresiae Arnau Mingacho filios, die 7 Octobris mensis a. D. 1847, eodemque die lustralibus aquis ablutus.

Piissimi parentes, agricolae, maximam impenderunt curam,ut Franciscus, sicut et ceteri filii, in religione proficeret. Quum ad duodecimum pervenisset annum, apud Patres Scholarum Piarum bonis artibus et pietati maximo cum emolumento animum intendit, deinde in Valentina studiorum Universitate iuridicis studiis coepit incumbere, quae tamen, ob gravem in quem incidit morbum, intermisit, fratri natu maiori in negotiorum gestione adiutricem manum interim porrigens. Probant quidem, immo et piam, vitam ducebat: tertio enim Fraiiciscab* et B. M V. de Monte Carmelo Ordini ascitus, sacramentorum frequentia commendabiiis erat, sed nondum illa sanctitatis adyta portendebat, ad quam postea, Beatissima Virgine eum vocante, pervenit.

Oaesaraugustanum enim templum, in quo eeleberrimum Virginis vulgo « del Pilar » simulacrum summa populorum veneratione habetur, ingressus, vix ad illud appropmquavit ut oscularetur, magna animi commotione pereulsus religiosae vitae vocationis initia persensit, quae paullo post perfecte maturuerunt. Haec anno 1873 ineunte facta sunt.

Quum civilis seditio orta esset, religiosamque familiae expulsae, Franciscus, qui Societatem Iesu amplecti secreto statuerat, pedes in'Galliam profectus tiroeinii domum, quae tunc in oppido Poyanne, non longe ab urbe Dax, exstabat, feliciter est ingressus. In hac religiosae perfectionis palaestra tantam progressionem fecit, quantum eius postea sanctitas ostendit. Post biennium, in festo Omnium Sanctorum religiosa vota nuncupavit, sequentique anno clericalem tonsuram minoresque Ordines suscepit. Philosophiae curriculum in O allia incepit, sed, quum anno 1878 in Hispaniam redire sibi datum esset, illum una cum iuridicis studiis in pago Carrion de los Condes absolvit.

Interim anno 1880 in studiorum Salmanticensi universitate, doctorali in humanioribus litteris laurea, summa cum laude fuit insignitus.

Theologicis disciplinis in loco Oña prope Burgos incubuit. Anno 1883 sacerdotio auctus, ardentiore coepit apostolicae vitae desiderio flagrare. Eodem in loco, succedente iam nocte, una cum socio litteras litterarumque formas nec non arithmetices rudimenta pauperes edocebat, eorumque animis christiana praecepta feliciter, uti eventus comprobavit, inserebat. Theologicarum disciplinarum studio absoluto, ad Collegium, quod in oppido « Puerto de S. Maria » exstabat, fuit missus ut pro-praefecti munere fungeretur. Saevissima dum ibi lues asiatica grassabatur, totum se curandis adiuvandisque infirmis dedidit, suae valetudini nullimode consulens.

Tertium probationis annum, uti a Societatis Iesu constitutionibus statuitur, in S. Hieronymi domo apud « Murcia » complevit, populum interim, non parva ex parte religioni infensum, evangelizaría, et ad Deum christianamque vitam reducens. Postea missionalibus expeditionibus Superiorum consensu totum se impendit et superimpendit, innumerasque civitates, oppida, terras Hispanici regni peragravit, ingentes supra modum spirituales fructus vehementibus concionibus aliisque industriis largissimo percipiendo. Quos tamen ut obtineret, vitae sanctitate, arctissimis paenitentiis, vigiliis, iugi oratione sacratissimum Cor Iesu sibi propitium reddebat. Ne tot tantisque laboribus cito suceumberet, post decennium, Superiorum voluntati obtemperans a tam arduo labore abstinuit; atque Hispalensi religiosae domui Superior datus suo munere sancte functus est.

Viribus aliquantulum refectus ad missionales labores renovato ardore redivit, in eisque ad mortem usque perseveravit, quae fortissimum hunc Christi militem, corpore quidem fractum die .12 Decembris mensis anno 1910 annos natum 63 duosque menses, Hispaii prostravit, ad caelestia tamen promerita praemia perduxit.

Sanctam eius vitam pretiosissima coronavit mors. Sacramentis enim piissime susceptis, dextera manu Iesu crucifixi imaginem, sinistra B. Virginis perdolentis gerens, supra peetus vero dogmaticae definitionis Immaculatae eiusdem Virginis appositum habens Bullae exemplar, suavissimos versiculos: *Maria, mater gratiae, Mater misericordiae, Tu nos ab hoste protege, IM mortis hora suscipe,* millies iam repetitos, pronuncians, spiritum exhalavit.

Maximo civium concursu cadaver fuit honestatem, iique a civili potestate summis precibus implorarunt, ut in Societatis Iesu ecclesia sepulturae mandaretur: quod factum est. Triumpho similis fuit eius corporis translatio.

Sanctitatis fama pererebreseente, Ordinaria auctoritate Hispaii ab anno 1924 usque ad a. 1928 super sanctitatis fama, nec non super scriptis et cultu numquam eidem Servo Dei praestito, princeps constructus est processus, cui addendi sunt tres, quos rogatoriales vocant, in Valentina, Matritensi et Granatensi curia adornati.

Sacra haec Congregatio die 10 Decembris anno 1930, Servi Dei scriptis perpensis, ut ad ulteriora quiret procedi, nil obstare decrevit.

Servatis itaque servandis, Rmo P. Carolo Miccinelli Societatis Iesu generali Postulatore instante, in Ordinario S. R. C. Coetu die 13 huius mensis habito, Emus ac Rmus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Rmi Patres, audita Cardinalis Ponentis relatione, nec non Officialium Praelatorum suf-

fragiis scripto datis, auditoque E. P. D. Salvatore Natucei Fidei generali Promotore, attentis quoque postulatoriis litteris duorum **S. B.** B. Cardinalium, plurium Episcoporum, coetuum, nobiliumque virorum, quum aliae litterae non paucae incendio, in seditione, quae a. 1931 Hispaniam vastavit, perierint, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt: *Affirmative,* seu: *signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem die deeimaquarta huius mensis Novembris Ssmo D. **N.** Pio Papae XI relatione ab infrascripto Cardinali, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem introductionis Causae Servi Dei Francisci de Paula Tarin benigne signare dignata est.

Datum Eomae, die 14 Novembris a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. ® S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

LUGDUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS .SERVI DEI FRATRIS FRANCISCI RIVAT, SUPERIORIS GENERALIS INSTITUTI PARVULORUM FRATRUM MARIAE.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

« Docet nos Scriptura divina — ait S. Ambrosius de S. Ioanne Baptista sermonem habens — non solum mores in iis qui praedicabiles sunt, sed etiam parentes oportere laudari; ut veluti transmissa immaculatae puritatis hereditas, in iis quos volumus laudare, praecellat »' (In Lue. c. I).

Merito sane Fratris Francisci Eivat laudandi sunt parentes, qui plures quos genuerant filios sancte pro sua christiana pietate educaverunt, uti postea eventus plene probavit. A Ioanne Baptista Eivat et Francisca Boiron, agrorum cultoribus, opibus satis praeditis, religioni addiotissimis, in oppido La Valla, intra Lugdunensis Archidioecesis fines, die 12 Martii anno 1808 natus est, eodemque die baptizatus infans, cui Gabrielis nomen fuit impositum. Quinquenne»! puerum mater in sacello Ssmi Rosarii ecclesiae Lavallensis Beatae Mariae Virgini obtulit; decennem vero, prima vice corpore Christi die 19 Aprilis mensis anno 1818 refectum, renovata eius paucos post dies B. Mariae V. oblatione, Venerabili Marcellino Ghampagnat, qui tunc temporis Vicarii munere parochialis ecclesiae Lavallensis fungebatur, commisit instituendum: *Tibi eum trado,* dicens, *Beatae Virgini eum iam obtuli; Eius est.* Sub tanto praeceptore et materno Virginis

patrocinio, Gabriel ad virtutem et pietatem mire adolevit: interim sacro Chrismate fuit linitus. Duodecimum agens annum ab eodem Ven. Champagnat, qui Instituti Parvulorum Fratrum Mariae fundamenta posuerat, novae huic religiosae familiae uti postulans fuit adscitus, atque insequenti amio, die 8 Septembris mensis sacras religionis induit vestes, Fratris Francisci nomine assumpto.

Tirocinio expleto, probatus adhuc est, uti tunc mos erat apud Parvulos Fratres Mariae, humilium officiorum exercitio, atque docendi munere, prius in pago vulgo dicto Vanóse, dein in pago Boulieu usque ad annum 1826. Quo anno die 11 Octobris mensis maximo sui animi gaudio paupertatis, castitatis et obedientiae religiosa vota nuncupavit. Venerabilis Fundator, alumni sui celsas mentis animique dotes perspiciens, eum apud se in principe sui Instituti domo retinuit, ut et studiis incumberet et tirones doeeret.

Laboribus oppressus Venerabilis Champagnat eumdem in socium ac veluti in sui vicarium assumpsit. Quo in munere frater Franciscus animi demissione, suavi caritate et prudentia ita enituit, ut animos confratrum sibi plene devinxerit.

Quare nil mirum si, postquam Ven. Champagnat adversa valetudine fractus Superioris generalis munere se abdicavit, Franciscus vix triginta et unum annos natus, mense Octobri anno 1839, in capitulo, cui Ven. Ioannes Claudius Colin praesedit, fere unanimi fratrum suffragio in eiusdem locum fuerit suffectus, fundatore prae gaudio gestiente, qui octo post menses ad praemium suis virtutibus promeritum a Deo fuit vocatus.

Quanta frater Franciscus in sui Instituti bonum operatus sit, quantos labores exantlaverit, et quo felici successu, mira Instituti propagatio evidentissime probat. Etenim quando novus Superior electus ipse fuit universi fratres 280 numerabantur, scholae ab eis directae 48 cum 7000 alumnis: post viginti annos eius regiminis, recensebantur: fratres 2086, scholae 379 alumni vero circiter 50.000: morientis Ven. Fundatoris praesagio plene adimpleto!

Instituti constitutiones, fundatore dirigente, a Dei famulo conscriptas, Archiepiscopus Lugdunensis aliique Episcopi adprobaverunt.

Verum ut Institutum in dies succresceret atque maiore vigore floreret, Frater Franciscus Urbem petiit ut a Sancta Sede constitutionum approbationem obtineret, quod paucos post amios, benevolentísimo animo, adnuente Summo Pontifice Pio IX sa. me., feliciter factum est. Interim viribus fractus, quum amplius Instituti gubernacula tractare non valeret, onere dimisso, in domum *VHermitage* recessit, ubi in Christo absconditus vitam in omnium virtutum exercitio nobilem duxit ad mortem usque, quae eum, flexis genibus orantem, apoplexiae ictu, die 22 Ianuarii mensis anno 1881, abripuit.

Beferre heic iuvat Emi Cardinalis Verdieiy Archiepiscopi Parisiensis, verba, quibus in suis postulatoriis litteris Servi Dei sanctitati testimonium praebens, eius peculiarem characterem, ut *Maristae* proprium sic aptissime exprimit: «Laudes eius sunt: modestia, humilitas, candida simplicitas, pietas, mortili catio, labor. Sed in eo tales virtutum divitiae, veluti confugio receptae, in communi vita atque abscondita ad B. Mariae Virginis exemplum, atque eius, quem Servus Dei magistrum habuit, Venerabilem Ohampagnat, repelluntur ».

Sanctitatis fama, eo demortuo, magis magisque inerevit; quare anno 1910 in Lugdunensi archiepiscopali curia super fama sanctitatis, virtutum et miraculorum in genere processus fuit constructus et ad. Urbem transmissus. Nuperrimum bellum postquam cessavit, inquisitum est super Servi Dei scriptis, et a S. H. C. die 12 Iunii mensis anno 1929 hisce perpensis nihil obstare quominus ad ulteriora procedi quiret decretum fuit.

Constructus quoque, ad normam iuris, fuit processus super obedientia decretis Urbani VIII s. m. de cultu Servis Dei non exhibendo.

Interim postulatoriae litterae Beatissimo Patri a decem Cardinalibus, a pluribus. Archiepiscopis et Episcopis, nec non a Praeposito generali Societatis Iesu humiliter porrectae fuere, ut Servi Dei causa apud S. H. C. introduceretur.

Quum itaque iuxta iuris normas omnia, praerequisita parata .fuerint, Fratre Enterico Parvulorum Fratrum Mariae .Procuratore et Postulatore generali instante, in Ordinariis S. B. C. Comitiis, die 13 huius mensis habitis, Emus ac Emus D. Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Sacri Collegii Decanus, Causae huius Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum: *An signanda sit Commissio introductionis causae in casu ei ad effectum de quo agitur.* Emi ac Rmi Patres Cardinales, audita Cardinalis Ponentis relatione, auditis Officialium Praelatorum suffragiis scripto datis, nec non R. P. D. Salvatore Natucei Fidei generali Promotore, attentis quoque postulatoriis litteris, respondere censuerunt: *Affirmative,* seu: *signandam esse. Commissionem introductionis Causae, si /Ssmo placuerit.*

Facta autem subsignata die Ssmo D. N. Pio Papae XI relatione ab .infrascripto Cardinali, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem introductionis causae Servi Dei Fratris Francisci, Superioris generalis Parvulorum Fratrum Mariae, benigne signare dignata est.

Datum Romae, die 14 Novembris a. D. 1934.

C. Card. LATJBJENTI, *Praefectus.*

L. £g S. A. Carinci, *Secretarius.*

III

PICTAVIEN.

CANONIZATIONIS BEATAE IOANNAE ELISABETH BICH1ER DES AGES, CON-FIJNDATKICIS INSTITUTI FILIARUM CRUCIS VULGO SORORUM S. ANDREAE.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio reassumptionis Causae Canonizationis Beatae Ioannae Elisabeth Biehier des Ages in casu et ad effectum de quo agitur.

Undevicesimo ab humana redemptione recurrente saeculo, sollemni Pentecostes die, elapso anno, Andreas Hubertus Fournet, Instituti Filiarum Crucis conditor, canonizationis gloria fuit honestatus; die autem .13 Maii mensis vertentis anni, Dominica intra Ascensionis Domini octavam, Ioanna Elisabeth Biehier des Ages, quae in eodem condendo Instituto primas egit, ita ut merito fundatrix et ipsa sit habenda, Beatorum fastis, plaudente mundo, adscripta fuit. De utraque parentum suorum glorificatione Institutum prae gaudio gestivit: quin immo tota Christi Ecclesia laetata est quae, optima Filiarum Crucis, in puellarum educatione et in pauperibus infirmis curandis, gesta Conditorum meritis et impulsui recte tribuit.

Nec huic gaudio satis esse videtur. Vix enim beatificationis Ioannae Elisabeth sollemnia peracta sunt, nova signa, praeter innumeras gratias, a Deo in sanctitatis huius Beatae confirmationem patrata esse feruntur. Quare plures postulatoriae litterae Ssmo D. N. humiliter porrectae sunt, ut eiusdem Beatae canonizationis Causa apud Sacram hanc Congregationem resumi queat, inter quas Emi ac Rmi Cardinalis Villeneuve Archiepiscopi Quebecensis, Exmorum ac Rmorum Episcopi Pictaviensis et plurium Archiepiscoporum et Episcoporum Galliae, Italiae et Hispaniae.

Quare instante Rmo P. Iulio Saubat, Societatis Presbyterorum Ssmi Cordis Iesu de Bétharram Procuratore generali, et causae huius Postulatore legitime constituto, in Ordinario Sacrorum Rituum Coetu die 18 mensis huius habito infrascriptus Cardinalis, causae Relator, dubium proposuit: *An signanda sit Commissio reassumptionis Causae praedictae Beatae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Rmi DD. Patres Cardinales, sacris tuendis ritibus praepositi, omnibus hisce perpensis, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei generali Promotore, rescribere censuerunt: *Affirmative, &m: .signandam esse Commissionem reassumptionis causae huius, si Ssrho placuerit.*

Subsignata autem die Ssmo D. N. Pio Papae XI a R, P. D. Fidei generali Promotore facta relatione, Sanctitas Sua eiusdem Sacrae Con-

gregationis Rescriptum ratum habens, Commissionem reassumptionis causae Canonizationis B. Ioannae Elisabeth Bichier des Ages benigne propria manu signare dignata est.

Datum Romae die 19 Decembris a. D. 1934.

C. Card. LATJKENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

IV

DE POSTULATORIIS LITTERIS CONFICIENDIS

Quum non unus Sacrorum Antistes apud hanc Sacram Congregationem dubia aut etiam querimonias recenter movent circa postulatoriis litteras quas Causarum actores pro Servis Dei Beatificandis, passim ad Ordinarios locorum signandae mittunt iam ex integro confectas, et saepe etiam typis impressas, ne quis irrepat abusus atque ut omnis amoveatur anxietatis causa *f* opportunum visum est Sacrae huic Congregationi in mentem eorum omnium, quorum interest, canonica hac super re praescripta revocare, quemadmodum et de postulatoriis litteris circa Missarum et Officiorum extensionem sive ad universam Ecclesiam sive ad particularia loca.

§ 1 - *De postulatoriis litteris pro Servorum Dei Causis introducendis.*

Canon 2077 Codicis iuris canonici statuit: «Litterae Postulatoriae, quibus personae insigniores in dignitate sive ecclesiastica sive civili constitutae, vel personae morales expostulant a Summo Pontifice ut Causae Beatificationis alicuius Servi Dei manus apponatur, utiliter exhibentur, dummodo sponte et ex propria scientia datae sint ».

Porro insigniores personae habendae sunt Emi ac Revmi DD. Cardinales, Exmi ac RR. Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates *nullius* dioecesis, Ordinum seu Congregationum Supremi Moderatores, ceterique Praelati seu e saeculari clero seu regulari: Supremi nationum Moderatores aut Administri, civitatibus aut Provinciis Praepositi, similique auctoritate praediti. Personae autem morales praecipue sunt: Episcoporum Concilia, Capitula seu Clericorum Collegia, Ordines seu Religiosae Congregationes utriusque sexus, Confraternitates, pia Sodalitia, et cetera huiusmodi: item Nationum legiferi coetus, Provinciarum aut Civitatum administrativa consilia, Studiorum Universitates, Advocatorum, Medicorum, etc. Associationes similesque speeta-biles coetus.

Horum postulationes «utiliter exhibentur, dummodo, ait Codex, sponte et ex propria scientia datae sint ».

His autem praescriptis ut minus consentaneus declaratur invalescere usus ut postulatoriae litterae ab ipsis actoribus ex integro exaratae ac saepe typis impressae large diribeantur ad subsignationes colligendas, nulla addita solida rei informatione. Actores itaque, si tales postulatorias litteras obtinere velint, opportune Servi Dei vitam a probato auctore conscriptam, aut alia apta documenta exhibeant, modeste rogantes Episcopos aliasque idoneas personas, ut, certa sibi rei notitia comparata, si id sibi visum fuerit, postulatorias litteras Summo Pontifici aut Sacrae Rituum Congregationi transmittant propriis quantum fieri potest verbis sententiisque concinnatas.

§ 2 - *De postulatoriis litteris pro obtinendo Officio cum Missa alicuius Sancti vel Beati pro particulari dioecesi vel ecclesiastica provincia.*

In his litteris Sanctae Sedi exhibendis prae oculis est habendum Sacrae Rituum Congregationis decretum, Leone XIII probante, die 13 Iulii anno 1896 latum, quo sancitur:

1. Exhibitae nobis positiones Sanctos Beatosve tantummodo spectare debent in Romano Martyrologio conscriptos, aut publico cultu a Sancta Sede decreto vel confirmato iam diu fruentes. At vero semper speciali proprii Episcopi commendatione opus est; qui etiam, si exquiratur, sui Capituli Cathedralis consensum alligabit.

2. Ad ceteros Sanctos Beatosve quod attinet, etsi longo iam tempore publico fuerint cultu honorati, cum Officio et Missa propria, necesse est ut iuxta communes regulas eorum cultus ab Ecclesia comprobatus et confirmatus sit, antequam Officium ipsum ac Missa permittatur.

§ 3 - *De postulatoriis litteris pro obtinenda alicuius festi ad universam Ecclesiam extensione.*

Normae eaedem, quae in prima et secunda paragrapho deseriptae sunt, pro postulatoriis litteris quibus Romanus Pontifex ut aliquod festum ad universam Ecclesiam extendat rogatur, sunt quoque servandae.

Quapropter, descriptis casibus occurrentibus, Revmi Ordinarii, sponte et ex propria scientia postulatorias litteras, si sibi visum fuerit exarent, habitoque sui Capituli consensu, si de Officio et Missa obtinendis agatur, ad Sacram Rituum Congregationem has mittant.

Romae, ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 15 Ianuarii 1935

C. Card. LAUBENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM.'

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

I

DE 'VISITATIONE VULGO DICTA « SEPTEM ECCLESIARUM » PECULIARIBUS INDULGENTIIS DITATA.

DECRETUM

Inter pietatis exercitia, quae praeteritis praesertim temporibus peragebatur, unum e vetustioribus atque peculiaris notae ac propriae Almae Urbis est visitatio vulgo dicta « septem ecclesiarum », .videlicet quatuor Maiorum Basilicarum S. Petri in.Templo Vaticano, S. Pauli extra moenia, S. Ioannis in Laterano, S. Mariae Maioris ac trium Basilicarum Minorum, nempe S. Sebastiani, S. Laurentii in agro Verano et S. Crucis in'Hierusalem. Haec pia peregrinatio, quam haud raro fideles singulatim quoque peragere soliti fuerant, saepe saepius, sacra ducta pompa, ac precibus etiam alta voce fusis canticisque spiritualibus comitata, explebatur.

S. Iosephus Calasanctium, uti narratur, pium istud exercitium quotidie, S. vero Philippus Eerius frequentissime peragebant; quin immo huiusmodi spiritualium atque tam simplicium canticorum, quae etiam hodie, quum piae peregrinationis -pompa agitur, decantantur, idem Philippus Nerius auctor fuisse traditur.

Praestantissimum hoc exercitium summopere aptum ad fidelium pietatem fovendam, atque in ipsorum memoriam tot insignia facta revocans in iis Basilicis peracta, iure meritoque magnam Romanorum Pontificum benevolentiam excitare ac impellere debuit ut, in ipsorum favorem thesaurum Ecclesiae aperiendo, variis indulgentiis illud locupletatesi;, quemadmodum in more semper fuit Apostolicae Sedis talibus beneficiis spiritualibus alia quoque eiusdem generis pia opera fovere atque augere.

Verum ob temporum praesertim iniuriam atque varias vicissitudines, obvenientes post diuturnum tempus, ex. quo tale exercitium frequentari coepit, plura authentica documenta, in quibus pontificiae elargitiones

' **In praeeed. fase. p. 26, lin. 7 a calce pro eo quod est** *1934* **legatur** *1935.*

absque dubio designabantur, misere petierunt; et pauca ea, quae de tanta Summorum Pontificum liberalitate supersunt, parum vel re certa nihil de eadem tradunt.

Quae omnia mature pro Sua apostolica sollicitudine Ssmus D. X. Pius div. Prov. Pp. XI perpendens, ac consilium Suum ad indulgentias quod attinet persequens, de ipsis scilicet semper fidelibus proponendis modo claro et indubio, quo iidem scientes quaenam spiritualia beneficia huic vel illi pietatis operi sint adnexa, efficacius alliciantur ad ea non modo exercenda sed et maiore etiam caritatis fervore persolvenda, statuit praesenti hoc decreto id ipsum faciendum esse et quoad visitationem Septem Basilicarum Urbis, ut fideles ad amussim agnoscentes spiritualia beneficia illis obventura, qui eam ut par est peregerint, stimulentur vel ad illam resumendam, si aut dereliquerant aut neglexerant, vel ad eam maiore cum pietate ac religione explendam, quamvis ob mutatas praesertim topographicas Urbis conditiones haud semper facile sit atque expeditum piam hanc peregrinationem ea forma exteriore ac singulari nota peragere, qua prius sollemne erat.

Itaque in audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori sub die 12 vertentis mensis concessa, Sanctitas Sua haec decrevit: christifideles, qui, rite confessi ac sacra Synaxi refecti, unica die ad normam can. 923 C. I. C. pie peregerint visitationem septem Urbis Basilicarum, recitantes in qualibet Basilica coram altari Ssmi Sacramenti quinque *Pater, Ave* et *Gloria* et unum *Pater, Ave* et *Gloria* iuxta mentem Summi Pontificis, addita aliqua prece ad libitum ad beatissimam Virginem Mariani atque ad Titularem ecclesiae visitatae, ac substituendo in memoriam Passionis D. X. I. C. in Basilica S. Crucis in Hierusalem orationem ad Titularem cum « Credo » et versículo « Adoramus Te, Christe..... », *indulgentiam plenariam* acquirere posse pro visitatione singularum Basilicarum, ita tamen ut si propter aliquod impedimentum, durante pia peregrinatione superveniens a propria voluntate independenter et prohibens quominus tota et integra peregrinatio, ut in proposito erat, compleri possit, haec interruptio nequaquam privet fidelem iis indulgentiis, quas ratione visitationum absolutam m lucratus iam fuerit.

Animum vero ad illos quoque benigne convertens idem Beatissimus Pater, qui lucrari exoptant in locis ubi commorantur nonnullas indulgentias ad instar illarum, quae Romae acquiri possunt visitando septem supra memoratas Basilicas, decrevit ut hi consequi valeant *decem annorum partialem indulgentiam,* si eadem ratione qua visitationes Romanarum Basilicarum explentur, pia mente ac saltem corde contrito visitaverint septem ecclesias vel publica oratoria, quae in supradictis locis reperiantur et in

relativo Apostohco Indulto designata fuerint; *indulgentiam* vero *plenariam,* si, rite confessi ac sacra Synaxi refecti, totam piam peregrinationem ex integro absolverint.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae, die 15 Ianuarii 1935.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. $ S.

I. Teodori, *Secretarius.*

II

MONITUM

Quamvis ipsa naturalis prudentia doceat casus occultus ad forum conscientiae pertinentes litteris clausis et reticitis partium nominibus Sacrae Paenitentiariae vel Emo Cardinali Paenitentiario Maiori directe esse proponendos; non desunt tamen conscientiarum moderatores qui per litteras apertas, procuratorum (vulgo « agenti ») manu tradendas, eos exponere non vereantur.

Ad tam grave inconveniens omnino e medio tollendum Sacra Paenitentiaria onmes et singulos ad quos spectat, expressis verbis, monitos vult ne quid simile in posterum audeant; sed ut huiusmodi litteras ceterasque omnes quae pro opportunis declarationibus vel supplementarius informationibus exhibendis postea sint addendae, directe ad Sacram ipsam Paenitentiariam vel ad Emum Cardinalem Paenitentiarium Maiorem aut per publica epistularum diribitoria (vulgo « posta ») aut, si procuratorum ope uti eis placeat, sub peculiari involucro bene clauso mittere velint.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì, 16 Gennaio 1935, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. LUIGI GUIMARÂBS, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica degli Stati Uniti del Brasile, e Giovedì 31, S. E. il Sig. Dott. ALBERTO DE OLIVEIRA, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica dei Portogallo, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

NOTA DELLE CONGREGAZIONI DA TENERSI NELL'ANNO 1935

1. - 25 *Gennaio.* Congregazione generale sulle virtù del Ven. servo di Dio Domenico Lentini.

2. - *20* » Congregazione ordinaria.

3. - *19* *Febbraio.* Congregazione generale sulle virtù delia Ven. Serva di Dio Emilia de Vialar.

4. - *26* » Congregazione antepreparatoria sopra le virtù della Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello.

5. - *12* * *Marzo.* Congregazione generale sulle virtù della Ven. Serva di Dio Filippina Duchesne.

6. - *26* » Congregazione preparatoria.

7, - *9* *Aprile.* Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Giustino de Iacobis.

8. - *30* » Congregazione generale.

9. - *14* *Maggio.* Congregazione preparatoria sulle virtù della Ven. Serva di Dio Maria Anna Javouhey.

10. - *28* » Congregazione generale sopra le virtù della Serva di Dio Gioacchina de Vedruna de Mas.

11. - *18* *Giugno.* Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Giovanni Nepomuceno Tschiderer.

12. - *26* » Congregazione antepreparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Domenico della Madre di Dio.

13. - *2* *Luglio.* Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Giuliano Maunoir.

14. - *16* » Congregazione ordinaria.

15. - *30* Congregazione preparatoria sulle virtù della Ven. Serva di Dio Maria de Mattias.

16. - *29* *Ottobre.* Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Guglielmo Ghaminade.

XI]. - *12 Novembre.* Congregazione antepreparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Giovanni Claudio Colin.

18. - *19* » Congregazione ordinaria.

19. - *26 Novembre.* Congregazione preparatoria sopra il martirio, segni o miracoli dei Servi di Dio Gregorio Grassi e Compagni.

20. - 3 *Dicembre.* Congregazione antepreparatoria sulle virtù della Serva di Dio Paola Elisabetta Cerioli, ved. Busecchi Tassis.

21. -*17* » Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Bernardo Maria Clausi.

SEGRETERÌA DÌ STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Staio la Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di nominare:

23 Gennaio 1935. Il Rmo P. Giovanni da S. Giovanni in Persiceto, dei Prati Minori Cappuccini e il Rmo P. Michele Mostaza, della Compagnia di Gesù, *Consultori della Sacra Congregazione del Concilio.*

26 » » 11 Rmo P. Vitomir Jelicic, O. F. M., e il Rmo P. Ulpiano Lopez, della Compagnia di Gesù, *Consultori della Sacra Congregazione dei Sacramenti.*

NECROLOGIO

2 Novembre 1934. Monsig. Giovanni Guglielmo Shaw, Arcivescovo di New Orléans.

6 » » Monsig. Luigi Dell'Aversana, Vescovo di Melfi, Rapolla e Venosa.

» » » Monsig. Giovanni Batt. Luis Perez, Vescovo di Oviedo.

24 » » Monsig. Giovanni M. Starcevié, Vesc. di Segna e Modrussa.

26 » » Monsig. Luigi Ferretti, Vesc. di Macerata e Tolentino.

30 » » Monsig. Francesco Emilio Bistauros, Vesc. di E rmo poli Magg. (Minien), dei Copti.

17 Dicembre » Monsig. Ugo Singleton, Vescovo di Shrewsbury.

20 » » Monsig. Giovanni Batt. Gorordo, Vesc. tit. di Tacape.

6 Gennaio 1935. Monsig. Martino Rücker, Vesc. di Chillan.

7 » » Monsig. Giovanni Giacomo Monaghan, Vesc. tit. di Lidda.

16 » » Monsig. Luigi Giacomo Baecini, Vesc. di S. Angelo in Vado e Urbanía.

25 » » Monsig. Basilio Suciu, Arciv. di Fugaras e Alba Giulia.

AH. et Vol. XXVII 1 Martii 1935 (Ser. II, Y. II) - Num. 3

Ai '.TA AI'IISTHLICAH SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

MOTU PROPRIO

DE COMMISSIONE PRO RUSSIA DEQUE LITURGICIS RITUS SLAVICI LIBRIS EDENDIS.

PIUS PP. XI

Quam sollicita animi benevolentia in Russiarum populos feramur, ea non modo declarant, quae vel loquendo, vel scribendo protulimus, sed ea potissimum etiam quae in afflictae illius gentis bonum, occasione data, gessimus. Quodsi illae tantopere terrenarum rerum angustiae Nos habuere anxios, at tristi, qua eadem premitur, in genere morum calamitate multo quidem acrius affecti sumus; atque adeo eiusmodi detrimentis vel impensior usque studio — pro facultate Nostra — solacium ac remedium afferre contendimus. Quam ad rem Nobiscum peculiari modo allaboravit Nostra, quam abbine decem fere annos constituimus « *Commissio pro Russia* »; cui quidem per Litteras motu proprio datas negotia et causas demandavimus « quae ad Eussos pertinent, sive ad eos qui in patrio solo degunt, sive ad eos qui extorres procul domo versantur ».[1] Uberes sane fructus ex actuosa istiusmodi apostolatus opera, opitulante Deo, colligi potuisse, per hoc haud mediocre temporis intervallum experti sumus, quandoquidem e Russis non pauci esuriunt et sitiunt iustitiam. Ad quod sanctissimum inceptum provehendum non parum contulit docilis ea magnaeque utilitatis alacritas venerabilis fratris Michaelis d'Herbigny, Episcopi titulo Iliensis, cuius hac in re singularis peritia, pastoralis industria, generosumque enituere studium. Attamen, cum adiutrix huius Praesulis desierit tamque

[1] **Cfr.** ***Acta Ap. Sed.,*** **1930, p. 153.**

utilis opera, itemque aliorum, quorum navitate iure meritoque nitebamur,. cumque in dies augescat labor, novaque poscat proposita atque incepta, opportunum duximus ita huius operis ordinationem aptare, ut satius suecrescentibus usque necessitatibus respondeat, utque omnia providentia sua ne careant.

Itaque, re mature perpensa, motu proprio ac certa scientia deque Apostolicae potestatis plenitudine statuimus ac decernimus ea tantummodo negotia et causas, quae ad Russos pertinent, qui in patrio solo degunt, « Commissioni pro Russia » reservare ac concredere, incolumi tamen Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali auctoritate ac iure ad normam canonis 257. Ut vero hoc tanti ponderis tantaeque gravitatis opus invigilantibus ac moderantibus immediate Nobis, prouti fieri potest, peragatur, statuimus ut « Commissio » eadem Sacrae Congregationi a negotiis ecclesiasticis extraordinariis adhaereat} cuius proinde qui a secretis est, « Commissionis » huius una simul praeses esto.

Decernimus itidem ut apud Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali peculiaris constituatur « Sectio », iis quidem omnibus addicta,, qui, ubicumque terrarum degentes, ritum slavicum (quem slavicum-byzantinum vocant) profiteantur, atque ideo iis quoque e Russiarum [gente,, qui extorres procul domo versentur, quique adhuc usque « Commissioni pro Russia » subiiciebantur. In hanc porro *Sectionem* adlegi poterunt, si res ferat, Consultorum munus obituri, nonnulli ex earum dioecesium Episcopi,, in quorum dicione memoratus ritus usurpatur. Quae profecto omnia idcirco efficienda iubemus, quod sollicite vigilanterque servatam volumus gloriosam Catholicae Ecclesiae *traditionem,* cuius in veritatis luce miro quodam modo rituum varietas renidet, quasi modulatae unius concentus voces, quae ad caelum ex terris efferuntur. Ii igitur filii Nostri, qui longe adhuc, proh dolor, e paterna domo aberrant, animadvertant iterum atque perpendant integram iisdem, si ad Nos redeant, facultatem fore sui cuiusque ritus splendorem incolumem prorsus asservandi, qui profecto ob aviti sermonis caeremoniarum que vetustatem felicissima ea tempora in mentem redigit, cum una fide, uno ovili unoque Pastore universus laetabatur christianus orbis. Ac tantopere Nobis cordi est ut ritus slavicus-byzantinus servetur sospes, ut etiam — cum in comperto habeamus eos e filiis Nostris, qui hoc ritu utuntur, liturgicis indigere libris — Nobis decretum sit hoc genus libros, nulla interposita mora, esse in lucem edendos. Id igitur efficiendum concredimus Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali, quae in rei huiusmodi praeparatione curationeque illos accipiat consilii laboris que socios^ qui praecipua, in re tanti momenti, doctrina polleant, studiosaque praestent voluntate.

Quae porro decernentibus Nobis in animo est, ut iterum indidem non modo filiis Nostris, qui ad ovifis unitatem rediere, sed iis etiam qui seiuncti a Nobis sunt, actuosa eniteat Catholicae Ecclesiae benevolentia, paternaque pateat sollicitudo Nostra.

Quaecumque vero a Nobis, hisce Litteris motu proprio datis, statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Decembris, anno MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE CÉLEBES

EVECTIONIS PRAEFECTURAE APOSTOLICAE IN VICARIATUM

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Magno perfundimur gaudio quotiens nascentis alicuius in partibus infidelium Ecclesiae, sedulis divini verbi praeconum curis et laboribus concreditae, conspicuum discimus et christianorum frequentia et fidei ardore haberi incrementum. Quod si Ecclesia illa praefecturae apostolicae nomen adhuc gerat, perutile existimamus illam ad vicariatus apostolici gradum evehere, cum id non parum ad religionem magis fovendam prodesse videatur. Cum itaque in praefectura apostolica de Célebes in Malesia, Apostolicis Litteris a fel. rec. Benedicto XV, Praedecessore Nostro, datis die undevicesima novembris mensis, anno Domini millesimo nongentesimo decimo nono, erecta et Missionariorum a Sacro Corde Iesu apostolicis curis commissa, christianum nomen felicius in dies increverit, Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, omnibus mature perpensis, suprema Nostra auctoritate praefecturam illam de Célebes in vicariatum apostolicum, eodem illius nomine et finibus servatis, provehimus, erigimus ac constituimus; atque M eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem vicariatus eorum-

que Vicarii iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent, eosque omnibus adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem liceat hanc Nostrae voluntatis paginam infringere vel ei contraire; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die prima mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Fr. T H. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI P. Card. FUMASONI BIONDI
Cancellarius S. B. E. ***S. C. de Propaganda Fide Praefectus.***

Dominicus Spolverini, *Prot. Ap. Archiep. Larissen.*
Hector Castelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. XLIX, n. 53. **- G. Stara Tedde.**

II

MARAMURESENTSIS EUMENOBUM

ERECTIONIS CAPITULI CATHEDRALIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter ceteras supremi quo fungimur Pastoralis officii curas, eam peculiari studio amplectendam ducimus, quae ad divinum cultum magis promovendum et ad maiorem dioecesis cuiuslibet decorem assequendum spectare dignoscitur. Cum itaque venerabilis frater Alexander Rusu Maramuresensis Rumenorum Episcopus, ad tramitem solemnis Conventionis inter Sanctam Sedem et Romaniae Regnum, die decima mensis Maii anno Domini millesimo nongentesimo vicesimo septimo initae, nec non iuxta Apostolicas sub plumbo Litteras, die quinta mensis Iunii anno millesimo nongentesimo tricesimo a Nobis datas, ab Apostolica Sede

enixe postulaverit ut in sua cathedrali Ecclesia, Deo in honorem B. M. V. in caelum Assumptae dicata, Presbyterium seu Capitulum erigeretur, quod non solum suum constituat senatum et consilium, sed ad divinum cultum splendidiorem reddendum inserviat, Nos, omnibus mature perpensis,, peropportunum id fore censentes, oblatis precibus benigne annuere statuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine* in cathedrali quam supra diximus Ecclesia Maramuresensi Eumenorum Presbyterium seu Capitulum tenore praesentium erigimus et constituimus; illudque constare volumus tribus dignitatibus, Archipresbytero nempe seu Praeposito, Archidiacono seu Lectore, Ecclesiarcha seu Custode, et tribus officiis videlicet Scholiarcha seu Caerimoniarum Magistro, Paenitentiario seu Spirituali, et Chartophilace seu Cancellario. Huic vero Presbyterio seu Capitulo cathedrali Maramuresensi, ita a Nobis erecto et constituto, omnia tribuimus iura, honores, insignia et privilegia, quibus cetera Presbyteria seu Capitula in cathedralibus provinciae metropolitanae Albae luliensis et Fogarasiensis Rumenorum Ecclesiis suffraganeis iure, usu et legitima consuetudine fruuntur et gaudent, dummodo illa oneroso titulo vel singulari concessione non fuerint acquisita; omnibus item ipsum adstringimus oneribus et muniis, quibus cetera praefata Capitula adstringuntur. Volumus insuper ut, deficientibus adhuc capitularibus constitutionibus, noviter erectum Presbyterium seu Capitulum, usque dum aliter consulatur, in omnibus interea regatur ad iuris, usus et consuetudinis tramitem ceterorum quae supra memoravimus provinciae metropolitanae Albae luliensis et Fogarasiensis Eumenorum Presbyteriorum sive Capitulorum. Ad quae omnia autem exsecutioni mandanda venerabilem quem antea diximus fratrem Alexandrum Eusu, Episcopum Maramuresensem, deputamus; cui propterea omnes tribuimus facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; eidemque onus iniungimus ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar quantocius transmittendi. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc Nostram erectionis, constitutionis, concessionis, derogationis mandati et voluntatis Nostrae paginam infringere vel ei contraire liceat; si quis vero ausu teme-

rario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud **S.** Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die decima mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI A. Card. SINCERO
Cancellarius S. B. E. ***a Secretis S. G. Orientalis.***

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco *ï%* **Plumbi**

Beg. in *Cane, Ap., vol,* ***XLIX,*** *n.* ***58.*** - **D. Francini.**

TU

DE KAVRONGO

EVECTIONIS PRAEFECTURAE APOSTOLICAE IN VICARIATUM

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae ad latius christianum nomen inter infideles propagandum, adque utilius dominicum gregem regendum cedere valeant, ea Nos, pro supremo Apostolatus quo fungimur munere, praestare debemus. Quocirca si in aliqua praefectura apostolica felicia catholica religio incrementa suscepit, non parum iuvat novam illam enascentem Ecclesiam ad vicariatus apostolici gradum dignitatemque provehere. Cum itaque dilectus filius Moderator generalis Missionariorum Africae Societatis nuperrime a Nobis éxpostulaverit, ut praefectura apostolica de Navrongo in Africa occidentali, suae Societatis alumnis concredita, ob magnum in ea et fidelium numero et fidei fervoré augmentum atque ob eiusdem peculiaria territorii adiuncta, in vicariatum apostolicum erigeretur, Nos, praehabito super hac rè venerabilis fratris Arthuri Hinsley, Archiepiscopi titularis Sardiànï, Delegati Apostolici Africae, favorabili voto, de venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, oblatis quas antea diximus precibus annuere statuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, praefecturam apostolicam de Navrongó, in Africa occidentali, in vicariatum apostolicum eiusdem nominis ac iisdem prout modo exstant Kmitibus servatis evehimus, erigimus et consti-

tuimus. Illi autem eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem vicariatus et illorum Vicarii iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent; eosque omnibus adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis etiam impressis, cuiusvis notarii publici manu subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem liceat hanc paginam Nostrae voluntatis, erectionis ***et*** constitutionis infringere vel ei contraire; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem, omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die vicesima sexta mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANÏ
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Dominicus Spolverini, *Prot. Apostolicus, Archiep. Larissen,*
Vincentius Bianchi-Gag!iesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco *£fc* **Plumbi**

Reg. in Cano. Ap., vol. L, n. 1. **- G. Stara Tedde.**

IV

DE LEOPOLD VILLE

ERECTIONIS "VICARIATUS APOSTOLICI «DE BOMA.»

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Maiori catholicae fidei in partibus mfìdelium incrementò maxime quidem iuvat Missiones nimio praestantes territorio dismembrare et alias ibi constituere Missiones aliis concredendas Praesulibus, quo illae, aucto Pastorum numero, facilius ac salubrius in Domino regantur. Cum itaque venerabilis frater Ioannes Baptista Dellepiane, Archiepiscopus Stauropoiitanus, Delegatus Apostolicus Congi Belgici, a Nobis enixe postulaverit ut vicariatus apostolicus de Leopoldville, sedulis Congregationis Missionariorum de Scheut curis concreditus, qui tribus territorii partibus omnino separatis constituitur, idest Lacus Leopoldi Secundi regione, districtu

Urbano de Leopoldville, et de Majnmbe regione, ob peculiarem banc potissimum condicionem, dismembraretur et nova ibidem erigeretur Missio, Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, quo satius in regione illa fidei christianae progressui provideretur, omnibus mature perpensis, oblatis precibus annuendum censuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, e vicariatu apostolico de Leopoldville quam antea diximus de Majumbe regionem seiungimus ac separamus eamque in novum vicariatum spostolicum erigimus et constituimus, illumque *de Boma* nuncupari volumus et ipsorum sodalium Congregationis Missionariorum de Scheut curis committimus. Statuimus insuper ut novus hic vicariatus *de Boma* his constituatur finibus: ad septentrionem vicariatu apostolico de Loango; ad orientem vicariatu apostolico de Matadi; ad meridiem praefectura apostolica Congi Inferioris et ad occidentem *enclave* lusitana de Kabinda. Novo autem isti vicariatui eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem vicariatus et illorum Vicarii iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent; eosque omnibus adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis etiam impressis, cuiusvis notarii publici manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem liceat hanc paginam Nostram dismembrationis, erectionis, constitutionis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die vicesima sexta mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Dominicus Spolverini, Pro'. *Apostolicus, Archiep. Larissen.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco y£< Plumbi

JReg. in Cane. Ap., vol. L, n. 4. **- G. Stara Tedde.**

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. CAROLUM IOSEPHUM TIT. S. PRISCAE S. R. E. PRESB. CARD. BINET, ARCHIEPISCOPUM BISUNTINUM; QUEM MITTIT LEGATUM AD SAECULARIA SOLLEMNIA IN HONOREM B. M. V. « DE LIESSE », IN DIOECESI SUESSIONENSI.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Laetitia singulari baud ita pridem excepimus, saecularia sollemnia in honorem « Nostrae Dominae » de *Messe* inusitato animoium ardore apparari. Ex quo enim, abhinc annos octingentos, venerabundi Mariae cultores ad prodigiosum Beatae Virginis de *Liesse* simulacrum primum accessere, fideles ex omni genere et ordine, sacerdotes et laici, optimates et populares, ipsi sacrorum Antistites Regesque^populorum, pluries dena millia christianorum, sive singuli, sive turmatim, ad sanctuarium illud quotannis peregrinati sunt, ut gratiarum spiritualium copiam et gaudium inde perciperent. Hac igitur octies centenaria faustitate, non unius tantum sacri eventus peragitur memoria, sed admirabilis quaedam continuatio sedesque beneficiorum, quae ex Deiparae cultu et obsequio fideles undique illuc confluentes exceperunt, fauste utiliterque commemoratur. Neque minus opportune tertium e tota Gallia congressum Marialem prope ipsum de *Liesse* sanctuarium ineundi susceptum est consilium. Quid enim aptius, quid congruentius videtur, ad fiduciam christianorum erga augustam Reginam fovendam, quam eosdem congregare in locum, ubi tot memorias reliquit avorum fides et pietas, ubi benignissima Mater « causa nostrae laetitiae » tam clare assidueque visa est? Quare et catholicorum congressionem et saecularia ista sollemnia, quae in honorem « Nostrae Dominae » de *Liesse* proxime peragentur, uti iam ediximus, vehementer dilaudamus, ac praesentes per Legatum Nostrum participare exoptamus. Ita enim pergratum Nobis erit dilectis Galliae filiis vicem referre, eosque quodammodo invisere et resalutare, qui tot agmiriibus pie in Urbem peregrinantibus, per sacrum Redemptionis annum proxime elapsum, praesentia sua ac ferventi caritate animum Nostrum admodum recrearunt. Te igitur, dilecte fili Noster, cui tantopere cordi est Suessionensis dioecesis, ubi primam lucem aspexisti et pastorali munere per septennium perfunctus es, quique singulari studio in Dei Ma-

trem terris et honoribus adhuc solatiisque legationis Lapurdensis suaviter flagras, Legatum Nostrum, uti iam antea nuntiavimus, per hasce Litteras deligimus et constituimus, ut sollemnibus coetibus sacrisque caeremoniis, apud sanctuarium de *Liesse* celebrandis, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Optima autem spe tenemur fore, ut isti nobilissimae Galliae filii, innumera dona per Mariam a Domino octo saeculorum decursu accepta memorantes, avitam pietatem religiose aemulentur, ac caelestem Patronam quotidie impensius diligant atque venerentur. Hinc auspicato continget, ut antiquae et praeclarae laudes, quibus Gallia «primogenita Ecclesiae filia » appellata est, praesenti quoque aetate fauste renoventur. Quo autem sacri eventus celebratione maior animarum fructus percipiatur, tibi, dilecte fili Noster, ultro concedimus, ut statuta die, Sacro sollemmter peracto, adstantibus nomine Nostro benedicas, plenam iisdem admissorum veniam proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Votorum interea auspicem ac summae voluntatis Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili Noster, egregio Episcopo Suessionensi, Laudunensi et San* quintiensi, eiusque consiliorum et laborum in Mariali celebritate sociis, itemque clero et populo universo, peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die n mensis Iulii, in Visitatione B. **M.** V., anno MDCCCCXXXTV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. GEORGIUM TIT. S. MARIAE AD POPULUM S. R. E. PRESB. CARD. MUNDELEIN, ARCHIEPISCOPUM CHICAGIENSEM, QUINTUM! EMENSUM FELICITER EPISCOPATUS LUSTRUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. —^ Primo hoc ineunte autumno, quum quinque pastoralis muneris lustra feliciter expleres, placuit tibi tam faustum eventum intima animi laetitia recolere, ad sepulcrum beati Petri in Urbe Sacrum parlitando. Ea quidem praeclara occasione pargratum Nobis fuit, te in Nostra ad Arcem Gandulphi sede ad colloquium admittere paternamque tibi Nostram gratulationem ac faustitatis participationem coram declarare. Nunc vero, quum in proximum mensem in tua ipsa archidioecesi, ad iubilaeum Pastoris publice celebrandum, sollemnes obsequii et amoris significationes apparentur, temperare Nobis non

possumus, quiri animi Nostri erga te sensus palam confirmemus planeque patefaciamus.Nemo est enim qui ignoret, quanta sollertia et navitate officii pastoralis partes explere consueverit, quo studio ac pietate Apostolicam hanc Sedem ipse semper colueris colendamque curaverit. Manifesta autem sunt tuae munificentiae et religionis monumenta: inter quae eminent profecto Seminarium maius S. Mariae ad Lacum, te auctore et auspice, magnificentissime aedificatur»! omnibusque exornatum praesidiis, sacrae aedes et domus scholaeque paroeciales, passim in amplissima ditione tua a fundamentis conditae. Nec minus compertum est omnibus, magna te dedisse incrementa iis consociationibus et institutis, quae ad fidem latius propagandam potissimum spectant. Quantae vero curae tibi sit, ut fidelis populus in christianae vitae instituto magis in dies proficiat, vel ex ipso colligitur consilio, per te iam pridem suscepto, ut in qualibet ex quadringentis tuae ditionis paroeciis fideles isti per sacras missiones seu per spirituales exercitationes ad sollemnia tui iubilaei peragenda sese pararent. Ita profecto, hortatu auspicioque tuo, plura ad effectum feliciter adducta sunt vota celeberrimi illius Eucharistici Congressus, in civitate ipsa Chicagiensi abhinc octo annos celebrati, cuius gloria et splendor numquam oblitterari potest. Perspectas denique habemus paternas sollicitudines, quibus ipse praesentibus populi angustiis et necessitatibus, per societatem praecipue Vincentianam summa industria temperatane, subvenire contendis. Quae Nos omnia in cunde memorantes, proxima faustitatis tuae sollemnia non modo gratulatione Nostra augere exoptamus, sed auctoritatis quoque Nostrae suffragio facere fructuosiora. Tibi igitur, dilecte fifi Noster, ultro concedimus, ut die ad sacri eventus celebritatem statuta, Sacro sollemniter peracto^ adstantibus fidelibus Nostro nomine benedicas, plenam iisdem commissorum veniam proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Interea Deum instanter rogamus, ut multos praeterea aetati tuae annos adiiciat, caelestium munerum plenos et meritorum. Quorum quidem in auspicium, inque peculiaris dilectionis Nostrae pignus, tibi, dilecte fifi Noster, Episcopis tuis Auxiliaribus, itemque clero populoque universo apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xvm mensis Octobris, in festo S. Lucae evangelistae, anno MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PIUS PP. XI

III

AD R. P. AUGUSTINUM GEMELLI, O. F. M., CATHOLICAE STUDIORUM UNIVERSITATIS A SACRO CORDE IESU RECTOREM MAGNIFICUM EUNDEMQUE MODERATOREM COMMENTARII « RIVISTA DI FILOSOFIA NEO-SCOLASTICA ».

PIUS PP. XI

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem.—Summa animi delectatione litteras excepimus, kalendis huius mensis a te datas, una cum volumine, quod inscribitur: « Indirizzi e conquiste della Filosofìa Neoscolastica ». In comperto enim est, uti praeclaris hisce documentis confirmatur, quantum perfecerit itineris, quantaque fructuum ubertate ditatum sit istud, cui diligenter praees, commentarium, «Rivista di Filosofìa Neoscolastica» nuncupatum, cui ipse fel. record. Leo XIII viam quodammodo straverat, primo abhinc quinque et viginti annos in vulgus editum, et benevolentia favoreque Pii X sanctae memoriae exornatum commendatumque. Et sane: quum eiusmodi commentarium exortum est, ut philosophiam Neoscholasticam excoleret, novas profecto vires novumque addidit incrementum Scholasticae ipsi philosophiae, quae tunc in publicis Italiae scholis et institutis vel superioribus neglecta iacebat, haud raro contempta et despecta, atque in privatis paene scholis et academiis catholicis abdita latebat. Nunc vero luce et palam loquitur, infirma adversariorum argumenta refellit, et admirationem saepe excitando, complurium philosophorum, in publicis quoque coetibus, oculos et mentes ad se convertit. Quare, dum recentiora philosophorum commenta, quae permagni antea habebantur, hodie labefactari videntur, haec sana et perantiqua philosophia, ad novas etiam quaestiones solvendas peridonea, perpetua florens viriditate, magis magisque in dies vim ac robur nanciscatur. Neque mirum; haec enim tot tantorumque sapientium ac doctorum scientia, mediam profecto tenens viam inter extremas, quae ad sinceram hominis naturam integre spectat, quaeque eximiam veterem doctrinam cum cognitionibus rerum divinitus revelatis mira ratione coniungit, et mentes hominum illustrando animos pariter movet ad bonum recte persequendum, haec, inquimus, philosophia perennis, ceterarum scientiarum altrix atque moderatrix, civilisque omnis cultus admodum fecunda, hoc unum gestit, sicut ipsa Christi religio, ne ignorata damnetur. Maxima itaque laus commentario isti tribuenda est, quod tantam veritatis lucem et splendorem inter sapientiae cultores propagaverit, et, Catholicae istius Universitatis primum germen exsistens, tot adulescentium animos impulerit,

ut ex uberrimis doctrinae fontibus, praecipueque ex Angelico Doctore, solidissima argumenta baurirent, sive ad supernarum rerum notitiam altius perdiscendam, sive ad fallaces adversariorum sententias efficaciter redarguendas. Quapropter commentarii istius scriptores, imprimisque eius moderator, non modo de scientiarum profectu deque civili cultu, sed de ipsa quoque vera religione deque universa Christi Ecclesia praeclare omnino meriti sunt. Libenti igitur laetoque animo, haec omnia memorantes, tibi, dilecte fili, ceterisque commentarii scriptoribus animum Nostrum admodum gratum paterne profitemur, atque exoptatam gratulationem meritamque laudem publice planeque significamus. Incepto igitur nobilissimo instate, et alacriores effecti ulterius pergite. Ipsa autem tot fructuum, quos hactenus percepistis, suavis recordatio, Nostra quoque erga vos benevolentia et favor, maximeque vero Dei honor eiusque Ecclesiae incrementum novas vobis addant vires et stimulos, ut cuncta vestra studia, labores et vigilias magno animo persequamini. Deus, omnium scientiarum Dominus, caelesti semper lumine vobis praesentissimus adsit, ut labores vestri etiam in posterum fecundentur et largiore etiam successu augeantur. Hunc vobis ominamur amplissimum; cuius quidem auspex sit apostolica benedictio, quam peculiaris dilectionis Nostrae testem tibi, dilecte fili, commentarii scriptoribus, eiusdemque sociis atque studiosis universis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvni mensis Octobris, in festo S. Lucae evangelistae, anno MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PIUS PP. XI

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

TOLOSAKA

ADIECTIONIS TITULORUM EPISCOPALIUM

DECRETUM

Excmus ac Revmus Dominus Iulius Saliège, Archiepiscopus Tolosanus, humiles Apostolicae Sedi exhibuit preces, ut tituli cathedralium ecclesiarum Sancti Bertrandi de Comminges et Rivenae, olim in Gallia illustrium, quae iam suppressae fuerunt, adiungerentur Tolosanae ecclesiae, ne illarum memoria excidat.

Quas quidem preces benigne excipiens Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, apostolicae potestatis plenitudine statuit, ut posthac Tolosana archiepiscopalis ecclesia titulis quoque ecclesiarum episcopalium **S.** Bertrandi de Comminges et Rivenae condecoretur.

De his autem idem Ssmus Dominus praesens edi iussit Consistoria^ decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent; quibuscumque in contrarium facientibus, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 19 Ianuarii 1935.

Fr. R. C. Card. Rossi, *Secretarius.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Saerae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

10 Novembris 1934. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Misthiensi praefecit R. P. D. Aloisium Martínez, hactenus Episcopum Anemurensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis R. P. D. Leopuldi Ruiz n Florez, Archiepiscopi Moreliensis.

17 Novembris 1934. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Bosporanae, B. P. D. Iosephum Ignatium Marquez, hactenus Episcopum Lysiniensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis B. P.,D. Petri Vera y Zuria, Archiepiscopi Angelorum.

15 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Cabasitanae B. P. D. Prudentium Contardo, hactenus Episcopum de Temuco.

22 Decembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Bizyensi, B. P. D. Iosephum Garibi Rivera, hactenus Episcopum Bhosiensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis B. P. D. Francisci Orozco y Jiménez, Archiepiscopi de Guadalajara.

— Titulari episcopali Ecclesiae Biltensi, R. P., D. Salvatorem Montes de Oca, hactenus Episcopum Valentinum de Venezuela.

28 Ianuarii 1935. — Cathedrali Ecclesiae Salmantinae praefecit B. P.pX Henricum Pia et Deniel, hactenus Episcopum Abulensem.

— Cathedrali Ecclesiae Carthaginensi in Hispania, B. P. D. Michaelem de Sanctis Diaz et Gomara, hactenus Episcopum Oxomensem.

— Cathedrali Ecclesiae Illerdensi, B. P. D. Salvium Huix Miralpeix, hactenus Episcopum tit. Selymbrianum.

— Cathedrali Ecclesiae Placentinae Hisp., B. P. D. Felicianum Bocha Pizarro, hactenus Episcopum tit. Arethusium.

— Cathedrali Ecclesiae Oscensi, B. P. D. Linum Bodrigo Buesca, hactenus Episcopum tit. Tabborensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ovetensi B. D. Iustum Antoninum Echeguren et Aldama, Administratorem apostolicum eiusdem dioecesis Ovetensis.

23 Februari. — Cathedrali Ecclesiae de Linares in Chile, B. D. Ioannem Subercaseaux Errazuriz, rectorem Seminarii S. Iacobi de Chile.

— Cathedrali Ecclesiae de Temuco, R. D. Alphridum Silva Santiago, presbyterum archidioecesis S. Iacobi de Chile.

— Titulari episcopali Ecclesiae Barcaeae, R. D. Iosephum Gasparem de Arïonseca Silva, quem deputavit Auxiliarem Excmi Dñi Leopoldi Duarte Silva, Archiepiscopi S. Pauli in Brasilia.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

i

DECRETUM

ERECTIONIS ADMINISTRATIONIS APOSTOLICAE

Quo aptius consuleret animarum bono pro ea parte dioeceseos Premisliensis Ruthenorum quae *LemJcowszczyzna* nuncupatur, Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in Audientia diei 13 Ianuarii 1934 decrevit a iurisdictione Episcopi Premisliensis Ruthenorum subtrahendos esse et proprio Administratori Apostolico committendus sequentes decanatus, una cum omnibus eorumdem decanatum paroeciis: Bukowsko, Oorlice, Grybów, Dynów, Dukla, Krosno, Muszyna, Rymanôw, Sanok. Administrationi Apostolicae ita erectae nomen erit *LemJcowszczyzna;* sedes, vero, principalis in urbe *Rymanów.* Excmus D. Nuntius Apostolicus penes Polonorum Rempublicam invigilabit, nomine Sanctae Sedis, ut omnia rite adimpleantur quae necessaria sunt ad canonicam supradictae Administrationis Apostolicae constitutionem.

Contrariis quibuslibet minime obfuturis.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. pro Ecclesia Orientali, die 10 Februarii, anno 1934.

A. Card. SINCERO, Episcopus Praenestinus, *a Secretis.*

" L. ꠸ S.

Ioseph Cesarmi, *Adsessor.*

Il

NOMINATIO

Decreto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali diei 11 Decembris anno 1934, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, dignatus est renunciare, ad nutum Sanctae Sedis, Administratorem Apostolicum pro fidelibus ritus graeco-rutheni in *LemJcowszczyzna* (Polonia) Revmum D. Basilium Masciuk, hactenus parochum in Horozanna Wielka (dioecesis Premislien. Ruthenorum).

SACRA CONGREGATIO RITUUM ' .> :

i

VARIATIONES

FACIENDAE IN RUBRICIS BREVIARII AC MISSALIS ROMANI

I. - IN BREVIARIO ROMANO

1. Post Duplicia I classis primaria ponatur: *

« Duplex I classis secundarium.

Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. O. »

2. Inter Duplicia II classis secundaria expungatur idem Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C, et in fine addatur « Festum Maternitatis B. Mariae Yirg. ».

3. Die 30 Iunii, post Nonam Commendationis S. Pauli Ap., ponatur: « Vesperae de sequenti, sine ulla Commemoratione ».

4. Die 1 Iulii, post Orationem de I Vesperis Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C, expungantur omnes Commemorationes.

Eadem die, post Orationem de Laudibus, dicatur: « Ad Laudes tantum mt Commemoratio diei Octavae S. Ioannis... ».

Eadem die, post Nonam, ponatur:

«In II Vesperis.

Omnia ut in I Vesperis, sed loco ultimi Psalmi, dicitur Psalmus 147 *.Lauda, Ierusalem, Dominum.*

Y. Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni.

1$. *Quos pretioso Sanguine redemisti.*

Ad Magnif. Ant. *Habebitis autem... sempiterno.*

Et fit Commemoratio tantum sequentis, ut infra.

Completorium de Dominica, et conclusio Hymni ut in Communi Festorum B. Mariae Virg. ».

5. Die 2 Iulii, in festo Visitationis B. Mariae Virg., post verba: «In I Vesperis]» ponatur:

«Quando dicendae sint integrae, Antiphonae de Laudibus, Versus et reliqua ut infra.

Ant. *Beata es... alleluia.*

y. *Benedicta tu in mulieribus.*

R^. *Et benedictus fructus ventris tui.*

Oratio *Famulis tuis... Per Dominum ».*

Et post hanc Orationem expungantur omnes Commemorationes.

n. - IN MISSALI ROMANO

Die 1 Iulii, in Oratione Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. expungantur signa parenthesis quoad verba « solemni cultu ». Post rubricam « In Missis votivis... » ponatur: « Et in Missis privatis tantum, fit Commemoratio* diei Octavae S. Ioannis ».

UBBIS ET OBBIS

Aucto ritu festi Pretiosissimi Sanguinis D. N. Iesu Christi, Sacra-Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XI tributarum, suprascriptas variationes approbavit, illasque in futuris editionibus Breviarii et Missalis Romani inserendas mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 19 Ianuarii 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © 8 .

A. Carinci, *Secretarius»*

Il i

POLICASTREN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI DOMINICI LENTING SACERDOTIS SAECULARIS.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum, tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum d& quo agitur.

In hodiernae Dominicae Evangelio legimus leprosum quemdam ad Dominum, ut sanarëtur, accessisse, humilique voce *Domine,* dixisse, *si vis? potest me mundare.* Eius fidem Iesus cum vidisset, *tetigit eum dicens:. Volo. Mundare, et confestim mundata est lepra eius* (Matth. 8, 2). «Per istum leprosum, uti Angelicus Doctor commentatur, moraliter intelligitur pec-

cator ». Omnes autem peccatores usque ad mundi finem a peccati lepra non mundantur, nisi gratia Christi, cuius ministri sunt sacerdotes: in ministris autem *iam quaeritur... ut fidelis quis inveniatur* (I Cor. 4, 2): tantoque ipsi uberiores colligent animarum messem, quanto magis de spiritu Christi vivunt, quin immo quanto magis ipse Christus, iisdem cooperantibus, in ipsis vivit, uti nobili ausu dicit Apostolus: *Vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus* (Gal. 2, 20). Insigne huius divinae vitae specimen sacerdos Dominicus Dentini exstitit, Policastrensis dioecesis in Lucania singur lare decus et ornamentum. Ipse quidem non illustri sed tenui conditione vir, non religiosi Instituti conditor, non magnificis operibus in omnium ore per orbem celebratus, non voluminibus doctrina refertis praeclarus, nulla ecclesiastica dignitate aut beneficio auctus, insigni tamen sanctimonia, in patrio oppido et forte non ultra suae dioecesis fines, in humili sacerdotalis ministerii exercitio mire refulsit.

Natus est Dei Famulus Lauraeae, nobili in oppido, die 20 Novembris mensis anno 1770, indito ei in sacro baptismate Dominici nomine, felici praesagio; vere enim vir dominicus per totam vitam futurus erat. Parentes eius, Macarius et Rosaba Vitarella, non opibus, sed actuosa christianae fidei professione et pietate dari, puerulum, non verbo tantum, sed et exemplo divina praecepta quam diligentissime docuerunt. Yividum quod nactus erat ingenium, vel a prima adolescentia Dominicus compescere sategit. Decimum quintum annum agens, quum se ad sacra divinitus vocatum persentiret, clericali militiae se mancipavit maioreque nisu virtutum perfectioni assequendae alacer sese addixit. Bonis artibus et philosophiae in patria, theologicis vero disciplinis partim Lauraeae, partim in Policastrensi Seminario, incumbens, supra ceteros coaetaneos, magnas progressiones fecit. Anno 1791 prima clericali tonsura sacris fuit initiatus, anno vero 1794 ad Presbyteratus Ordinem promotus est. Maximo animi fervore, tanto muneri suscipiendo se comparavit: totam enim noctem seu ante sacerdotalem Ordinationem, seu ante primum sacrum celebrandum, in oratione traduxit. In patriam reversus ibi per totum vitae cursum permansit, sacerdotalibus muniis totum se impendens et superimpendens. Pueros litteras et christianam catechesim docere, nulla stipe, vel fere, inde percepta, divino verbo praedicando et sacramentalibus confessionibus assidue audiendis ad mortem usque tum Lauraeae, cum in viciniis, maximo animarum emolumento sedulo incubuit. Morte plectendis usque ad extremum eorum vitae momentum, eos solans, eximia caritate adstabat. Difficile dictu est vel mente concipi quot peccatores ad salutis semitam reduxerit, quot animas ad perfectionis viam sectandam adduxerit, omnibus omnia factus. Verum tam uberes fructus ipse collegit, eo quia divina ultra modum exaestuabat

caritate. Hac permotus, orationi multas per horas instabat, et sacrosanctum Missae sacrificium tali tantaque religione celebrabat, ut non homo, sed Angelus in mortali carne esse videretur.

Non enim semel a sensibus abreptum in, aere suspensum adstantes mirati sunt. Erga dominicam passionem, erga Beatissimam Virginem ineffabili ferebatur devotione, quam seu in concionando, seu in confessionibus excipiendis in auditorum animos inserebat. Tanta is erat animi demissione ut de eo iure merito dictum fuerit, quod esset humilis in loquendo, humilis in tacendo, humilis in hortando, humilis in compiendo. Ceteris quoque virtutibus, quae sanctum sacerdotem decent, ornatum fuisse omnes testes deponunt. Testantur enim eum arctissimam voluntariam paupertatem servasse. Totum quod sibi ex ecclesiasticis ministeriis obveniret, totum ad sublevandam aliorum inopiam impendebat nil sibi relicto. Miserrimo vescebatur obsonio, quin immo persaepe, si panis frustulum domi exstitisset, hoc pauperi dabat. Detritis vestibus induebatur, nec semel seu pallium seu unicum indusium, seu calceamenta pauperibus donavit, nudipes perlibenter domum rediens.

Asperrimis paenitentiis corpusculum afflictabat, et in concionando, ubi in dicendo maxime incaluerat, nudata terga atrociter flagello cruentabat. Parcissimum fessis membris somnum dabat, saepe humi clecumbens.

His aliisque asperitatibus divinam misericordiam peccatoribus conciliare satagebat. Unde nil mirum, si innumeri peccatores suorum admissorum paenitentiam agerent; illa enim vox magis compenetrat, quam dicentis vita commendat. Fidelis servi sui virtutes pluribus Deus cumulavit donis, prophetiae, scrutationis cordium aliisque.

Die 25 Februarii mensis anno 1828, quinquagesimum octavum agens annum, quievit in Domino. Iusta funebria per septem continentes dies sollemniter, magna populi frequentia celebrata fuere: defuncti autem corpus flexibile, rubicundum, liquidum effundens sanguinem, suavem redolens odorem permansit.

Sanctus dum vivebat, sanctus post pretiosum obitum, habitus fuit; quae fama non deferbuit.

Quare anno 1842 Ordinaria auctoritate incepti processus, post longam temporis moram anno 1891 perfecti sunt. Die 8 Iunii 1896 super scriptis editum est decretum. Anno autem 1905 die 12 Aprilis mensis Pius X fel. rec. introductionis causae Commissionem sua manu obsignavit.

Anno 1906 die 14 Martii favorabile S. H. C. decretum super Urbani VIII legibus de cultu non praestando editum est.

Interim dum Apostolica super virtutibus in specie inchoativa inquisitio incepta erat, altera de fama sanctitatis in genere peracta fuit, et de eius

vigore die 14 Iulii mensis anno 1915 edictum est. Eodem anno Remissoriales aliae litterae ad continuandum et perficiendum super virtutibus processum concessae sunt. Quo perfecto in S. H. C. de iuridico valore utriusque seu Apostolicae seu Ordinariae quaestionis disceptatum est et favorabile die 23 Iulii anno 1926 editum est decretum.

Quibus omnibus rite comparatis, coram Rmo D. Cardinali Iulio Serafini, Causae Ponente seu Relatore, Antepraeparatoria comitia super virtutibus die 28 Octobris mensis anno 1930 habita sunt: quae die 26 Iunii elapsi anni Praeparatoria sunt subsequuta. Die demum 15 mensis huius, Generalis S. R. C. coetus coram Ssmo D. N. Pio Pp. XI coactus est, in quo Rmus Cardinalis Relator dubium disceptandum proposuit: *An constet de virtù* tibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum., nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque i adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Rmi Cardinales, • Officiales Praelati et PP. Consultores suum quisque edidere suffragium, > quod Beatissimus Pater attento benignoque animo est prosequutus. Attamen ut in re tanti momenti communibus precibus maioris luminis copiam- a Deo impetrarci, suum iudicium in hanc diem distulit Dominicam tertiam post Epiphaniam, sancto Ioanni Ohrysostomo sacram. Eapropter divina hostia religiosissime litata, arcessitis ad Vaticanas aedes Emis Cardinali'-bus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, et Iulio Serafini, Causae Ponente seu Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci Eidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servi Dei Dominici Lentini, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo- agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 27 Ianuarii a. D. 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L."-© S.

A. Carinci, *Secretariis,*

HI

WESTMONASTERIEN.

CANONIZATIONIS BEATORUM MARTYRUM IOANNIS CARDINALIS FISHER EPISCOPI ROFFEN. ET THOMAE MORE MAGNI ANGLIAE CANCELLARII.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur.

Sanctus Gregorius Magnus, quum ad Anglorum gentem Christo adiungendam, apostolica motus caritate, Augustinum monachum una cum sociis in Maiorem Britanniam misisset, triennio post ita ad eumdem Augustinum de uberrimis iam susceptis fructibus gratulabundus et gaudio gestiens, scribebat: « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis, quia granum frumenti (Christus) mortuum est cadens in terram, ne solum regnaret in caelo,... cuius amore in Britannia fratres quaerimus, quos ignoramus, cuius munere, quos nescientes quaerebamus, invenimus. Quis autem narrare sufficiat, quanta hic laetitia in omnium corde fidelium fuerit exorta, quod gens Anglorum, operante omnipotentis Dei gratia et tua fraternitate laborante, expulsis errorum tenebris, sanctae fidei luce perfusa est, quae mente integerrima iam calcat idola, quibus prius vesano timore subiacebat, quod omnipotenti Deo puro corde substernitur, quo a pravi operis lapsibus sanctae praedicationis regulis ligatur, quo praeceptis divinis animo subiacet, et intellectu sublevatur, quod usque ad terram se in oratione humiliât; nec mente iaceat in terra? » (Bibl. SS. PP., ser. VII, vol. 1, p. 183, Romae 1908). Adeo vero feliciter, procedente tempore, spirituales in Anglia messes succrevere, atque adeo altas radices catholica religio ibidem egit, ut peculiari laude ea nobilis Natio *dos Mariae, et S. Petri patrimonium* diceretur. Quam christianam fidem tam pleno alveo a Romana Sede derivatam in Angliam, S. Beda Venerabilis, insignis Angliae doctor (a cuius felici obitu decimum secundum volvitur hoc anno saeculum), ita Gregorium Magnum compellans, ab eo acceptam repetit: «Quem recte nostrum appellare possumus et debemus Apostolum:... nam signaculum apostolatus eius nos sumus » *(Hist. Feci.,* 1. II, c. 1: Migne, *P. L.,* XCV, 75 s.).

Atque utinam numquam a matris Ecclesiae complexu tam sibi dilectam filiam temporum procella divulsisset! Haec, saeculo xvi ineunte, primo ingruit, direque postea longo temporis spatio vineam illam vasta vit.

Libido Regis exordium. Qui quum a legitima uxore divortium, cui inhiabat, a Romano Pontifice, inviolabilis sacramenti vindice ac tutore,

.mulla arte extorquere posset, furore actus atque in praeceps mens, se supremum in Anglia Ecclesiae caput edixit, ut sua auctoritate ad novas nuptias sacrilego foedere convolarci;. Quod, publica lege lata et capitali paena contra obnitentes, sancitum fuit. Continuo ad supplicia ventum est.

At quum multi timore perculsi (prob dolor! et pastores animarum) animo et fide deficerent, gloriosum tamen martyrum agmen acerbis illis subsequutisque temporibus pro catholica fide tuenda fortiter in Anglia occubuit: quorum iam multi a Leone XIII fel. me. per cultus confirmationem, mumeroque plures a Ssmo D. N. Pio XI gloriose regnante, per formalem beatificationem, Beatorum Caelitum albo inserti sunt.

Agmen illud veluti ducunt duo praeclarissimi héroes, e clero unus, laicus alter: Ioannes Fisher, S. E. E. Presbyter Cardinalis et Episcopus Roffensis, atque Thomas More, Magnus Regni Cancellarius. Quos nominare «et laudare est: tam celebris exstat per orbem eorum fama et praeclara memoria! Hi, licet Regi addictissimi et fidelissimi cives, iniquo eius iussui, divina vetante lege, obsistentes, pro Romani Pontificis in universa Ecclesia primatu martyrium praeprimis nobile fecerunt.

Ioannes Fisher anno 1469, uti iam compertum est, natus, mira ingenii acie praeditus, in Cantabrigiensi Academia alumnus primas tulit: dein in eadem summa laude docuit et Cancellarii munus obivit; studia mire promovit, evexit, litterarum ornamentis et scientiarum cultu celebratissimtis. Verum sunt haec minora prae eius magnitudine animi et intemeratae vitae sanctimonia. Has eximias admirata dotes, Margarita, Regis mater, eum «ibi confessarium adlegit, cuius filius Henricus VII, eum Roffensi sedi proposuit, atque regio consilio adiunxit. Officii celsitudinem pastoralibus virtutibus aequavit. Animarum pervigil custos debacchantem tunc temporis Lutherum, aliosque novatores, contra sanctissimae fidei dogmata, doctissimis ac nervosis scriptis ita perstrinxit, ut inter principes illius aetatis a,pologetas merito accenseretur. Sibi parcus, pauperibus sublevandis largus; non quae sua, sed quae Iesu Christi sunt, semper quaesivit. Pietate in exemplum refulsit; iuges in Missae sacrificio celebrando lacrimae: assiduo vero orationis studio atque aspera corporis mortificatione fortissimum animum ad altiora comparabat.

Iamque tanto Christi athletae durum instabat ac diuturnum certamen, quod cruenta morte gloriose superaturus erat.

Impavidum Catharinae Aragonensis, legitimae uxoris Henrici VIII, Regis, defensorem exagitare coepit Rex adulter, quum eum primo libertate privatum in custodiam tradidit Episcopi Gardiner a die 5 Aprilis anno 1533 ad diem 13 insequentis mensis Iunii. Libertati restitutus mox, de crimine proditionis accusatus, carcere et bonorum publicatione absens damnatur,

hac tamen in minorem commutata paena, ne futilis in Praesnlem innocentissimum criminatio accusatoribus probro verteretur. Non multo post a Cantuariensi Archiepiscopo Londinium accitus, ut sacrilego iureiurando se obstringeret, illud, frustra saepius tentatus, omnino reiecit, qua parte ad Regis divortium atque ad eius in Ecclesia Angliae primatum, refragante divino iure, spectabat. Renuentem londinensis turris careet excepit die 17 Aprilis anno 1534. Qua inclusus, corpore animoque multa perpessus, sacris prohibitus atque episcopalibus iuribus privatus, supremo se parabat- agoni. Quaesitum legalis damnationis titulum opportune praebebat lex lata de primatu spirituali Regis mense Novembri eius anni. Die 20 Maii anno 1535 Paulus Papa III hunc strenuum catholicae fidei assertorem, S. R. E. Presbyterum Cardinalem, titulo S. Vitalis creavit, transmisso- cardinalitio galero, quod tamen ne ei traderetur Rex vetuit. Mense Iunio/ bis ad tribunal fuit accitus, quumque fortis in Dei et Ecclesiae iuribus- asserendis, tutandis perseverare^ ignominiosa proditorinn morte fuit damnatus, quam paenam Rex in capitis obtrunctationem commutavit. Mortis cum gaudio accepta sententia, orationi instantius attendit, admirabili animi pace perfruens.

Die 22 Iunii ad patibulum dum duceretur, evangelii librum aperiens,, in haec incidit Christi verba: *Ego te clarificavi super terram, opus consummavì, quod dedisti mihi ut faciam, et nunc clarifica me, tu Pater apud temetipsum.* Renovata coram populo fidei professione, hymno *Te Deum* psalmi *In te Domine speravi* aliisque precibus recitatis, caput carnifici obtulit, eiusque anima, adiuncta Martyribus, ad caelum evolavit.

Thomas More anno 1478 natus, vivido amoenoque ingenio praeditus, latini graecique sermonis studiosissimus, Oxonii bonis artibus, Londinii iuridicis disciplinis cum laude eximiae ac singularis doctrinae incubuit. Cardinali Morton, Cantuariensi Archiepiscopo et Regni Cancellario, adolescens Thomas, quem ille inter suos familiares adnumeratum voluit,- magna portendere visus est, ut passim dictitabat.

In foro celebrando, ab avaritia omnino alienus, «suavissimae caritatis et integerrimae iustitiae iura mire componebat. Religionis catholicae studio- incensus, philosophiae et theologiae operam dedit, in eisque adeo profecit, ut divinorum quoque scientia praecelleret, uti eius scripta comprobant. Etsi plurimis negotiis publicisque muniis distentus, canonicas horas quotidie recitabat, sacrisque adstare, immo et eorum participem esse, omnium spreto respectu, in deliciis habebat.

Çilicium numquam dimisit, aliisque paenitentiis carnem excruciabat, uno verbo, nulla erat virtus, pientissimo christifideli digna, quae in eo non emineret. Ioannam Colt duxit in uxorem, a qua tres filias, unum autem

filium suscepit. Hac mature demortua, Aliciam Middleton, viduam, matrimonio sibi copulavit, quae orphanorum curam gereret. Interim publicis gravibus muneribus est auctus. Nondum tricennis in Regni concionem adscitus fuit, dein apud Belgas orator missus, arcani regii consilii particeps, Magnus denique Angliae Cancellarius maxima totius regni laetitia renuntiatus. Quibus muneribus mira abstinentia, iustitia, aequitate, bonorum omnium gratulatione functus est¿

Quum impio Regis placito fideliter fortiterque restitisset, eius iram incurrit, quae in mortale odium exarsit, quando Thomas eum supremum anglicanae Ecclesiae caput noluit agnoscere;

Dimisso Cancellarii officio, intra domesticos parietes ad orationes, spiritualia colloquia sacramque lectionem iugiter animum attendebat, ad supremum, quod praevidebat, luctamen se comparans.

In iudicium, quasi libellum contra Begis divortium scripsisset, accitus, accusationem quidem uti falsam a se repulit, candide tamen catholicam fidem professus. In carcerem coniectus, iterum iudicio suppositus, quum constanter in fide catholica profitenda perstitisset, die 1 Iulii anno 1535 atrocissimae damnatus est morti, quam sententiam laeto gratoque animo acceptavit, iniquis iudicibus sortem sanctorum Stephani et Pauli adprecans, ut quemadmodum Paulus, olim Stephani persecutor, modo eius consors in gloria, ita ipse se Deum pro eis deprecaturum promisit ut sui consortes futuri essent in caelesti regno. Non lacrimae suorum, non Begis administrorum consilia Thomae constantiam vel minimum labefactare valuerunt. Die 6 Iulii eodem anno, octava SS. Apostolorum Petri et Pauli, ad subeundum supplicium ductus, veluti ad festum properans, dominicam passionem recolens, coram frequenti populo se in Ecclesia et pro fide catholica, Deo Begique fidelem mori professus; gratos sui animi sensus carnifici depromens eumque amplexans, patibulum animose conscendit. «Accessit ad eum carnifex, scribit Sanderus,... et caput iustitiae, caritatis et virtutis amputa vit, ingemiscente Anglia universa et non tam Christi martyrem, quam seipsam capite truncatam arbitrante » (Boni. 1586 p. 137).

Cultum Ioanni Cardinali Fisher et Thomae More post eorum mortem iampridem exhibitum Leo XIII, adiectis aliis quinquaginta duobus in ea persecutione martyribus per S. B. C. decretum sub die 29 Decembris mensis anno 1886, confirmavit, Beatisque eos accensuit.

Adventante vero iam ab eorum glorioso martyrio quatercentesimo anno, mira consensione et praegrandi numero, insignes dignitate viri S. B. E. Cardinales, praecipue Cardinalis Franciscus Bourne, Archiepiscopus Westmonasteriensis, quem nuper e vivis ereptum omnes comploramus, Archiepiscopi et Episcopi omnes Angliae, Scotiae, Hiberniae cum suo quisque

populo, plurimique alii totius Orbis sacrorum Antistites, Studiorum Universitates, Venerabile Anglorum Collegium et S. Bedae de Urbe innumerique alii, quos inter et acatholici, ut ad Canonizationis honores duo hi fortissimi martyres elevarentur, suppliciter postularunt.

Beatissimus Pater vota haec benigne ex corde excipiens, Sacrae Huic Congregationi mandavit, ut ad severam trutinam acta martyrii horum duorum pugilum cribrarentur; de quo in causa de cultus confirmatione pertractanda, peculiaris quaestio, utpote in casu tunc temporis lege non requisita, habita non fuerat. Sacrae Rituum Congregationis Historica Sectio huic muneri plene satisfecit, summi momenti documenta colligendo, suoque suffragio illustrando, quibus martyrium tum materiale cum formale seu ex parte utriusque victimae, seu ex parte iudicum et Regis, qui eos morte damnarunt, evidentissime comprobatur.

Alteri vero ex Consultoribus munus fuit demandatum praecipuas colligendi sententias a scriptoribus seu superioris seu recentioris praesertim aetatis, de nostris prolatas martyribus, ut pateat quo iam nunc consensu admirentur historici utriusque herois et praeclaram vitam et mortis triumphum.

His omnibus comparatis, die 29 proxime elapsi mensis in Generali Congregatione, cui Ssmus D. N. Pius Papa XI praefuit, Rmus Cardinalis Raphael Carolus Rossi, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit disceptandum: *An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis post indultam supradictis Beatis venerationem in casu et ad effectum de quo agitur.* Quotquot aderant Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores suum quisque tulere suffragium, quod Beatissimus Pater attente excepit, iudicium vero suum hac die decrevit pandendum 10 Februarii anno 1935, Dominica V post Epiphaniam, maioris luminis copiam in re tanti momenti interim a Deo adprecaturus.

Eapropter Rmos Cardinales Camillum Laurenti, S. R. C. Praefectum, et Raphaelem Carolum Rossi, Causae Ponentem, nec non R. P. Salvatorem Natucci Fidei Promotorem generalem meque infrascriptum Secretarium arcessiri iussit, sacro que religiosissime litato edixit: *Ita evidenter constare de martyrio et causa martyrii Beatorum Ioannis Cardinalis Fisher et Thomae More, ut, concessa a signis seu miraculis omnique alia opportuna et necessaria dispensatione, procedi possit ad ulteriora.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae die 10 Februarii a. D. 1935.

C. Card. LAURENT!, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

SYRACUSANA

NULLITATIS MATRIMONII (BEN VISSUTO-VALSECCHI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Noemi Valsecchi, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 15 Aprilis 1935, hora lia. m., ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Noemi Valsecchi, curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.*

_ • L. g« S. . **A. Jullien,** ***Ponens****

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 19 Februarii 1935.

I. Pendola, ***Notarius.***

* Etant inconnu le lieu de fia demeure actuelle de M. Noëmi Valsecchi, défenderesse en cette cause, Nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 15 Avril 1935, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite M. Noemi Valsecchi, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I - DE COLLATIONIBUS MORALIBUS

D. An inter *curam animarum habentes,* de quibus in canone 131 § 3, recensendi sint religiosi sacerdotes, qui munere funguntur catechistae, vel vicarii cooperatoris, vel cappellani a parocho dependentia in nosocomiis aliisque piis domibus- ..;

R. Negative quoad religiosos catechistas; affirmative quoad religiosos, vicarios cooperatores vel cappellanos, si, ad normam canonis 476 § 6 Codicis I. C, vicem parochi suppleant eumque adiuvent in universo paroeciali ministerio.

II - DE CONFESSIONE RELIGIOSARUM

D. Utrum verba: *loco legitime destinato,* de quibus in interpretatione diei 24 novembris 1920 ad canonem 522, intelligenda sint tantum de loco habitualiter designato, an etiam de loco per modum actus designato vel ad normam canonis 910 § 1 electo.

B. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

III - DE ANNO NOVITIATUS

D. I. An indultum apostolicum requiratur ut annus canonicus novitiatus, de quo in canone 555 § 1 n. 2, transferri possit in secundum novitiatus annum iuxta § 2 eiusdem canonis.

II. An loci Ordinarius dispensare possit super secundo novitiatus anno, si hic in constitutionibus ad professionis validitatem non requiratur ad normam canonis 555 § 2.

R. Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative, dummodo agatur de Religionibus iuris dioecesani.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 12 mensis Februarii anno 1935.

£g A. Card. SINCERO, Episcopus Praenestinus,

Praeses.

L. © S.-

I. Bruno, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 29 Gennaio 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Re vini Signori Cardinali con i Revmi Prelati, Officiali e Consultori teologi che la compongono, hanno emesso il loro voto sopra il dubbio del martirio e della cagione del martino dei segni o miracoli dei Beati Giovanni Card. Fisher, Vescovo di Rochester, e Tommaso More, Gran Cancelliere d'Inghilterra, uccisi, come si asserisce, in odio alla fede.

Martedì, 19 Febbraio 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, con l'intervento ed il voto degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Revmi Prelati Officiali e degli Consultori teologi componenti la stessa Sacra Congregazione, per discutere:

1) Sul *tuto* per la solenne Canonizzazione dei Beati Giovanni Fisher, Vescovo di Rochester, e Tommaso More, Gran Cancelliere, martiri inglesi nel 1535.

2) Sulla eroicità delle virtù della Serva di Dio Emilia di Vialar, Fondatrice delle Suore di San Giuseppe dell'Apparizione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

16 Febbraio 1935. Il Revino P. Ferdinando Antonelli, 0. P.M., *Relatore generale della Sezione storica della Sacra Congregazione dei Riti.*

23 » » 11 Revmo Monsig. Vittorio Bartocceiti, *Promotore di Giustizia presso il Tribunale della S. R. Rota.*

Camerieri Segreti So 0 rata n u m erari ri. t . S.

15 Novembre 1929. Monsig. Bruski Magno, della diocesi di Danzica.

5 Luglio 1934. Monsig. Ritzer Ottone, della diocesi di Passavia.

» » » Monsig. Vogl Adalberto, della medesima diocesi.

»• » » Monsig. Vogl Carlo, della medesima diocesi.

9 Settembre 1934. Monsig, Medici Francesco, della diocesi di Cagli e Pergola.
20 Ottobre » Monsig, Tampalini Domenico, della diocesi di Brescia.
25 » » Monsig. Garriga Mariano, dell'archidiocesi di S. Antonio, Texas.
Monsig. Gerlach Ermanno, della medesima archidiocesi.
Monsig. Moszygemba Tommaso, dellamedesima archidiocesi.
27 » Monsig. Kirk Raimondo, della diocesi di Los Angeles.
» » Monsig. Conneally Nicola, della medesima diocesi.
» » Monsig. Schiapparelli Bonaventura, della medesima diocesi.
22 Novembre » Monsig. Perazzo Giuseppe, dell'archidiocesi di Vercelli.
Monsig. Caniparoli Vincenzo, della diocesi di Livorno.
Monsig. Bornigia Domenico, della diocesi di Jesi.
29 Monsig. Rohling Giovanni, dell'archidiocesi di S.Antonio, Texas.
» Monsig. Heckmann Alfonso, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Maas Francesco, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Geehan Patrizio, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Brillantini Pasquale, dell'archidiocesi di Napoli.
» Monsig. Mottola Ernesto, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Gnarro Giovanni, della medesima archidiocesi.
Monsig. Bevilacqua Michele, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Pinto Gaetano, della medesima archidiocesi.
1 Dicembre » Monsig. Da Fonseca Marciano Bernardo, della diocesi di Juiz de Fora.
» » » Monsig. Leao do'Bonifin Traiano, della medesima diocesi.
13 » » Monsig. Barbarossa Benedetto, dell'archidiocesi di Buenos Aires. -
» Monsig. Das Néveá Antonio, della medesima archidiocesi
20 Monsig. It oran Adalberto, della diocesi di Budejovice.
» Monsig. Stary Francesco, della medésima diocesi.
Monsig. Svoboda Antonio, della medesima diocesi.
Monsig. Klima Leopoldo, della medesima diocesi.
Monsig. Funczik Emilio, dell' Amministrazione Apostolica di Tirnava.
Monsig. Niec Giuseppe, dell'archidiocesi di Cracovia.
Monsig. Rocci Spirito, della diocesi di Monteiiascone.
Monsig. Putz Giovanni Egidio, della diocesi di Eichstätt.
Monsig. Sessi Riccardo, della diocesi di Guastalla.
» Monsig. Fermi Dante, della medesima diocesi.
4 Gennaio 1935. Monsig. Mattioli Pietro (Roma).
17 » » Monsig. Cabitza Salvatore, della diocesi di *Ales.*
» » » Monsig. Kruse Enrico, della diocesi di Münster.

24 Gennaio 1935. Monsig. Drbohlav Francesco, della diocesi di Litomerice.
» » » Monsig. Zingel Agostino della medesima diocesi.
» » » Monsig. Roemer Francesco, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Wienke Gualtiero, della diocesi di Danzica.

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S.:

23 Agosto 1934. Monsig. Brocato Ranzino Luigi, della diocesi di Cefalù.
22 Settembre » Monsig. Agnozzi Luigi, dell'arcidiocesi di Fermo.
22 Novembre » Monsig. Mesko Francesco Saverio, della diocesi di Maribor.
20 Dicembre » Monsig. Tarek Michele, dell'Amministrazione Apostolica di Tirnava.
» » » Monsig. Bresciani Acaste, della diocesi di Montefiascone.

Cameriere d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

24 Gennaio 1935. Sig. Ebers Gottardo, dell'archidiocesi di Colonia.

Cappellano d'Onore extra Urbem *di S. S.:*

22 Settembre 1934. Di Gioia Riccardo, della diocesi di Andria.

NECROLOGIO

17 Gennaio 1935. Monsig. Antonio Maleckl, Vescovo tit. di Dionisiana.
$ Febbraio » Monsig. Pietro M. Gendreau, Vesc. tit. di Crisopoli di Macedonia.
8 » » Monsig. Gaetano Müller, Vescovo di Gallipoli e Nardo.
15 » » Emo Sig. Card. PAOLINO PIETRO ANDRIEU, del tit. di S. Onofrio, Arcivescovo di Bordeaux.
* » » Monsig. Antonio Mönch, Vesc. tit. di Polistilio.
17 » » Monsig, Edoardo Alfredo Leblanc, Vesc. di S. Giovanni nel Canada.

An. et vol. XXVII 25 Martii 1935 (Ser. Ii, v. II) - Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE PAENITENTIARIA APOSTOLICA

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae divinitus Nobis in Beato Petro Apostolorum Principe delata est summa ligandi solvendique potestas non potuit animum Nostrum, ex quo ad Summi Pontificatus fastigium provecti fuimus, ad Sacrum illud Tribunal non convertere per quod Romanus Pontifex hanc eamdem potestatem, quam in Ecclesia obtinet, penitiore quadam ratione eaque ad salutem animarum uberrima, exercet : Sacram Paenitentiariam Apostolicam dicimus, cui commissae sunt hinc, tamquam Paenitentiae Sacramenti consectariae, intimae res et difficillimae quam quae maxime, in conscientiae penetralibus absconditae solique Deo cognitae ; illinc indulgentiarum largitiones, quibus fidelibus facultas tribuitur recipiendi a Divina Misericordia paenarum remissionem, quae ob peccata commissa, eaque in confessione sacramentali iam quoad culpam deleta, solvendae remanent.

Neque immerito. Nam Decessor Noster s. m. Benedictus XIV, cum de dignitate Sacrae Paenitentiariae ageret, haec nobis scripta reliquit: « Ideo praeter alia plura pro variis causarum generibus constituta Romanae Curiae tribunalia, voluerunt (Pontifices) imprimis iam inde a vetustissimis usque temporibus exstare in ea et numquam defecturum perpetuo conservari, instar fontis patentis domui David in ablutionem peccatoris, Apostolicae Paenitentiariae Officium, ad quod universi fideles ex omni christiani orbis regione pro suis quisque spiritualibus morbis quamlibet occultis, sive per se sive per arcanas litteras, propriis etiam suppressis nominibus, tuto confugere possent et convenientem vulneribus medicinam secreta et gratuita curatione (qualis ab omnibus optanda foret) protinus consequerentur ». [1]

Quapropter, cum Nos Ipsi, una cum dilecto filio Nostro Laurentio, tit. S. Pancratii, S. R. E. Presbytero Cardinali Lauri Paenitentiario Maiore, experiendo perspectum habuerimus, quali reverentia et quam exquisita cura hoc Nostrum Tribunal prosequendum sit, quasi ad denuo significandum quanta cum gravitate, prudentia mentisque acumine spiritualia fidelium negotia peragenda sint, quos Ecclesia Deo adducere enititur, modum et rationem definire et constituere decrevimus, quibus amplissimae et sanctissimae facultates, Sacrae Paenitentiariae can. 258 Cod. Iuris Canonici datae, sint adhibendae.

Ad quod consilium ineundum eo magis compulsi sumus, quod necessarium id factu iudicavi mus ob negotiorum agendorum multitudinem, ortam eam quidem cum e frequenti hominum inter se commercio, quod antiquis temporibus ne suspicari quidem quis potuerit, tum ex eo quod Indulgentiarum Officium a proximo Decessore Nostro s. r. Benedicto XV per Apostolicas. Litteras Motu Proprio datas, [2] Codice Iuris Canonici dein idem confirmante, perpetuo Sacrae Paenitentiariae adiunctum est; qua quidem adiunctione huius potestas ampliata atque etiam ad causas ad forum externum pertinentes producta est.

1 Const. *Pastor bonus,* 13 April. 1744.

2 *Alloquentes proxime,* 25 Mart. 1917.

Cum autem Decesse-ri Nostro, sanctae item mem. Pio X, in Const. ***Sapienti Consilio*** ad reformandam Curiam Romanam d. 28 iunii a. 1908 data, expedire visum sit, ad regimen Sacrae Paenitentiariae quod attineret, in memoriam revocare imprimis Constitutionem ***In Apostolicae,*** d. 13 apr. a. 1744 a praeclaro illo Pontifice eodemque Magistro Benedicto XIV editam, qua propria sua atque singulari peritia, quam sibi usu comparaverat quo tempore Canonistae Sacri huius Tribunalis munere fungebatur, ipse in animo habuit « In Apostolicae Paenitentiariae Ofiicio... rectissimam undequaque agendi rationem constabilire »,[1] Nos quoque ad hoc sollemne documentum mentem convertimus; ab eoque solo principes harum litterarum lineas mutuamur, tam in notis propriis obligationibusque designandis Officialium, quibus Sacra Paenitentiaria constat, quam in negotiorum tractatione definienda; in id unum, ob causas ante allatas atque ob alias quas exponere non vacat, intendentes, ut Constitutio ***In Apostolicae,*** quae iam a duobus fere saeculis exsistit, ad ea quae rerum usus et temporum rationes Nos docuerint magis accommodetur, quemadmodum idem f. r. Pius X animadverterat, attentis praesertim consuetudinibus, sensim sine sensu in hoc Sacrum Officium inductis, quae quidem eamdem Constitutionem Benedicti XIV aliquantum immutarunt.

Et re quidem vera, hoc Officium, quod propriam semper formam prae se tulit, cuique peculiare munus est demandatum, conscientias nempe in foro interno moderandi, id quod nulli alii Apostolicae Sedis Officio datum est, decet profecto etiam instituta et leges omnino pròpria habere, quamquam quod ad suam Officialiumque disciplinam attinet, et ad eam quidem solam, Sacra Paenitentiaria ordinationibus generalibus, quae pro Curia Romana vigent, obnoxia sit oportet.

Itaque, sententia eiusdem dilecti Filii Nostri Cardinalis Laurentii Lauri, Paenitentiarii Maioris, praehabita, ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, ac de Apostolicae Auctori-

[1] **Const.** *In Apostolicae.*

tatis Nostrae plenitudine, abrogantes ad normam can. 22 ordinationes omnes, quae his Litteris Apostolicis neque explicite neque implicite contineantur, statuimus et decernimus quae sequuntur:

1. - Sacrae Paenitentiariae, quae ad normam can.258 Codicis Iuris Canonici duas sectiones habet, « Tribunal scilicet proprie dictum et Officium Indulgentiarum », praesidet eamque regit Cardinalis Paenitentiarius Maior.

Non est hic cur de altissima dignitate Cardinalis Paenitentiarii Maioris agamus, qui ne defuncto quidem Summo Pontifice officio decedit et cuius praesentia in Apostolicis Constitutionibus [1] adeo necessaria habetur, ut, si Sede Vacante ipse moriatur, Sacrum Collegium de alio eligendo Cardinali providere debeat, qui Paenitentiarii Maioris potestatem habeat; qaas ordinationes his Litteris Nostris plene confirmatas volumus; quemadmodum officia etiam confirmamus, quae ad eumdem pertinent, sive in delegan dis Paenitentiariis Minoribus tam Romae pro Basilicis Patriarchalibus quam pro aliis Italiae Basilicis Nostrae iurisdictioni immediate subiectis, [2] sive in concedendis Indulgentiis 300 dierum contactu virgae paenitentialis, [3] sive in celebrandis sacris sollemnibus in quibusdam Cappellis Papalibus, sive denique in spirituali ope Summo Pontifici inorienti pie ferenda: [4] sed illud praesertim in praesenti Constitutione animo proponimus, ut quem locum in Nostro Sacrae Paenitentiariae Apostolicae Tribunali regendo ipse obtineat, statuatur.

Electus a Pontifice e Cardinalibus S. R. E. et per Apostolicas Litteras in forma brevi renuntiatus, Paenitentiarius Maior, postquam in Basilica Vaticana peculiaribus peractis caerimoniis summum munus suscepit, amplissimarum facultatum Sacri

[1] **Cfr. Const. *In Apostolicae* Benedicti XIV et *Vacante Sede Apostolica* Pii X, d. 25 Dec. a. 1904, n. 12.**

[2] **Cfr. Const. *In Apostolicae* et Const. *Quod divina,* d. 3 Maii 1933 et *Iam Annus,* d. 13 Iunii 1933.**

[3] **Cfr. Decr. S. Paenit. 6 Martii 1917.**

[4] **Cfr. Const. *In Apostolicae.***

huius Officii supremus moderator constituitur, et hoc nomine omnes et singulas facultates Sacro huic Tribunali datas ipse in se complectitur. Cardinalis Paenitentiarius Maior, quod quidem Benedictus XIV **iam** statuerat, « suum munus per seipsum exercere debebit »; [1] quare si quo impedimento ipse detineatur vel per aliquod temporis spatium Roma afuerit nec commode ipse adiri possit, eius erit, de consensu Summi Pontificis, alium Cardinalem deputare, qui, tamquam Pro-Paenitentiarius, ipsius vices gerat. Pro-Paenitentiarius vero iisdem facultatibus, quibus Paenitentiarius, erit instructus, easque « proprio nomine » exercebit. Ob rerum autem affinitatem curandum erit, ut ad hoc munus implendum aliquis eligatur, qui inter Eminentissimos Patres in Supremam Sacram Congregationem Sancti Officii cooptatos recenseatur.

2. - Cardinalis Paenitentiarius Maior, in Sacrae Paenitentiariae regimine et in tractandis negotiis, opera definiti numeri Officialium Maiorum et Officialium Minorum utitur. Ad utramque vero eorum seriem determinandam, Decessoris Nostri Benedicti XIV Constitutionem ***In Apostolicae*** omnino redintegramus. Volumus igitur ut Officiales Maiores sint et maneant sex numero, vetusta sua quisque appellatione designati, quam ob historicam rationem retinemus, etsi eorum officia, pro nonnullis praesertim, titulo iam non apprime respondent; eosque omnes, uno excepto Regente, ad iura obligationesque quod attinet, hisce litteris in aequo inter se ponimus. Sunt autem : Regens, Theologus (quod quidem Officium ex privilegio reservatur Societati Iesu [2]) Datarius, Corrector, Sigillato^, Canonista; qui omnes sunt vere Sacrae Paenitentiariae Apostolicae Praelati. Officiales porro Minores sunt Secretarius, duo Substituti (alter pro Sectione Tribunalis, pro Indulgentiarum Sectione alter), ceteri denique omnes, quibus Protocolli (quod vulgo vocant), Rescriptorum conficiendorum ac Tabularii in alterutra Sectione cura

[1] **Cfr. Const. cit.**

[2] **Const. cit.**

commissa est. Sive ii qui Tabulariis praesunt, sive ii, qui Rescriptis conficiendis destinantur, pari habeantur dignitatis gradu. Atque ille prior, seu senior inter eos habeatur, ad omnes effectus quod attinet, qui antea fuerit Officialis Sacrae Paenitentiariae nominatus, nullo habito discrimine inter unam alteramve Sectionem. Qui quidem ordo ne immutetur, etiamsi aliquis ad aliud officium transierit, cum suae, tum alterius Sectionis. Quodsi nominationis scidulae eodem tempore exaratae fuerint, ille inter eos priorem locum obtineat, qui maior natu fuerit. Officiales quidem Maiores a Summo Pontifice per schedulam Secretariae Status nominantur, ad normam in memorata Constitutione ***Sapienti Consilio*** definitam; Officiales vero Minores per scidulam Cardinalis Paenitentarii Maioris.

Nominationis scheda accepta, Officiales Maiores, dum suum quisque munus suscipiunt, praeter fidei professionem, secundum formam a Pio IV et a Pio IX praescriptam, et iuramentum, de quo in Apostolicis Litteris Motu Proprio a Decessore Nostro f. r. Pio X datis, [1] - ad normam Decreti S. Officii d. 22 martii 1918 [2] - coram Cardinali Paenitentiario Maiore, adstantibus aliis Officialibus Maioribus omnibusque Officialibus utriusque Sectionis, iusiurandum quoque a Benedicto XIV in Constitutione ***In Apostolicae*** statutum emittent. Officiales vero Minores Tribunalis tam fidei professionem quam iuramentum in Signatura dabunt. Impositum autem praeceptum iuramenti Sacrae Paenitentiariae proprii in prima cuiusque anni Signatura renovandi tam Maioribus quam Minoribus Officialibus ratum firmumque maneat.

3. - Sex Officiales Maiores consessum seu consilium Cardinalis Paenitentiarii Maioris efficiunt; ideoque, non solum Regens, sed etiam alii quinque Praelati semper ad nutum Paenitentiarii Maioris praesto esse debent. Verum, praeter hoc consiliariorum Paenitentiarii Maioris munus, omnes et singuli, neque solus

[1] *Sacrorum Antistitum,* d. 1 Sept. 1910.

[2] Cfr. *Acta Ap. Sed.,* vol. X, pag. 138.

Regens, vere Officiales Maiores Sacrae Paenitentiariae habeantur, sicuti revera sunt, qui ipsum Regentem adiuvent, quoties ab illo, de consensu Cardinalis Paenitentiarii Maioris, vocati fuerint. Immo, congruentem ordinationem Benedicti XIV[1] ab aliquo tempore aliquantulum obsoletam prae oculis habentes, statuimus ad quinque Praelatos supradictos pertinere, ut per vices in Regentis Officium sufficiantur, quando hic absit vel legitime impediatur, cum summi sane momenti res sit, eiusmodi Tribunal semper, ideoque etiam feriarum tempore, gubernari a Praelatis, Officialibus Maioribus, quos olim Benedictus XIV[2] non solum tamquam « vita moribusque integris ornatos », sicut de Officialibus Minoribus agens dicebat, sed praeterea ut « eximia doctrina praestantes, casuum que conscientiae peritos » designabat, quosque Nos etiam virtute et doctrina omni exceptione maiores esse volumus. Officialis Maior, quamdiu Regentis vicem gerat, omnibus eiusdem facultatibus utatur.

Oportet itaque Regentem cum aliis quinque Officialibus Maioribus conveniens commercium habere, praesertim cum illis ea omnia communicando, quorum notitia necessaria illis sit, sive ad Officii regimen sive etiam ad expedienda negotia, quando in Regentis munus substituendi sint.

4. - Officiales vero Minores, id est Secretarius, Substituti, aliique omnes - quorum nullus ad hoc Officium regendum et ad causas decernendas potestatem habet — secundum sua cuiusque munera, hac Nostra Constitutione definita et in Litteris nominationis designata, prudens et efficax ad negotia expedienda auxilium ferent; qua in re a suo cuiusque moderatore pendeant.

5. - Regens primo loco inter sex Officiales Maiores, ut ipse eius titulus significat, sub immediato Cardinalis Paenitentiarii Maioris ductu, Sacrum Officium moderatur, disciplinam Officia-

[1] **Const. cit.**

[2] **Const. cit.**

lium bonamque Officii administrationem tuendo, sicut omnibus Romanae Curiae Officiorum Praesidibus constitutum est.

Is omnes facultates obtinet, quae ad fines assequendos, propter quos Sacra Paenitentiaria instituta est, requiruntur, secundum can. 258 Codicis Iuris Canonici. Excipimus autem ex Regentis potestate, praeter facultates, quas in utraque sectione Cardinalis Paenitentiarius Maior sibi reservare duxerit, nominatim: ***in materia Indulgentiarum*** eas, quae iam in elencho facultatum Cardinali Paenitentiario Maiori concessarum indicavimus, quem elenchum religiose et inviolabiliter servari volumus; ***in materia fori interni,*** recursus qui pertinent ad can. 132, iunct. can. 214; 827; 828 i. c. 1527; 840; 985, 4°; 1060 **ss.;** 1070; 1075, 2°, 3°; 1138 ss., etiam pro foro tantum interno; 2314; 2320; 2342; 2360; 2363; 2367; 2369; 2371; 2388; 2392. In his recursibus Regens providere poterit, si et quantum opus fuerit, ut confessario potestas fiat absolvendi a censuris et, si res ferat, dispensandi quoque ab irregularitate; attamen, in illis solis casibus, in quibus ipse confessarius providere potuisset per can. 2254 et 990 § 2, siquidem urgeat ut animae in statum gratiae et amicitiae divinae reducantur: ast illico rem totam ad Cardinalem Paenitentiarium Maiorem deferat ut mandata convenientia ab eodem accipiat, quippe quae ei specialiter reservata sint, ut iudicet secundum normas et ordinationes, quas Nosmet Ipsi saepius ei impertivimus, quaeque una cum aliis - quae forte in posterum sive a Nobis Ipsis sive a Successoribus Nostris dabuntur - inviolabiliter et accurate omnibus Officialibus observandae erunt. Postremo Regentis erit in omnibus supradictis recursibus, qui eius potestatem excedunt, pro officio singulas causas ita accurate exponere, ut a Cardinali Paenitentiario Maiore vel ab ipso Summo Pontifice cum plena rei cognitione definitivum iudicium proferri possit.

Quod si negotia peragenda, tam in hac quam in illa sectione, ea etiam quae ad ordinariam Regentis potestatem pertinent, obscura vel aliqua difficultate implicita offerantur, Regens ad Paenitentiarium Maiorem ea referet, ut ad Praelatos inquirendi

gratia mittantur, facta inter eosdem aequa laboris distributione et ratione habita peculiaris singulorum peritiae, quo solutio magis perfecta et absoluta sit; deinde vero in Signatura de iis causis disputabitur. Propterea, postquam statutum erit rem quandam Praelatorum inquisitioni subiciendam esse, ea Tabulariorum praefectis tradatur, qui documenta cuique Praelato ad certiorem solutionem necessaria ex iisdem Tabulariis promant eiusdemque rei exemplaria pro aliis Praelatis describenda curent. Duplex autem huiusmodi opus, qui Tribunalis Tabulario praeest, Regente duce ac moderatore, perficiat; qui vero Induit gentiarum Tabularium custodit, duce ac moderatore huius Sectionis Substituto, exsequatur.

Vacante munere Paenitentiarii Maioris non ideo cessant facultates ordinariae Regentis.

6. - Causae tractantur aliae in Congressu cotidiano, aliae in Signatura Praelatorum seu Officialium Maiorum, aliae denique ad Summum Pontificem afferuntur.

a) Res secretae et urgentes, quae ad Paenitentiariam perveniunt pro foro conscientiae, postulant ut singulis diebus considerentur, examinentur, et si fieri potest perficiantur; quam quidem maxima laude dignam consuetudinem S. Tribunalis semper fuisse novimus. Ex quo necessitas cotidiani Congressus orta est.

Iamvero, cum Secretario et Substitutis, secundum ea quae olim Decessor Noster Benedictus XIV, de ipsis Secretariis agens, statuerat «nullius omnino negotii quantumvis ordinarii vel clari expeditionem, sine praevia ipsius Regentis recognitione et approbatione liceat incipere »,[1] Regens singulis diebus duplicem Congressum habebit: alterum pro rebus fori interni, alterum pro Indulgentiarum petitionibus. Ipse Regens Congressibus huiusmodi praeerit, unaque semper intererit Secretarius. Congressum vero pro foro interno Substitutus huius Sectionis participet; Congressum autem pro materia Indulgentiarum

[1] Const. cit.

Substitutus, qui ad hanc rem pertinet. Secretarius et Substituti, ope Officialis cuiusque proprii curabunt imprimis ut causae in regestis fideliter inscribantur atque earum resumptiones, ubi factae fuerint, adnotentur; dein eas inter se aeque distribuant, legant, diligenter cognoscere studeant; atque earum etiam summarium faciant; mox eas ultro citroque secum communicent, ut et singuli relatores eas omnes exploratas habeant, et mutua consilia in rem conferre possint; postremo de iisdem accurate in Congressu coram Regente referant. Qui quidem, antequam rem plane decernat, quae ad normas redigenda erit, quas pro singulis Sectionibus tradidimus, vel a Nobis et Successoribus Nostris etiam tradentur, ipse per se singulas causas examinare debet, ut de plena veritate relationum sibi factarum certior fiat. Etenim ut Officiales relatores ita Officii Praeses in solidum de consiliis captis respondere debent.

Nihil igitur, in materia fori interni, ab Officii Praeside decerni potest nisi intersint Secretarius et illius Sectionis Substitutus. Quamobrem si vel Secretarius, vel Substitutus desit, in eius locum senior ex Officialibus Minoribus illius Sectionis sufficiatur, in Officio praesens; seniorem dicimus ad normas, quas supra statuimus. Eadem quoque agendi ratio pro Indulgentiarum Sectione decernatur; quapropter si Substitutus in Congressu desit, is a seniore Officialium Minorum illius Sectionis substituatur. Oportet enim Congressus, quoad fieri possit, ex tribus Officialibus constet.

Feriarum aestivarum tempore ita res ordinabuntur at e Tribunali Secretarius et Substitutus Sectionis una simul ne absint; qui idcirco se invicem ita excipient ut alter eorum in Officio de more maneat; pro Indulgentiis Substitutus absens sufficiatur ab Officiali seniore, qui adest.

Nihilominus per ferias aestivas, tam in hac quam in illa Sectione nonnisi ea negotia expediantur quae moram non admittunt quaeque administrationem ordinariam respiciunt.

Quoniam vero Cardinalis Paenitentiarius Maior, ut mos est, duplici illi Congressui cotidiano non interest, integrum ei erit

postulare ut consilia de negotiis, sive fori interni sive indulgentiarum, ex Regentis auctoritate in Congressu capta, sibi afferantur suaeque approbationi subiiciantur, antequam hac de re Rescripta dimittantur.

b) Coetus Officialium Maiorum, cui praeest Cardinalis Paenitentiarius Maior, nomen Signaturae Sacrae Paenitentiariae Apostolicae retineat. Cardinalis Paenitentiarius Maior coetum seu conventum convocat, quoties id opportunum ducit ad tractanda negotia graviora vel negotia, ad alterutram Sectionem pertinentia, quae quomodocumque ulteriore studio indigeant, itemque ad examinandos sive competitores muneris Officialium Minorum, quando ad id assequendum concursus fiat, sive candidatos officii Paenitentiarii Minoris in Basilicis.

Quando a Cardinali Paenitentiario Maiore dies Signaturae constitutus est, Regens ei iussa transmittat qui Tabulario Tribunalis praeest, quique dum ad Praelatos varia rerum, sive fori interni sive Indulgentiarum, de quibus agendum est, exemplaria mittit, e mandato Eminentissimi Signaturam Sacrae Paenitentiariae Apostolicae indicet. Atque praeterea, quandoquidem ad eumdem Tabulam praefectum ea pertinent, quae Paenitentiarios Minores spectant, idem, ut sibi iussum fuerit, huius muneris candidatos opportuno tempore convocet, hac in re periculum facturos.

In Signatura, Officiales Maiores, una cum Regente, ad negotia ex officio tractanda, Consiliariorum munere funguntur, cum ad unum Cardinalem Paenitentiarium Maiorem deliberativam ac decretoriam sententiam ferre pertineat; in examinibus vero ius habent ut secreto suffragium ferant, secundum normas ad id datas. Ipse Paenitentiarius Maior Signaturae praeerit; Secretarii munere fungentur, pro negotiis fori interni, Secretarius Officii, pro rebus autem Indulgentiarum, huius Sectionis Substitutus. Paenitentiarii Maioris est ordinem negotiorum quae tractanda sunt statuere. De unaquaque causa post praelectionem voti ab Officiali Maiore redacti, ab omnibus eisdem Praelatis praesentibus disputabitur, rogatis sententiis a Paenitentiario

Maiore, «iuxta sessionis in Signatura ordinem)),[1] qui est: Theologus, Datarius, Corrector, Sigillator, Canonista; ultimo demum loco Regens, qui pro cotidiano cum Officio commercio, maioris valoris rationes ad definitivum iudicium afferre poterit.

Postquam a Cardinali Paenitentiario Maiore conclusio facta est, haec statim in causae positione ad eam pertinente a Regente inscribatur, qui, antequam ad aliam rem transitus fiat, ipse praeleget, ut appareat an verba statuto decreto respondeant. Qui Secretarii munere in Signatura fungitur, iure sive suffragii ferendi sive sententiae dicendae caret, quippe quod ad sex Officiales Maiores tantummodo pertineat. Eius est imprimis sessionis perscriptionem propriam et accuratam facere. Haec autem prescriptio, ad id facta ut disputatio Congressus litteris tradatur, in Signatura sequenti legenda et approbanda est ac Cardiaali Paenitentiario Maiori subscribenda. Tam Secretarius quam Indulgentiarum sectionis Substitutus librum eiusmodi perscriptionum ad se pertinentem, propria manu exaratum religiose conservent.

Praeterea qui Secretarii munus obit, semper paratus esse debet ad referendum, in materia quae ad se pertinet, de causarum positionibus, quae penitiori inquisitioni subiectae non fuerunt, sed de quibus Paenitentiarius Maior sententiam Officialium Maiorum nosse desiderat. Conclusiones statim ab Officiali relatore in suis causarum positionibus inscribantur et ab eodem praelegantur, sicut supra constitutum est, cum de rebus ageretur, de quibus Praelati retulissent.

Omnia porro negotia, de quibus quomodocumque in Signatura actum est, Regens afferei- ad Cardinalem Paenitentiarium Maiorem, qui singulis decretis suum ipsius nomen subscribat. Sin autem Cardinalis Paenitentiarius Maior non adest, Regens Signaturae praeerit (excepto, ut patet, casu quo Cardinalis Pro-Paenitentiarius deputatus fuerit, penes quem, quemadmodum supra diximus, omnia iura sunt Paenitentiarii Maioris et omnes

[1] **Const. cit.**

eius facultates); sed decreta Signaturae, cui Regens praefuerit, approbationi et subscriptioni Paenitentiarii Maioris proponi debent. Quod si id fieri nequeat, afferantur ad Pontificem in prima Audientia quae post Signaturam habebitur.

c) Cardinalis Paenitentiarius Maior bis in mense Audientiam Summi Pontificis habebit.

Ad Audientiam afferenda erunt omnia negotia, quae in una alterave Sectione facultatem Paenitentiarii Maioris excedunt; omnia quae iam in priore Audientia a Pontifice praeoccupata sunt; quaecumque denique Paenitentiarius Maior (qui semper certior fieri debet de omnibus causarum positionibus, quae ad Officium perveniunt) opportunum iudicaverit, ut Summo Pontifici significentur idque tam ut Pontifex ea cognoscat quae magis conducere possunt ad Universalis Ecclesiae hac in re gubernationem, quam ut idem Paenitentiarius Maior in adhibendis amplissimis sanctissimisque Sacrae Paenitentiariae facultatibus, normas et regulas ab Eo accipiat, qui utpote Supremus conscientiarum Moderator, pro Apostolico quo fungitur Officio peculiari divina ope absque dubio donatur. Causarum positiones Audientiae Apostolicae reservatas, sub ductu et custodia Regentis parabit Secretarius, si res conscientiae, Indulgentiarum Substitutus, si Indulgentias respiciunt. Ut Secretarius ita Indulgentiarum Sectionis Substitutus, pro suis unicuique concreditis rebus, Cardinalem Paenitentiarium Maiorem adibunt, ut suas eidem relationes afferant; quas tamen antea Regenti examinandas tradiderint.

Volumus autem quo tempore Audientiae intermissae sunt, Cardinalem Paenitentiarium Maiorem casibus urgentioribus providere posse, etiam si agatur de sententiis, quae in foro quoque externo vim exserere suam postulent, cum a Nobis bonum animarum aliis omnibus rebus anteponatur; in proxima tamen Audientia de sententiis a se datis, prout opus erit, referet.

Quoniam vero, vacante Officio Paenitentiarii Maioris, penes Regentem ordinariae tantum facultates manent, ut supra statutum est, definimus, si huiusmodi vacatio eo tempore accidat,

quo Audientiae intermissas sint,Regentem solurnniodo in casibus gravissimae et urgentissimae necessitatis providere posse.

Secretarius et Indulgentiarum sectionis Substitutus, pro sua quisque Sectione, in tabulis propriis perscribant quidquid notatu dignum in Audientia statutum sit, praesertim si agatur de principiis, de regulis vel ordinationibus, quae immutationes in praxim Sacri huius Officii inducendas significent. Quarum adnotationum exemplum Regenti tradendum erit, qui sedulo invigilabit, ut etiam ad quinque Praelatos mittatur. Maxime enim expedit hos Officiales semper ante oculos habere quidquid sibi in negotiorum tractatione adiumento esse possit.

7. - Postquam variis negotiis provisum est, sive in Congressu cotidiano, sive in Signatura, sive denique in Audientia, Rescripta ad ea pertinentia conficienda sunt. Quod munus Substitutis commissum est, qui per proprios Scriptores, peritos diligentesque viros, inter quos causarum positiones aequa ratione distribuantur, accuratam rerum confectionem procurare debent. Ut autem Rescriptorum compositio, quae ad forum internum pertinent, uniformi ratione fiat, singuli exsecutores exemplar formularum secum habeant, quas olim adhibitas et a Decessore Nostro Benedicto XIV [1] praescriptas, Nos post diligens examen et inquisitionem, in Signatura a sex Officialibus Maioribus facta, ad normam Codicis conformari iussimus. A quibus formulis nemini discedere licebit, nisi gravibus de causis, singulis vicibus a Cardinali Paenitentiario Maiore approbatis.

Ad Secretarium, pro rebus fori interni, itemque ad Substitutum Indulgentiarum Sectionis, pro sua scilicet sectione, pertinet, adversaria seu « minutas » conscribere earum rerum, quae in forma litterarum vel Rescripti, formulam communem atque usitatam excedunt, ut dein per ordinem Scriptoribus pro exsecutione transmittantur. Verum, ut iterum ea revocemus, quae Benedictus XIV statuit, cum de ipsis « procuratoribus » ageret, [2]

[1] Cfr. Const. cit.

[2] Cfr. Const. cit.

antequam huiusmodi « minutas » a se paratas, Scriptoribus tradant, eas Secretarius et Substitutus approbationi Cardinalis Paenitentiarii Maioris vel Regentis subiiciant oportet.

8. - Omnia acta Sacrae Paenitentiariae, quae in commentario « Acta Apostolicae Sedis » edentur, subscriptionem Cardinalis Paenitentiarii Maioris referre debent; eaque Regenti vel Officiali Maiori eius vicem gerenti subsignanda erunt. Itemque eidem Regenti vel Officiali Maiori subsignanda praecipimus quaevis alia acta, quae a Cardinali Paenitentiario Maiore subscripta fuerint.

Rescripta negotiorum, quae vel Nos ipsi per praesentem Constitutionem e Regentis potestate excepimus, vel in Audientia Pontificis decreta sunt, vel Cardinalis Paenitentiarius Maior sibi reservaverit, vel denique in Signatura tractata sunt, si ab ipso Cardinali Paenitentiario Maiore non subscribuntur, a Regente signantur « de mandato Eminentissimi ».

In rebus autem, quae ad ordinariam potestatem Regentis pertinent, ipse Regens Rescripta subscribit, nihil aliud addens.

Officialis vero Maior, qui Regentis vices gerit, Rescripta, quibus verba anteponenda sunt « de mandato Eminentissimi », signare debet proprio nomine, cognomine, qualitate, nihil aliud adiiciens; alia Rescripta, quae subscriptionem Regentis ferrent, signabit « pro Regente ».

9. - Si Regens vel alius Officialis Maior subscribunt, altera subsignatio pertinet ad Secretarium vel ad Substitutos; ita tamen ut Secretarius omnia Rescripta subsignare possit utriusque Sectionis, Substituti vero tantum Rescripta Sectionis suae. Absentibus Substitutis, Officialis Minor Rescripta subsignet, qui hinc inde ius habet Congressum participandi, quemadmodum supra statuimus.

10. - Agentes de Rescriptis Sacri Tribunalis, id est de Rescriptis quae pertinent ad forum conscientiae, Nos quoque Bene-

dicti XIV verba geminamus: « Sacrosanctum hoc esse volumus et inviolabile ut nihil penitus, quod per Officiales Paenitentiariae Nostrae Apostolicae faciendum est, aliter quam gratis fiat »[1].

Officiales vero, quibus id munus commissum est, debitas largitiones percipiant, quae pro Rescriptis offeruntur alterius Sectionis ; easdemque in regestum referant.

11. - Postquam vero Rescripta ab Officiali, qui eius rei curam habet, dimissa sunt, singulae causarum positiones Tabulario tradantur, ut secundum consuetudinem, debito modo in album adscribantur et religiose ab Officialibus conserventur, qui vel secretissimi Sacri Tribunalis Tabularii, vel Indulgentiarum Tabulam - alterius ab altero prorsus separati - curam et custodiam habent.

12. - Haec quidem valere statuimus vivente Summo Pontifice. Apostolica vero Sede vacante, Regenti nullae erunt peculiares facultates, sed iis tantum fruetur, quae ad ipsum, Romano Pontifice vivente, pertinent. Quoniam tamen animarum saluti, quae omni tempore periclitatur, n alia interiecta mora provide consulendum est, volumus ac mandamus ut Cardinalis Paenitentiarius Maior, Sede Apostolica vacante, omnia facere et expedire valeat, quae ad forum conscientiae quomodolibet spectant,[2] iis non exceptis, quae alias, vivente Summo Pontifice, ab ordinaria eiusdem potestate subtrahuntur, sed solum pro casibus gravis urgentisque necessitatis. Quapropter liberum atque expeditum erit litterarum commercium inter Officium Sacrae Paenitentiariae et Cardinalem Paenitentiarium Maiorem etiam in Conclavi degentem; eaeque litterae, sigillo Officii munitae, nulli examini et inspectioni erunt obnoxiae. Quam ad rem expresse ordinationi in Const. ***Vacante Sede Apostolica*** (n. 50) contentae derogamus. De eiusmodi autem urgentioribus casibus, quibus Cardinalis Paenitentiarius Maior providendum

[1] **Const. cit.**

[2] **Cfr. Const.** ***Pastor Bonus;*** **et Const.** ***Vacante Sede Apostolica,*** **n. I 6.**

censuerit, is futurum Pontificem in proxima Audientia certiorem faciet.

Ad usum et concessionem indulgentiarum quod attinet, Romano Pontifice vita functo, normis in memorata Pii X Constitutione ***Vacante Sede Apostolica (n.*** 23 et 24) praefinitis standum esse decernimus.

Decernimus denique ac iubemus ut haec omnia eo die vigere incipiant, quo Constitutio haec per commentarium « Acta Apostolicae Sedis » in lucem edetur,

Quaecumque autem his Litteris decreta continentur, ea omnia stabilia, rata, valida esse volumus et iubemus, non obstantibus, quatenus opus sit, constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, consuetudinibus ceterisque contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis, quibus omnibus per praesentes Litteras auctoritate Apostolica d e rogamus.

Eorum vero exemplis aut excerptis, etiam typis mandatis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eamdem volumus haberi fidem, quae haberetur praesentibus, si essent exhibitae vel ostensae.

Nemini igitur liceat hanc paginam Nostrae voluntatis infringere vel ei, ausu temerario, contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesima quinta mensis martii, in festo Annuntiationis B. M, V., anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quinto, Pontificatus Nostri decimo quarto.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. B OGGI AN i B. Card. PACELLI
Cancellarius S. B. E. ***a Secretis Status.***

Ioseph. Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ^ Plumbi

Bey. in Cane. Ap., vol. LII, «. 40. **- Al. Trussardi.**

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

ADSISTENTIA OFFICIIS, QUAE VOCANT, TENEBRARUM IN HEBDOMADA MAIORI PECULIARIBUS AUGETUR INDULGENTIIS.

decbetum:

Ad excitandos in corde fidelium debitos grati animi sensus erga salutiferam passionem D. 28". I. C, pretium redemptionis nostrae, quo praesertim tempore eiusdem memoria specialius in Ecclesia recolitur? Ssmus D.-N. Pius div. Prov. Pp. XI, instante infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiore, in audientia die 9 currentis mensis eidem impertita, benigne largiri dignatus est ut quicumque Officiis, quae vocant, Tenebrarum feriis IV, .V et VI Maioris Hebdomadae intersint, psalmorumque ac lectionum cantum aut devota lectione, aut piis super dominica passione meditationibus vel orationibus, pro suo quisque captu, sequantur, *indulgentiam partialem decem annorum* unoquoque ex dictis diebus, *plenariam* vero, si. cunctis tribus, ut supra, adstiterint et oraverint, suetis conditionibus, lucrari valeant.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Eomae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Ap., die 16 Martii 1935.

L. Oard. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S.

I. Teodori, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato la Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di nominare:

10 Febbraio 1935 L'Ill.mo e Revmo Monsig. Filippo Giobbe, *Consultore della Sacra Congregatione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

28 » » Gli filmi e Revmi Monsig. Filippo Giobbe e Leonardo Cercone, *Consultori della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente [regnante, si è degnato di nominare:

t Luglio 1933. S. E. Revma Monsig. Valerio Valeri, Arcivescovo ftit. di Efeso, *Nunzio Apostolico di Romania.*

31 » *1934.* L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi, *Protettore delle Suore di Carità della B. V. M.* (Dubuque).

11 Agosto » L'Emo e Revmo Signor Cardinale ¡Eugenio Pacelli, *Protettore dell'Istituto delle Suore Figlie dell'Immacolata Concezione* (Buenos Aires).

16 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore delle Suore \di S. Maria del Terzo Ordine di S. Francesco* (S. Louis).

23 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore dell'Istituto delle Figlie della Presentazione* (Como).

11 Settembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Augusto Hlond, *Protettore dell'Ordine dì S. Paolo Primo Eremita* (Czestochowa).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde, *Protettore della Congregazione delle Figlie della Compassione Serve del Signore* (Dom front: Beau vais).

12 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore dell'Istituto delle Suore Francescane di S.Giorgio M.* (Thuine b. Freren: Osnabrück).

3 Novembre 1934. L'Emo e Revino Signor Cardinale Pietro Segura y Saenz, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Dottrina* !. *Cristiana* (Siviglia).

» » » L'Eiïio e Bevalo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore della Pontificia Opera della S. Infanzia.*

4 Dicembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Segura y Saenz, *Protettore della Congregazione delle Figlie della B. V. M. di Guadalupe.*

7 » » L'Emo e Revüio Signor Cardinale Pietro Segura y Saenz, . i • • *Protettore dell'Istituto delle Suore di N. S. della Mercede* (Barcellona).

15 » » L'Enlo e Revmo Signor Cardinale Lorenzo Lauri, *Protettore delle Suore Francescane Angeline* (Torino).

30 » » L'Emo e Re volo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore delle Suore di S. Giuseppe* (S. Louis).

2 Gennaio 1935 L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore della Pia Società di S. Francesco di Sales e dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice.*

3 » » L'Illmo e Revmo Monsig. Francesco Bracci, *Uditore del Tribunale della Sacra Romàna Bota.*

24 » » L'Emo e Revino Signor Cardinale Angelo Maria Dolci, *Protettore delle Suore Terziarie Francescane della Carità* (Buenos Aires).

28 » » L'Emo e Revino Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore della Congregazione delle Povere Suore di Nazareth* (Hammersmith).

Assistenti al Soglio Pontificio:

24 Luglio 1934. S. E. Revma Monsig. Francesco Saverio Ross, Vescovo di Gaspé.

30 Giugno » S. E. Revma Monsig. Giovanni Battista Peruzzo, Vescovo di Agrigento.

19 Agosto » S. E. Revma Monsig. Arturo Gerolamo Drossaerts, Arcivescovo di S. Antonio.

26 » » S. E. Revma Monsig. Paolo Lodovico Giuseppe Lequien, Vescovo di S. Pietro della Martinica.

» » » S. E. Revma Monsig. Epaminonda Mufiez de Avila e Silva, Vescovo di Taubaté.

14 Settembre » S. E. Revma Monsig. Giuseppe Ottone Nuñez y Zarate, Arcivescovo di Antequera.

» » » S. E. Revma Monsig. Luigi Cossio, Vescovo di Recanati e Loreto.

14 Settembre 1934. S. E. Revma Monsig. Emeterio Valverde y Tellez, Véscovo di León (Messico).

12 Dicembre » S. E. Revma Monsig. Pasquale Diaz, Arcivescovo di Messico.

20 Gennaio 1935. S. E. Revma Monsig. Francesco Saverio Ricard, Arcivescovo titolare di Tirnóvo.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

2 L'aglio 1932. Monsig. Silvio De Angelis, della diocesi di Frascati.
27 Marzo 1934. Monsig. Filippo Klein, della diocesi di Spira.
19 Aprile » Monsig. Rocco Collaro, del vic. ap. di Costantinopoli.
4 Luglio » Monsig, Giovanni Sulc, della diocesi di Sirmio.
Monsig. Arturo Mamoli. della diocesi di Reggio Emilia.
Monsig Michele Ruberfini, della diocesi di Rimini.
20 » » Monsig. Matteo Goebel, della diocesi di Limburgo.
26 » » Monsig. Giacinto Tarn buri ni, della diocesi di Comacchio.
23 Agosto >- Monsig, Antonio Loncaric, della diocesi di Segna e Morussa,
16 Settembre » Monsig. Antonio Giudice* della diocesi di Agrigento.
17 » » Monsig. Agostino Giorgetti, della diocesi di Recanati e Loreto.
20 » Monsig. Alberto Pequeño, dell'archidiocesi di S. Pàolo del Brasile.
22 » » Monsig. Arnoldo Estoelt, dell'archidiocesi di Santa Fé.
4 Novembre » Monsig. Maurizio Spillane, della diocesi di Trenton.
» » » Monsig. Guglielmo J. Fitzgerald, della medesima diocesi.
6 » » Monsig. Giovanni M. Langldis, della diocesi di Laiayette.
7 » » Monsig. Tommaso Conry, dell'archidiocesi di Dtibuque.
11 » » Monsig. Bernardo Traudì, dell'archidiocesi di Milwaukee.
3 Dicembre » Monsig. Carlo Gamba, della diocesi di Chioggia.
15 » » Monsig. Patrizio C. Brennan, della diocesi di Burlington.
24 » » Monsig. Daniele Figueroa, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
10 Gennaio 1935. Monsig. Antonio Mraz, della diocesi di Budejovice.
» » >> Monsig. Giovanni Praschì, della medesima diocesi.
18 » » Monsig. Corrado Chaumont, dell'archidiocesi di Montreal.
» * » Monsig. Giorgio Chartier, della medesima archidiocesi.
1 Febbraio » Monsig. Gregorio Araiza, dell'archidiocesi di Messico.

Prelati Domestici ***di*** *S. S.:*

22 Ottobre 1933. Monsig. Raffaele Perròne, della diocesi di Avellino.
» » » Monsig. Ernesto Caccialanza, dell'archidiocesi di Modena.
10 Gennaio 1934. Monsig. Giovanni Dalla Vecchia, della diocesi di Gorfù.
12 Aprile » Monsig. AntonioDurkowitsch, dell'archidiocesi di Bukarest,
,» » >> Monsig. Nicola MartinuCci, dell'archidiocesi di Napoli.
14 » Monsig. Pasquale Kigor, dell'archidiocesi di Manila.

14 Aprile 1934. Monsig. Giuseppe Jovellanos, della medesima archidiocesi.
23 » » Monsig. Giuseppe Adalrico Bastien, dell' archidiocesi di Winnipeg.
» » » Monsig. Giuseppe Solski, della medesima archidiocesi.
8 Maggio » Monsig. Giovanni Galimberti, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Francesco Alaimo, della diocesi di Agrigento.
28 » » Monsig. Virgilio Lapenda, dell'archidiocesi di Rio de Janeiro.
1 Giugno » Monsig. Eugenio Granzotto, della diocesi di Ceneda.
3 » » Monsig. Giacomo Delany, della diocesi di Dunedin.
» » » Monsig. Michele Howard, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Cecilio Morkane, della medesima diocesi.
13 » » Monsig. Angelo Dalla Paola, della diocesi di Vicenza.
14 » » Monsig. Enrico Wienken, della diocesi di Berlino.
17 » » Monsig. Paolo Vallet, dell'archidiocesi di Sens.
» » » Monsig. Giorgio Benvist, della medesima archidiocesi.
20 » » Monsig. Francesco Michele Sullivan, della diocesi di Monterey-Fresno.
» » » Monsig. Patrizio McGrath, della medesima diocesi.
21 » » Monsig. Francesco P. Carroll, dell'archidiocesi di Toronto.
24 » » Monsig. Aurelio Signora, del patriarcato di Venezia.
7 *Luglio* » Monsig. Giorgio Leech, delFarchidiocesi di Filadelfia.
» » » Monsig. Tommaso McCarty, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Gioacchino Alves Ferreira, della diocesi di Ribe-râo Preto.
8 » » Monsig. Vito Lo Duca, dell'archidiocesi di Monreale.
18 » » Monsig. Giovanni Neuhaeusler, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
» » » Monsig. Domenico Grotti, della diocesi di Rimini.
22 Luglio » Monsig. Giovanni Baserga, della diocesi di Como.
» » » Monsig. Gioacchino Cachât, della medesima diocesi.
23 » » Monsig. Guglielmo Fischbach, della diocesi di Limburgo.
» » » Monsig. Damiano Filia, dell'archidiocesi di Sassari.
26 » » Monsig. Matteo Greamer, della diocesi di Manchester.
» » » Monsig. Giuseppe Melancon, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Finen, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Luigi Doucet, della medesima diocesi.
28 » » Monsig. Raffaele Quagliata, dell'archidiocesi di Napoli.
29 » » Monsig. Narciso Avifia, deil'aichidiocesi di Guadalajara.
» » » Monsig. Vincenzo Cuomo, della diocesi di Ischia.
7 Agosto » Monsig. Bonifazio Brillantes, della diocesi di Nuova Segovia.
» » » Monsig. Giovanni Hall, della diocesi di Middlesborough.
» » • * Monsig. Teodoro Hunderman, dell'archidiocesi di Utrecht.
10 Agosto » Monsig. Giacomo F. Flynn, della diocesi di Brooklin,

Agosto 1934. Monsig. Guglielmo Oóukìin, della medesima diocesi;
» » Monsig. Bernardo J. Quinn, della medesima diocesi.
» » Monsig. Giovanni M. Kiely, della medesima diocesi.
.» • » Monsig. Edoardo P. Hoar, della medesima diocesi.
» » Monsig. Guglielmo **J.** McKenna, della medesima diocesi.
» » Monsig. Angelo Rossini, dell'archidiocesi di Ravenna.
» » Monsig. Giuseppe Rossi, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Giovanni Panico (Roma).
» » Monsig. Giovanni Ra vaglia, della diocesi di Cesena.
» » Monsig. Edmondo Coursol, della diocesi di S. Giovanni di Quebec.
» » Monsig. Miehele S. Halm, della diocesi di Hamilton.
» • » . Monsig. Giuseppe Englert, della medesima diocesi.
» » Monsig. Tommaso Ferguson, della medesima diocesi.
» » Monsig. Giorgio Cassidy, della medesima diocesi.
» » Monsig. Francesco Hinchey, della medesima diocesi.
» » Monsig. Orazio Padovano, della diocesi di Cerreto Sannita.
» » Monsig. Pasquale Onofrio, delia medesima diocesi.
Settembre » Monsig. Carlo Ferrari, dell'abbazia dei Ss. Vincenzo ed Anastasio.
» » Monsig. Mattia Schmid, della diocesi di Secovia.
» » Monsig. Enrico Brothier, della diocesi di Angoulême.
» » Monsig. Ottone Stanovsky, dell'archidiocesi di Praga.
» » Monsig. Federico Lunardi (Roma).
» » Monsig. Luigi Corradi, dell'archidiocesi di Milano.
» » Monsig. Sebastiano Bernard, dell'archidiocesi di Milwaukee.
» » Monsig. Michele Domachowski, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Filippo Dreis, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Giulio Bürbach, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Costantino De Simone, della **diocesi di** Agrigento.
» » Monsig. Giuseppe Barbián, dell'archidiocesi di Milwaukee.
» » Monsig. Luigi Muench, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Francesco Murphy, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Pietro Holfeltz, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Giacomo Downey, della diocesi di Belleville.
» » Monsig. Cristoforo Goeìz, della medesima diocesi.
» » Monsig, Enrico Petrilli, dell'archidiocesi di Siena.
Novembre » Monsig. Giovanni Raimondo O'Donaghue, della diocesi di Mobile.
» » Monsig. Lorenzo J. Carrol, della medesima diocesi.
» » Monsig. Giacomo Rogers, della medesima diocesi.

3Novembre 1934. Monsig. Filippo Gullen, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Lodovico D. Grenier, della diocesi di Springfield
• - v (Mass.).
» » » Monsig. Patrizio F. Doyle, della medesima diocesi.
» » •» Monsig. Tommaso F. Cummings, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Boleslao A. Bojanowski, della medesima diocesi.
4 » » Monsig. Pietro Giuseppe Sencie^ dell'archidiocesi di Malines.
» » » Monsig. Pasquale Del Vecchio, della diocesi di Calvi e Teano.
» » » Monsig. Pio Cenci, della diocesi di Gubbio (res. Roma).
5 » » Monsig. Alberto L. Fletcher, della diocesi di Little Rock.
» » » Monsig. Giacomo Patrizio Moran, della medesima diocesi.
» ». » Monsig.Giacomo P. Gaffney, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo Popa, dell'archidiocesi di Blai.
» » » Monsig. Michele Lubrauo, della diocesi di Sessa Aurunca.
» » » Monsig. Antonio Dean, della diocesi di Toledo (U. S.A.).
» » » Monsig. Enrico Boesken, della medesima diocesi.
6 » » Monsig. Giovanni M. Molloy, dell'archidiocesi di Dubuque.
» » » Monsig. Giovanni B. Albers, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Guglielmo M. Donohne, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni B. Frigge, della diocesi di Omaha.
» » » Monsig. Giovanni G. McNamara, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonio F. Isenbery, della diocesi di Lafayette.
» » » Monsig. Giovanni Vigliero, della diocesi di Lafayette.
» » » Monsig. Filippo Keller, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Kopecky, dell'archidiocesi di Dubuque.
» » » Monsig. Guglielmo J. Convery, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Teodoro F. Warning, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Augusto Dorione Rhéaume, dell'archidiocesi di Winnipeg.
» • » Monsig. Giovanni Trovalusci, delia diocesi di Albano.
7 » » Monsig. Giacomo O'Connor, della diocesi di Achonry.
» » » Monsig. Andrea Rouchouze, dell'archidiocesi di Lione.
10 » » Monsig. Giovanni Necchi, della diocesi di Vigevano.
11 » » Monsig. Valentino Casey, dell'archidiocesi di Dubuque.
» » » Monsig. Guglielmo Leen, della medesima archidiocesi.
» •» >> Monsig. Augusto R. Thier, della medesima archidiocesi.
13 » » Monsig. Giuseppe Angelone, della diocesi di Calvi e Teano.
» » » Monsig. Stefano Relè, dell'archidiocesi di Agria.
23 » » Monsig. Abramo Araoz, della diocesi di Tucuman.
» » » Monsig. Giovanni N. Ojeda, dell'archidiocesi di Morelia.
27 >• » Monsig. Pietro Biagioli (Roma).
28 » >' Monsig. Giovanni Freeland, della diocesi di Northampton.

30	*Novembre*	*1934:*	Monsig. Gado Alfonso Corb isliley, della diocesi di Salford.
»	>•	»	Monsig. Patrizio McCullough, della diocesi di Wichita.
»	»	»	Monsig. Francesco J. Morrelì, della medesima diocesi.
12	*Dicembre*	»	Monsig. Concetto Manfrini, della diocesi di Gomacchio.
14	»	»	Monsig. Egidio Allais, dell'archidiocesi di Cincinnati.
»	»	»	Monsig. Raffaele J. Martham, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Giorgio Gorry, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Marcello R. Wagner, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Roberto J. Sherry, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Arturo R. Freeman, della diocesi di Raleigh.
»	»	»	Monsig. Patrizio Byrnes, della diocesi di Duluth.
15	»	»	Monsig. Giovanni Patrizio McKenna, della diocesi di Leavenworth.
»	»	»	Monsig. Adolfo Giuseppe Domann, della medesima diòcesi.
»	»	»	Monsig. Clareuzio A. Bradley, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Carlo Serena (Roma).
19	»	»	Monsig. Bartolomeo Pascual y Marroy, della diocesi di Majorca.
»	»	»	Monsig. Luigi Semeraro, dell'archidiocesi di Brindisi.
20	»	»	Monsig. Pietro Parente (Roma).
24	»	»	Monsig. Ernesto Vailazza, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
»	»	»	Monsig. Giovanni Ferro (Roma).
29	»	»	Monsig. Giulio Rousseau, della diocesi di Lafayette.
30	»	»	Monsig. Giovanni Giuseppe Driscoll, della diocesi di Springfield (Illinois).
»•	»	»	Monsig. Giuseppe Carlo Straub, della medesima diocesi.
31	»	»	Monsig. Giovanni B. Laboissiere, dell'archidiocesi di Boston.
»	»	»	Monsig. Francesco L. Phelan, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Daniele J. Keleher, della medesima archidiocesi.
2	*Gennaio*	*1935.*	Monsig. Guglielmo L. Hannon, della diocesi di Davenport.
»	»	»	Monsig. Martino O'Connel, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Bernardo Jacobsmeier, della medesima diocesi.
3	»	»	Monsig. Aroldo Ganella, dell'archidiocesi di Ferrara.
9	»	»	Monsig. Pietro Guilday, dell'archidiocesi di Filadelfia.
»	»	»	Monsig. Gey sa Szüczy, dell'Amministrazione Apostolica di Tirnava.
»	»	»	Monsig. Michele Buralka, della medesima Amministrazione.
»	»	»	Monsig. Antonio Melka, della diocesi di Budejovice.
»	»	»	Monsig. Antonio Polansky, della medesima diocesi.
10	»	»	Monsig. Giovanni Feher, dèlia diocesi di Väcz.
»	»	»	Monsig. Adalberto Wimmerth, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Ugo Doskocil, della diocesi di Hradec Kralove.

10 *Gennaio 1936.* Monsig. Umberto Ra vetta, dei patriarcato di Venezia.
U » » Monsig. Clemente Tournier, dell'archidiocesi di Tolosa.
18 » » Monsig. Dante Freddi, della diocesi di Guastalla.
21 » » Monsig. Ausonio Bossi, della medesima diocesi.
1 Febbraio » Monsig. Gaetano Mazzini, della diocesi di Chiavari.
» » » Monsig. Zaccaria de Vizcarra, dell'archidiocesi di Buenos Aires.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

L'Ordine Supremo di Cristo:

14 Dicembre 1934. A S, E. Agostino P. Justo, Presidente della Repubblica Argentina.

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

28 Luglio 1934. A S. E. il barone Ottone von Ritter zu Gronesteyn (Baviera).
31 » » À S. E. il dott. Carlo E. Restrepo (Colombia).
7 Novembre » A S . E. il dott. Giulio Gömbös de Jákfa (Ungheria).
17 Dicembre » A S. E. il dott. Carlo Saavedra Lamas (Repubblica Argentina).
6' *Gennaio 1935.* A S. E. Pietro Lavai (Francia).

La Placca dell'Ordine Piano:

12 Febbraio 1935. Al sig. marchese Giuseppe di Nannarini (Roma).

La Commenda con, placca dell'Ordine Piano:

23 Agosto 1934. Al sig. conte Carlo Senni (Italia),
5 Novembre » Al sig. Antonio Gavazzi, dell'archidiocesi di Milano.
24 Novembre » Al sig. dott. Giovanni M. Formica, della diocesi di Cosenza.
17 Dicembre » Al sig. dott. Enrico Amaya, dell'archidiocesi di Buenos Aires.

La Commenda dell'Ordine Piano:

6 Luglio 1934. Ai sig. ing. Paolo Cassinis (Roma).
12 Agosto » Al sig. conte Giovanni de Bourguignon de Saint-Martin (Francia).
6 Gennaio 1935. Al sig. comm. Guglielmo Albata (Roma).

Il Cavalierato,dell'Ordine Piano:

15 Dicembre 1933. Al sig. Leopoldo Kahn, dell'archidiocesi di Manila.
11 Settembre 1934. Al sig. Marcantonio dei marchesi Pacelli (Roma).

2 *Gennaio* *1935.* Al sig. Federico Gortan-Greifenstein (Austria).
» » » Al sig. Giovanni Zeida (Austria).

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

17 *Agosto* *1934.* A S. E. Giuseppe de la Riva Agüero (Peru).
4 *Novembre* » A S. E. Coloman Kánya de Kanya (Ungheria).
16 *Dicembre* » Al sig. dott. Mariano De Vedia y Mitre, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
» » » Al sig. dott. Ernesto Bosch, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. dott. Tommaso Gullen, della medesima archidiocesi.
3 *Gennaio* *1935.* All'on.senat. TeresioBorsalino, della diocesi di Alessandria.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

26 *Maggio* *1934.* Al sig. comm. Augusto Grossi-Gondi (Roma).
11 *Agosto* » Al sig. comm. Tito Schipa (res. Frascati).
16 » » Al sig. comm. dott. Carlo Rosati (Roma).
12 *Gennaio* *1935.* Al sig. comm. Ferdinando Federici (Roma).

La Commenda con Placca dell'Online di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 *Ottobre* *1932.* Al sig. dott. Ettore Di Silva Costa, dell'archidiocesi di Rio de Janeiro.
» » » Al sig. dott. Mariano A guiar Moreira, della medesima **arr** • chidiocesi.
26 *Giugno* *1934.* Al sig. avv. Domenico Romano, delia diocesi di Mileto.
26 *Luglio* » Al sig. ing. Lino Fermi, dell'archidiocesi di Genova.
18 *Settembre* » Al sig. Pietro Salvaneschi, della diocesi di Vigevano.
3 *Novembre* » AlL'on. senat. Senatore Borletti, dell!'archidiocesi di Milano.
8 » » Al sig. barone Giorgio Bakách-Bessenyey de Szentgyörgy-völgy et Galäntha (Ungheria).
26 » » Al sig. dott. Gerolamo Buttaoni (Roma).
7 *Dicembre* » Al sig. Riccardo Gigante, della diocesi di Fiume.
18 » » Al sig. dott. Martino .íabobé, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
» » » Al sig. dott. Gustavo Martínez Zaviria, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. dott. Leno Illa, dell'archidiocesi di Montevideo.
20 » » Al sig. Armando Koch (Italia).
2 *Gennaio* *1935.* Al sig. dott. Ugo Jaechkl (Austria).
» » » Al sig. dott. Carlo Schwagula (Austria).
» » » Al sig. dott. Giulio Steyskal (Austria).
11 » » Al sig. Maurizio Rigaux (Francia).
7 *Febbraio* » Al sig. marchese Giovanni Battista D'Oria, dell'archidiocesi di Genova.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

24 Gennaio 1934. Al sig. conte Bandino Ugurgieri della Berardenga, dell'archidiocesi di Siena.

» » » Al sig. dott. Antonio Gosulich, del patriarcato di Venezia.

2 Maggio » Al sig. Giacomo Parodi, dell'archidiocesi di Genova.

14 Luglio » Al sig. Augusto Palise, dell'archidiocesi di Utrecht.

16 » » Al sig. Andrea Gavoty, dell'archidiocesi di Parigi.

3 Agosto » Al sig. dott. Luigi Passerini (Italia).

8 » » Al sig. Alessandro Waley, dell'archidiocesi di Westminster.

» » » Al sig. Oìmeadow, della medesima archidiocesi.

» » » Al sig. Algernon. Bowring, della medesima archidiocesi.

24 » » Al sig. Francesco Saverio Caroselli (Italia).

3 Novembre » Al sig. Gino Saloechi (Italia).

» » » Al sig. Aurelio Gamarra (Perù).

» » » Al sig. Luigi Blaisdell, della diocesi di Arequipa.

5 » » Al sig. Michele Jun Okubo (Giappone).

8 » » Al sig. cav. Emmanuele Musso (Roma).

» » » Al sig. Vittorio Olivari, dell'archidiocesi di Genova.

15 » » Al sig. comm. Giovanni Vaccari (Roma).

16 » » Al sig. Italo Eugenio Verrando (Italia).

19 » » Al sig. ing. Alfredo Paoletti (Roma).

20 » » Al sig. prof. Paulo Ang-yal, dell'archidiocesi di Strigonia.

26 » » Al sig. Umberto La Hardy de Beaulieu, dell'archidiocesi di Malines.

28 » » Al sig. avv. Angelo Raffaele Jervolino, delFarchidiocesi di Napoli.

5 Dicembre » Al sig. Augusto Vittoch (Austria).

18 » » Al sig. dott. Carlo Kier, dell'archidiocesi di Buenos Aires.

» » » Al sig. conte Adriano D'Esclaihes, della diocesi di Arras.

19 » » Al sig. Giuseppe Gerhold, dell'archidiocesi di Vienna.

» » » Al sig. Norberto Mayer, della medesima archidiocesi.

31 » » Al sig. dott. Pietro Toni (Italia).

» » » Al sig. barone Camillo De Warenghien De Flory, della diocesi di Soissons.

12 Gennaio 1935. Al sig. avv. Carlo dei marchesi Pacelli (Roma).

18 » » Al sig. dott. Nunzio Marzo (Roma).

29 » » Al sig. Ernesto De Texanos Pinto (Perù).

15 Febbraio » Al sig. prof. Aurelio Mistruzzi (Roma).

» » » Ai sig. dott. Paolo Amad ori (Roma).

16 » » Al sig. cav. Orso Angelini (Roma).

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

10 Maggio 1934. Al sig. prof. dott. Alberto Altobelli, dell'archidiocesi di Firenze.

18 Dicembre » Al sig. Don Rodolfo Martinez-Pita, dell'archidiocesi di Buenos Aires.

» » » Al sig. Don Giuliano Fablet, della medesima archidiocesi.

» » » Al sig. Tiburzio Aldao, della medesima archidiocesi.

Il Cavalierato dell Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 Maggio 1934. Al sig. Lorenzo Inglebert McMabon, dell'archidiocesi di Montreal.

Al sig. Alberto Lefevre, dell'archidiocesi di Cambrai,

15 Giugno » Al sig. rag. Felice Uboldi, dell'archidiocesi di Milano.

26 » » Al sig. Carlo Franceschetti (Roma),

» » Al sig. dott. rag. Raffaele Casa (Roma),

» » Al sig. dott. rag. Riccardo Ambrini (Roma).

22 Luglio » Al sig- Ludovico Cols, dell'archidiocesi di Malines.

24 » » Al sig. Giuseppe Alberto Beckmann, della diocesi di Münster.

Agosto » Al sig. Gerlando Cappadona, della diocesi di Agrigento,

Al sig. dott. Domenico'D'Alessandro, della medesima diocesi,

Al sig. dott. Angelo Tuttolomondo, della medesima diocesi.

Al sig. Adriano Uberto Antonio M. Testers, della diocesi di Breda.

Al sig. Guglielmo Alberto Edoardo Francesco Asselbergs, della medesima diocesi,

Al SJg. dott. Enrico Grenet, dell'archidiocesi di Parigi,

Al sig. dott. Carlo Perrin, della medesima archidiocesi.

21 Al sig. avv. Niels Sachs de Grió (Fiume),

28 Al sig. dott. Giovanni Boisselet, della diocesi di Metz.

21 Settembre » Al sig. Fernando Saliez, dell'archidiocesi di Malines.

» » » Al sig. Enrico Lagasse, della medesima archidiocesi.

5 Novembre » Al sig. Antonino Papa, della diocesi di Agrigento.

12 » » Al sig. Giovanni Ri varóla (Genova),

Al sig. dott. Giuseppe Bernardi (Genova),

Al sig. ing. Romualdo Basso (Genova).

Ai sig- Alfredo La Gala (Genova),

Al sig. dott. Arturo Signore (Genova),

18 Al sig. rag. Ettore Bertora (Italia),

» Ai sig. dott. Giovanni Scovazzi (Italia).

26 Al sig. Giovanni Carroll Payne, della diocesi di Savannah.

27 Al sig. avv. Gaetano Martelletto, della diocesi di Vicenza,

Al sig. avv. Bartolomeo Galletto, della medesima diocesi.

27 Novembre 1934. Al sig. doti. Giorgio Oliva, della medesima diocesi.
28 » » Al sig. Agostino Wehmeyer, della diocesi **di** Bois-le-Duc.
30 » » Al sig. Giacomo M. Graham, della diocesi **di** Springfield (Illinois).
7 Dicembre » Al sig. Giuseppe Sylvestre, della diocesi di Joliéttè.
» » » Al sig. Giorgio Chevalier, della medesima diocesi.
» » » Al sig. A. Albano Dionne, della medesima diocesi.
9 » » Al sig. Stefano Gras, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
» » » Al sig. Augusto Bonfanti, dell'archidiocesi di Rio de Janeiro.
30 » » Al sig. Elia Pairault, della diocesi di Angers.
» » » Al sig. Michele Nicq-Doutreligne, deirarchidioc. di Cambrai.
» » ' » Al sig. Angelo Chiappe, della diocesi di Soissons.
» » » Al sig. marchese Alfredo De Nazelles, della medesima diocesi.
5 Gennaio 1935. Al sig. dott. Antonio Krogner (Austria).
29 » » Al sig. Giuseppe Gambetta (Perù).
4 Febbraio » Al sig. prof. Giovanni Donetti, della diocesi di Ventimiglia.
» » » Al sig. Angelo Luigi Colombi, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Giovanni Battista Cepollina, della medesima diocesi.
14 » » Al sig. avv. Tommaso Kirby, della diocesi di Sioux Falls.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe militare:

23 Novembre 1934. Al sig. visconte Alberto Maria d'Aboville, della diocesi di Vannes.

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

27 Luglio 1934. Al sig. Edoardo Garcia Gomin (Spagna).
24 Agosto » A S. E. Maurizio Ra va (Italia).
3 Novembre » Al sig. comm. Katsutaro Inabata (Giappone).
4 » » Al sig. barone Toranosuke Furukawa (Giappone).
19 Dicembre » Al sig. conte Valentino Orsolini-Cencelli, della dioc. di Sabina.
5 Febbraio 1935. Al sig. barone Enrico De Fischer, della diocesi di Basilea.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

27 Febbraio 1934. Al sig. Giovanni Garicoix (Francia).
17 Agosto » Al sig. prof. Alfonso Gallo (Roma).
8 Novembre » Al sig. Francesco Mengele de Marossolymos (Ungheria).
21 » » Al sig. Zoltán Máriássy de Marcus et Batisfalva (Ungheria).
5 Dicembre 1934. Al sig. Luigi F. Lanata Coudy (Perù).
13 » » Al sig. dott. Ignazio Benincasa (Italia).
2 Gennaio 1935. Al sig. Federico Goertz (Austria).
» » » Al sig. dott. Egon Wallentin (Austria).
» » » AI sig. dott. Carlo Boeckl (Austria).
» » » Al sig. dott. Edmondo Krauimann (Austria).
6 » » AI sig. comm. Mario Gregor! (Roma).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

17 Dicembre 1932. Al sig. dott. Silvio Flamma, della diocesi di Arezzo.
7 » 1933. Al sig. dott. prof. Giuseppe Valsesia, della diocesi di Novara.
13 Luglio 1934. Al sig. Attilio Adinolfi (Italia).
» » » Al sig. Giro Verdiani (Italia).
» » » Al sig. Antonio Pelino (Italia).
3 Agosto » Al sig. dott. Giuseppe Contino, della diocesi di Agrigento.
» » » Al sig. Paolo Palmisano, della medesima diocesi.
» » » Al sig. avv. Vincenzo Campo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. ing. Michele Giammusso, della medesima diocesi.
14 Settembre » Al sig. not. Luigi Bonomi, della diocesi di Bergamo.
» » » Al sig. Carlo Rolla, della medesima diocesi.
4 Novembre » Al sig. conte Takatsugu Todo (Giappone).
» » » Al sig. Francesco Shinooh Imai (Giappone).
5 » » Al sig. conte Alfonso Gaetani, della diocesi di Agrigento.
7 , » » Al sig. Giulio Sbardella, della diocesi di Palestrina.
» » » Al sig. dott. Tommaso Pennetta (Italia).
8 » » Al sig. Antonio Petneházy (Ungheria).
29 » » Al sig. Giacomo Cifrino, dell'archidiocesi di Boston.
5 Dicembre » Al sig. barone Giovanni De Beausse (Francia).
11 » » Al sig. ing. Giovanni Maggi, dell'archidiocesi di Milano.
13 » » Al sig. avv. Mario Carta (Italia).
18 » » AI sig. dott. Norberto M. Fresco, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
» » » Al sig. ing. Giorgio Mayol, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Enrico Udaondo, della medesima archidiocesi.
20 » » Al sig. Amedeo De Nardi, della diocesi di Ceneda.
» » » Al sig. ing. Giuseppe Predasso, dell'archidiocesi di Genova.
31 » » Al sig. Carlo Voghera, della diocesi di Albano.
3 Gennaio 1935. Al sig. dott. Goffredo Hohenauer (Austria).
» » » Al sig. dott. Guglielmo Wolf (Austria).
18 » » AL sig. Giovanni dei marchesi Cappelli, delParch. di Aquila.
29 » » Al sig. dott. Enrico Urdaneta Carrillo (Venezuela);
2 Febbraio » Al sig. dott. Giulio Paolucci (Roma).
» » » Al sig. Luigi Acciari, della diocesi di Grosseto.
14 » » Al sig. Roberto Ferrari, della diocesi di Brescia.
» » » Al sig. prof. Francesco Palmegiani, della diocesi di Rieti.
16 » » Al sig. cav. Pietro Martinucci (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

14 Maggio 1934. Al sig. Aurelio Galletti (Roma).
» » » Al sig. Pietro Duelos, della diocesi di Tarbes e Lourdes.

16	*Maggio*	*1934.*	Al sig. Francesco Bagnoli, dell'archidiocesi di Firenze.
7	*Luglio*	»	Al sig. dott. Angelo Massaro, della diocesi di Tortona.
19	»	; »	Al sig. Marino Paparelli, dell'archidiocesi di Montréal. :
1	*Agosto*	».	Al sig. Francesco Vaselli (Italia).
.»	»	»	Al sig. Albino Barilaro (Italia).
»	»	»	Al sig. Luigi Galli (Italia). .
2	»	»	Al sig. Fortunato Rispoli (Italia).
»	»	»	Al sig. Terenziano Baldi (Roma).
»	»	»	Al sig. Damiano Morella (Roma).
»	»	»	Al sig. Francesco Bove (Roma).
»	»	»	Al sig. Pietro Dessena (Roma).
19	»	»	Al sig. dott. Vito Bellini, della diocesi di Susa.
12	*Settembre*	»	Al sig. Leone Limpson, della diocesi di Rochester.
»	»	»	Al sig. Giorgio Carroll, della medesima diocesi.
»	»	»	*Al* sig. Giorgio Growney, della medesima diocesi.
19	»	»	Al sig. Federico Bertolissi, dell'archidiocesi di Udine.
5	*Novembre*	»	Al sig. dott. Antonio Yasuo Ogata, dell'archidiocesi di Tokio.
14	»	»	Al sig. dott. Pellegro Cella (Italia).
»	»	»	Al sig. Giuseppe Rapa (Italia).
»	»•	»	Al sig. Giacomo De Pascale (Italia).
>>	»	»	Al sig. Giuseppe Biaggini (Italia).
16	»	»	Al sig. rag. Francesco Senese, della diocesi di Calvi e Teano.
»	»	»	Al sig. Angelo Guglielmo Jansen, dell'archidiocesi di Genova.
20	»	»	Al sig. Angelo Penzo, del patriarcato di Venezia.
»	»'	»	Al sig. Giacinto Gerarduzzi, del medesimo patriarcato.
6	*Dicembre*	»	Al sig. dott. Francesco Ceccarelli, della diocesi di Loreto.
11	»	»	Al sig. Gaetano Lanfranchi, della diocesi di Brescia.
12	**»**	**»**	Al sig. Giacomo Prandelli (Roma).
16	»	»	Al sig. dott. Augusto Cortés, dell'archidiocesi di Manila.
20	»	»	Al sig. dott. Marino Restagho, della diocesi di Mondovì.
29	»	»	Al sig. Giuseppe Lanza, della diocesi di Ivrea.
31	»	»	Al sig. Pietro Leoni, della diocesi di Como.
7	*Gennaio*	*1935.*	Al sig. Guglielmo Ruggeri (Roma).
10	**»**	»	Al sig. dott. Luigi Remotti, della diocesi di Ventimiglia.
»	»	»	Al sig. ing. Francesco Blazek, della diocesi di Budejovice.
11	»	»	Ai sig. Giuseppe Pesaro, del patriarcato di Venezia.
2	*Febbraio*	»	Al sig. Ettore Albanesi (Roma).

An. et Vol. XXVII 5 Aprilis 1935 (Ser. II, v. II) - Num. 5

ACTITT APOSTOLIGAFSEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

I

CONSISTORIUM SECRETUM.

Die i Aprilis MDccccxxxv in consueta Aula Palatii Apostolici fuit Consistorium secretum, cuius acta ex ordine referuntur.

I. - CAMERARIATTJS SACRI COLLEGII

Reverendissimus Cardinalis Locatelli detulit ac reddidit perulam Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium Ssmo **Dno** Nostro Papae, qui eam tradidit Reverendissimo Cardinali Capotosti, hoc anno ipsius Sacri Collegii Camerario. Subinde haec fuit

II. - ALLOCUTIO SSMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES

Pergratus Nobis nullo non tempore accidit frequens hoc in amplissimo loco conspectus vester, quo totius orbis terrarum studium exspectatioque quodammodo vos comitantur. At in praesens commune eiusmodi studium exspectationemque eventa adaugent tam magni equidem momenti, ob dissimiles sane causas

diversaque rerum adiuncta, ut immerens personae Nostrae humilitas praepedire nequeat, quominus eadem in Ecclesiae universaeque hominum consortionis annalibus inscribantur.

Quod primum Nostro obversatur animo, quodque una Nobiscum ubique gentium christifideles omnes praestolantur, praecipua causa est, quare vos hodierno die coram convocavimus; ut scilicet sententiam vestram, ex Apostolicae Sedis more institutoque, rogemus de beatis martyribus Ioanne S. E. E. Card. Fishero Episcopo Boífensi, ac Thoma Moro Magno Angliae Cancellario sanctitudinis palma deeorandis. Laetum id sane, faustum ac felix non modo dilectissimae Nobis Anglorum genti, verum etiam Catholicae Ecclesiae universae futurum omnino confidimus. Alter enim sacrorum administrorum, alter laicorum hominum praeclarum decus est atque ornamentum. Quam ob rem si eorum virtutum laudes, si martyrium ob sanctissima** Dei Ecclesiaeque leges et praesertim ob supremam Romani Pontificis in spiritualibus auctoritatem, ab iisdem tam strenue factum in sua luce collocentur, exemplum habent utriusque ordinis fideles, quod summopere admirentur sibique ad imitandum proponant. At iis potissimum hanc faustitatem fore frugiferam speramus, qui horum beatorum martyrum et patriam et sermonem et gloriam peculiari titulo participant. Novimus siquidem legitimam hanc honoris amplificationem, suis civibus tribuendam, Anglos praesertim efflagitare incensoque animo opperiri; novimus eosdem acriore quodam studio, Nostra hac aetate, ad avitam fidem ferri ac revocari, inque Apostolicam hanc Sedem, quae christiana praecepta ehristianumque cultum in Britanniam primum invexit, quaeque, dum acatholicae sectae in discidium quotidie magis disgregantur, unum exstat columen ac firmamentum veritatis; novimus denique —atque gratissima adhuc subit recordatio animum — flagrans eiusmodi unius Ovilis desiderium luculenter ipsos esse testatos, cum, sacro humanae Eedemptioni vertente anno, frequentissimi ex Anglia ad Almam hanc Urbem singulatim turmatim confiuxissent. Impetrent igitur a Deo — quod enixe precamur optamusque — beati hi Caelites suorum civium menti voluntatique lumen ac gratiam.

ut sollemnis, quae in Vaticanae Basilicae maiestate proxime agetur, consecrationis eventus quam plurimis stimulos adiiciat ut — exploratis satius Catholicae Ecclesiae doctrinis — ad eam sanctorum altricem ac matrem admirationis studio moveantur. Aliud praeterea est, Venerabiles Fratres, quod heic silentio praeterire nolumus; beatos scilicet hos martyres, quarto exeunte saeculo a gloriosa ipsorum morte, ad Caelitum honores evectum iri, cum maximum extra ordinem Iubilaeum ad omnes catholici orbis gentes productum in eo sit ut feliciter expleatur; ita ut Sanctorum ordini, quos recens militanti Ecclesiae mutandos proposuimus, videantur ipsi veluti coronam imponere. Quandoquidem vero sempiterna caeli beatitudo patriae caritatem nedum minuat adauget, haud dubium est eos auctiora in dies prosperitatis incrementa genti suae conciliare, hac praesertim f au stitate cum per amplissimas anglici imperii regiones quintum summis laetitiis faustisque ominibus celebretur lustrum, ex quo supremus Britannicae ditionis Moderator regium atque imperatorium diadema suscepit.

Quodsi haec quae adhuc, etsi breviter, attigimus, gaudio perfundunt animos, quod praeclariore luce ea commonstrant, quae hominum mentes maxime recréant, nobilitant et ad egregia facinora excitant; at cum ad teterrimum illud convertimus oculos rerum omnium discrimen — oeconomicarum dicimus, politicarum, ac potissimum in genere morum — quo universus paene terrarum orbis in praesens conflictatur, et ad ea, vel funestiora, quae in posterum formidantur, est profecto cur summo moerore afficiamur. Etenim dum detrimenta ac damna, quae ex saevissimo Europae bello paucis ante annis composito eruperunt, nondum resarcire licuit, iam tetra caelum offunditur nube, iamque subiti ignes formidolose coruscant caliginemque secant; quae quidem omnia suspensos ac trépidos hominum animos tenent. Ita profecto ut divina illa Iesu Christi verba menti Nostrae obiiciantur: « Audientis praelia et seditiones... Et pestilentiae et fames, terroresque de caelo et signa magna erunt... Arescentibus hominibus prae timore et exspectatione quae supervenient universo orbi »

(Luc XXI, 9 sq.). Haud miramur igitur si undique populi, in tot rerum angustiis tantaque «pressura gentium » (ibid.), ad communem Patrem oculos intendant, lucis, solacii speique aliquid impetratum. Gui Nos filiorum exspectationi cum, pro facultate, respondere cupiamus, paternum animum Nostrum, trepidum equidem, sed miserentissimi Dei auxilio fidenter innixum aperire volumus. Iamvero, si nullo non tempore homines christianae spei virtute indigent, at ad eam, hac praesertim tempestate, acriore studio se convertant oportet; pro certo habentes se suaque omnia divino nutu gubernari. Animorum igitur anxitudo hac virtute conquiescat; eamque excipiat ac sequatur sedula ad misericordiarum Patrem supplicatio, ut tandem aliquando humanae genti meliora tempora arrideant. Quemadmodum Apostoli, feris fluctibus iactati ac paene mersi, Christum complorantes supplicarunt, ita nos omnes eorum precem geminemus: « Domine, salva nos, perimus » (Mat. VIII, 25), ut nobis etiam quandoque fiat « tranquillitas magna ». Cum vero qui ubique serpit, futuri belli rumor omnes potissimum commoveat et pavore summo percellat, rei consentaneum ducimus aliquid etiam adicere, quod Apostolicum, quo fungimur, muniis a Nobis postulare videtur. Iterum inter se digladiari populos, fraternum iterum cruorem effundi, ac terra marique caeloque ad eaedem denuo vastitatemque omnia detrudi, hoc tam immane scelus esset vesanaeque mentis furor, ut fieri non posse omnino putemus, secundum effatum illud « Quae contra ius fiunt, nec fieri posse credenda sunt ». Nobis enim persuadere non possumus, quibus populorum prosperitas atque fortuna cordi esse debeat, eos sibi creditam gentem non modo, sed universam fere hominum consortionem ad excidium, ad ruinam, ad interitum esse compulsuros. Atsi aliquis — quod Deus avertat, quodque nunquam eventurum confidimus —infandum eiusmodi flagitium moliri atque efficere sibi sumpserit, tum Nos contineri non possumus quin Omnipotentem Deum, precem illam iterando, moerenti animo rogemus: « Dissipa gentes quae bella volunt » (Ps. LXVII, 31). Quae quidem de morali novi cuiusque belli impossibilitate dicta sint; sed et ipsa ad physicas res quod attinet

impossibilitas in asperrimis huius aetatis adiunctis et Nobis et multis manifesta apparet.

In tanta bac tristitia temporum — quae deteriorum etiam timorem inieit — ut benignissimus Deus eorum praesertim mentes superna sua luce eollustret, quorum in manibus est populorum temperatio atque fortuna, iam Nos, uti nostis, Venerabil.es Fratres, superiore mense Ianuario, publicas in triduum supplicationes indiximus Lapurdi habendas, quibus iussimus etiam ut christifidelium omnium preces, vel ex dissitis terrarum regionibus, coniungantur. Cui celebritati et Nos ipsi pro Nostra in Immaculatam Virginem pietate proque grato Nostro in Deum animo ob cumulatissime partum Anni Sancti decursu caelestium fructuum thesaurum, per Legatum Nostrum quodammodo praesentes esse volumus. Namque nullo prorsus aptiore modo sacrum Divinae Redemptionis annum concludendum putavimus, quam si ad prodigiale Massabiellense specu s eucharisticum sacrificium per continentes dies noctesque tres summa pietate celebretur. Etenim sacri eiusmodi ritus immolationem illam incruento modo renovant, quam Redemptor noster e cruce pendens Aeterno Patri pro nobis obtulit. Idque ad Deiparae illius Virginis aram eveniet, cui perdolenter adstanti Unigenitus Filius humanam Familiam veluti matri concredidit. Faustissimis igitur diebus illis admirantium multitudini Calvariae spectaculum quasi conficiendum dabitur; eidemque multitudini Lapurdense specus novum Golgotha videbitur divino cruore irroratum. Fore propterea confidimus ut uberibus eis salutis fructibus, quos per sacri huius temporis spatium colligere datum est, vel copiosiores adii dantur, ac pacis iris, Immaculata Virgine deprecante, tandem aliquando laboranti humano generi affulgeat.

III. - RELATIO CAUSAE CANONIZATIONIS

Allocutione habita Ssmus, arcessito ad gradus Solii Reverendissimo Cardinali Laurenti, ei munus commisit ut de praefata Causa Canonizationis Beatorum Martyrum Ioannis Fisher et Thomae More referret. Et idem

Eeverendissimus stans, disertimi sermonem habuit de vita ac martyrio utriusque, sedulo recensens acta universa, quae in causa Canonizationis eorundem Sacra Rituum Congregatio, praevio accurato examine admisit ac adprobavit.

Relatione expleta, Ssmus Eevmorum Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivit, quae singuli stantes aperteque capite reddiderunt. Hisce pro votis laetanter exceptis, Beatissimus Pater Consistorium publicum indixit tenendum quarta die huius mensis Aprilis.

IV. - PROVISIO OFFICII CAMERARIATUS S. R. E.

Tum ex aula egresso Reverendissimo Eugenio Cardinali Pacelli, Ssmus eumdem assumpsit ad munus Camerarii S. R. Ecclesiae; qua provisione enunciata idem Reverendissimus Camerarius in aulam Consistorii iterum ingressus est et manus Pontificis osculata».

V. - PROVISIO ECCLESIARUM

Subinde Ssmus sequentes proposuit Ecclesias.

Metropolitanae Ecclesiae Westmonasteriensi praefecit R. P. D. Arcturum Hinsley, hactenus Archiepiscopum titularem Sardianum.

Metropolitanae Ecclesiae Senensi, R. P. D. Marium Toccabelli hactenus Episcopum Alatrinum.

Cathedralibus Ecclesiis invicem perpetuo unitis Melphiensi et Rapollensi quibuscum *in personam* coniunxit *Ecclesiam cathedralem Venusinam,* E. P. D. Dominicum Petroni, hactenus Episcopum Anglonensem, Tursiensem.

*Cathedralibus Ecclesiis Urbaniensi et Sancti Angeli in Vado invicem perpetuo unitis^* R. P. D. Ioannem Capobianco, hactenus Episcopum titularem Hephaestiensem.

Insuper alios etiam per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos sacrorum Antistites edixit, nimirum.

ARCHIEPISCOPOS:

Granatensem, Augustinum Parrado y Garcia, iam Episcopum Palentinum.

Hierapolitanum in Syria, Thomam Trussoni, iam Archiepiscopum Consentinum.

de Plata, Franciscum Alberti, per elevationem sedis ad metropolitanam.

Sancti Ioannis de Cuyo, Iosephum Americum Orzali, per elevationem sedis ad metropolitanam.

Cordubensem in America, Firminum Lafitte, per elevationem sedis ad. metropolitanam.

Sanctae Fidei in America Meridionali, Nicolaum Fasolino, per elevationem sedis ad metropolitanam.

Nicosiensem, Gubernium Piani, iam Archiepiscopum Dramensem.

Nominis Iesu seu Cebuanum, Gabrielem Reyes, per elevationem sedis ad metropolitanam.

Adamantinum, Seraphinum Gomes Jardim, iam Episcopum Arassuahyensem.

Nicopsitanum, Aloisium Stepinac, Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Antonii Bauer, Archiepiscopi Zagabriensis.

Amasenum, Gustavum Testa, Delegatum Apostolicum in Aegypto, Arabia, Erythraea, Aethiopia, Palaestina, Transjordania et insula Cypro.

Goritiensem et Gradiscanum, Carolum Margotti, iam Archiepiscopum Mesembrianum.

Darensem, Antonium Riberi, Delegatum Apostolicum ad Missiones Africae.

Consentinum, Robertum Nogara.

S'poletanum, Petrum Tagliapietra, iam Episcopum Sancti Severini.

Temobenum, Franciscum Ernestum Ricard, iam Archiepiscopum Àuxitanum.

Paranensem, sede nuper ad metropolitanam evecta, Zenobium Guilland.

Saltensem, sede nuper ad metropolitanam evecta, Robertum Tavella.

Laodicenum in Syria, Horatium Mazzella, iam Archiepiscopum Tarentinum.

Misthiensem, Aloisium Martínez, iam Episcopum Anemurensem, Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Leopuldi Ruiz y Florez, Archiepiscopi Moreliensis.

Neopatrensem, Angelum Mariam Perez y Cecilia, iam Archiepiscopum Verapolitanum.

Bosporanum, Iosephum Ignatium Marquez, iam Episcopum Lysiniensem, Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Petri Vera y Zuria, Archiepiscopi Angelorum.

Mesembriamim, Angelum Iosephum Roncalli, iam Archiepiscopum Areopolitanum.

Germensem in Hellesponto, Iosephum Mazzoli, Delegatum Apostolicum in Bulgaria.

ß<üisburgensem, Sigismundum Waitz, iam Episcopum Cibyratensem.

Torontinum, Iacobum Carolum Mae Guigan, iam Archiepiscopum Reginatensem.

Bizyenum, Iosephum Garibi Rivera, iam Episcopum Rhosiensem, Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Francisci Orozco y Jiménez, Archiepiscopi de Guadalajara.

Aguensem, Aemilium Roques, iam Episcopum Montis Albani..

Bituricensem, Ludovicum Eillon, iam Episcopum Lingonensem.

Auxitanum, Virgilium Béguin, iam Episcopum Bellicensem.

Tarentiniim, Ferdinandum Bernardi, iam Episcopum Andriensem.

Gortyniensem, Eduardum Iosephum Hanna, iam Archiepiscopum Sancti Francisci in California.

Novae Aureliae, Iosephum Franciscum Rummel, iam Episcopum Ornahensèm.

Madraspolitanum, Ludovicum Mathias, iam Episcopum de Shillong.

EPISCOPOS:

Indianopolitanum, Iosephum Eimerum Ritter, iam Episcopum Hippenum.

Desmoinensem, Gerardum Bergan.

Gajazeirasensem, Ioannem de Matha Amaral.

Hippenum, Vedastum Pinto, Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Iosephi Marcondes Hörnern de Mello, Archiepiscopi-Epi--scopi Sancti Caroli de Pinhal.

Candybensem, Theophilum Bromboszcz, Auxiliarem R. P. D. Stanislai Adamski, Episcopi Katovicensis.

Buteolanum, Alfonsum Castaldo.

de Banchi, Anscharium Sevrin.

Thalensem, Ioannem Collins, primum Vicarium Apostolicum Liberiensem.

Bisicensem, Emmanuelem Borras Ferré. Auxiliarem Emi P. D. Francisci Assisiensis S. E. E. Cardinalis Vidal y Barraquer Archiepiscopi Tarraconensis.

Hartfortie?isem, Mauritium Mac Aulirle, iam Episcopum Dercensem.

Gephaludensem, Aemilianum Cagnoni.

TJxentinum, Theodoricum De Angelis.

Papiensem, Ioannem Baptistam Girardi.

Mempliita,num, Godefridum Zaccherini, iam Episcopum Aësinum.

Massensem, Christophorum Arduiniim Terzi.

Sancti Ioannis Quebecensis, dioecesi noviter erecta, Anastasium Forget.

Lysiniensem, Iosephum Ignatium Marquez, Auxiliarem E. P. D. Petri Vera y Zuria, Archiepiscopi Angelorum.

Gallensem, Nicolaum Laudadio.

Elidensem, Cuthbertum Martinum O'Gara, primum Vicarimi! Apostolum! de Shenchow.

Vagadensem, Paulum Bouque, primum Vicarium Apostolicum de Foumban.

Vidturiensem, Franciscum Xaverium Lacoursière, primum Vicarium Apostolicum de Ruwenzori.

Ambiensem, Alexandrum Roy, Coadiutorem cum iure futurae successionis E. P. D. Stephani Larue, Vicarii Apostolici de Bangueolo.

Zalielienum, Franciscum Eberle, Auxiliarem E. P. D. Iosephi Kumpfmiiller, Episcopi Augustam Vindelicorum.

Tacambarensem, Emmanuelem Pium Lopez.

Taianum, Stephanum Carton de Wiart, Auxiliarem Emi P. D. Iosephi Ernesti S. R. E. Cardinalis van Roey, Archiepiscopi Mechliniensis.

ßopheyiensem, lulium Campero y Aráoz, iam Episcopum Saitensem.

HildesJiiensem, Iosephum Machens.

Krishnagarensem, Stephanum Ferrando.

de SMllcng, Ludovicum Mathias.

Zorolensem, Paulum Alegría, Vicarium Apostolicum Casanarensem.

Laginensem, Leonem Angelum Olano y TTrteaga, Vicarium Apostolicum Guamensem.

Zoravenum, Petrum Villekens, Vicarium Apostolicum Bataviae.

Riveror mensem, Iacobum Cassidy, iam Episcopum Iboritenum.

Iboritenum, Iulianum Martínez, iam Episcopum Paranensem.

Victoriensem in insula Vancouver, Ioannem Hugonem MacDonald.

Aesinum, Carolum Falcinelli.

Mercedensem, noviter erecta dioecesi, Ioannem Paschalem Chimento, iam Episcopum Selensem.

Saneti Ludovici in Argentina, noviter erecta dioecesi, Dionysium Tibiletti, iam Episcopum Euroeensem in Epiro.

de Rio Cuarto, noviter erecta dioecesi, Leopuldum Buteler, iam Episcopum Tiniensem.

Corrientensem, Franciscum Vicentin.

Riojensem, noviter erecta dioecesi, Froilanum Ferreira Reinafé.

de Bahia Blanca, noviter erecta dioecesi, Leandrum Astelarra.

Azulensem, noviter erecta dioecesi, Caesarem Canevá.

Rosariensèm, noviter erecta dioecesi, Antonium Caggiano.

Mendozensem, noviter erecta dioecesi, Hannibalem Verdaguer.

Catamarcensem, Carolum Hanlon.

Viedmensem, noviter erecta dioecesi, Nicolaum Esandi.

Jujuyensem, noviter erecta dioecesi, Henricum Miihn.

Elatensem, Ioannem Faisandier, iam Episcopum Trichinopolitanum.

Caratingensem, Iosephum Mariam Parreira Lara, iam Episcopum de Santos.

Tifernatensem, Philippum Mariam Cipriani.

Sancti Severini, cum administratione perpetua dioecesis Treiensis, Ferdinandum Longinotti.

Theleptensem, Ioannem Antonium de la Fluente, iam Episcopum Terulensem.

Ucrensem, Franciscum Hoowaarts, primum Vicarium Apostolicum de Tsaochowfu.

Cuneensem, Iacobum Bosso.

Lodzensem, Vlodimirum Bronislaum Jasinski, iam Episcopum Sandomiriensem.

Selensem, Petrum Mozzaniea, Auxiliarem Emi P. D. Alaphridi Ildefons! S. B. E. Cardinalis Schuster, Archiepiscopi Mediolanensis.

Derthonensem, Aegysthum Melchiori, iam Episcopum Nolanuni.

Pm'iaugustanum, Normannum Gilroy.

Beunionis seu Sancti Dionysii, Franciscum Gieret de Langavant.

Myricenum, Paulum Misner, Vicarium Apostolicum de Yükiang.

Chobiensem, Iosephum Anscharium Julien, Vicarium Apostolicum Nyassae. ~ • '

Baricensem, Angelum Negri, primum Vicarium Apostolicum Nili Aequatorialis.

Farlaitanum, Carolum Vogel, Coadiutorem cum iure futurae successionis E. P. D. Adulphi Rayssac, Vicarii Apostolici de Swatow.

Combensem, Tarcisium Henricum Iosephum Van Valenberg, Vicarium Apostolicum Borneae Hollandicae.

Fossanensem, Angelum Soracco.

Cabasitanum, Prudentium Contardo, iam Episcopum de Temuco.

Iriflumanensem in Ganada, Alapbridum Odilonem Comtois, iam Episcopum Bareaeum.

Biltensem, Salvatorem Montes de Oca, iam Episcopum Valentinuni in Venezuela.

Sanctae Mariae Ormensis, Raphaelem Hubertum Dignan.

Lysiniensem, Raymundum Kearney, Auxiliarem R. P. D. Thomae Edmundi Molloy, Episcopi Bruklyniensis.

Baionensem, Henricum Houbaut.

Nanceiensem, Marcellum Fleury.

Canensem, Caietanum Malchiodi, Vicarium Apostolicae Administrationis Basilicae Lauretanae.

Salmantinum, Henricum Pia y Deniel, iam Episcopum Abulensem.

GartJiaginensem in Hispania, Michaelem de Sanctis Diaz y Gomara, iam Episcopum Oxomensem.

Illerdensem, Salvium Huix Miralpeix, iam Episcopum Selymbrianum.

Placentinum, Felicianum Rocha Pizarro, iam Episcopum Arethusium.

Oscensem, Linum Rodericum Ruesca, iam Episcopum Tabborensem.

Ovetensem, Iustum Antoninum Echeguren y Alda.ua.

Tigavitanum,. Basilium Octavium Tanghe, primum Vicarium Apostolicum de TJbanghi belgico.

Chùsirensem, Carolum Albertum Wollgarten, Vicarium Apostolicum Limonensem.

Tabenum, Assuerum Theophanum Bassi, primum Vicarium Apostolicum de Loyang.

de Vera Paz, nuper erecta dioecesi, Aloisium Montenegro y Flores.

de Linares in Chile, ioannem Subercaseaux Errazuriz.

de Temuco, Alaphridum Silva Santiago.

Barcaeum, Iosephum Gasparem de Affonseca Silva, Auxiliarem R. P. D. Leopuldi Duarte Silva, Archiepiscopi Sancti Pauli in Brasilia. •

Lyddensem, Gubernium Griffin, Auxiliarem B. P. D. Alexandri Iosephi Mae Gavick, Episcopi Crossensis.

Tacapitanum, Ludovicum Parisot, Vicarium Apostolicum de Dahomey.

Tabborensem, Marium Ci velli, Vicarium Apostolicum de Hanchungfu.

Zenobiensem, Dominicum Ho Ngoe Can, Coadiutorem eum iure futurae successionis venerabilis fratris Petri Mnñagorri y Ohmeta, Vicarii Apostolici de Buiehu.

Denique Ssmus ratam se habere dixit electionem canonice factam in Synodo Episcoporum Maronitarum R. D. Pauli Méouchi ad Ecclesiam archiepiscopalem Tyrensem Maronitarum.

VI. - POSTULATIO PALLI ORTIM

Tum R. P. D. Arcturus Hinsley personaliter institit pro Pallio suae metropolitanae Ecclesiae Westmonasteriensis: cui Ssmus respondit: « Crastina die Nos ipsi tibi imponemus ». Personaliter item facta est postulatio Palliorum ab Ecclesiis metropolitanis Goritiensi et Senensi.

Per procuratores autem facta est postulatio Palliorum ab Ecclesiis metropolitanis: *Granatensi, de Piata* (per elevationem sedis), *S. Ioannis de Cuyo* (item), *Cordubensi in America* (item), *Sanctae Fidei in America Meridionali* (item), *Nominis Iesu seu Cebuana* (item), *Adamantina, Paranensi* (item), *Sattensi* (item), *Adelaidensi* (per successionem), *Salisburgensi, Torontina, Aquensi in Gallia, Bituricensi, Auxitana, Wellingtonensi* (per successionem), *Tarentina, Sancti Francisci in California* (per successionem), *Nova Aurelia, Madraspolitana,* item ab archiepiscopalibus *Consentina et Spoletana;* atque (ex privilegio) ab episcopali Ecclesia *Papiensi.*

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Feria V, die iv Aprilis MDOCOCXXXV in Aula supra porticum Basilicae Vaticanae fuit Consistorium *Publicum* pro solemni peroratione Causae Canonizationis Beatorum Martyrum Ioannis Card. Fisher Episcopi BofEen&is et Thomae More Angliae Magni Cancellarii, quam perorationem peregit Illmus Dnus Augustus Milani, Decanus Collegii Advocatorum Sacrae Aulae Consistorialis. — Nomine vero Sanctitatis Suae, Illmus et Revmus D. Antonius Bacci, Secretarius a Brevibus ad Principes, haec respondit:

« Summo mihi honori est summo que gaudio ad orationem vestram pro concredito munere respondere Augustum Pontificem optare vehementer ut hi beati caelites, quorum causam diserte perorastis, sanctitudinis palma decorentur. Quam ut in sententiam libentissime discedat, Eius profecto pulsant ac commovent animum cum praeclarae Ioannis Fisheri ac Thomae Mori virtutum laudes, tum martyrium tam strenue ab utroque factum, tum denique innumerabiles non modo e Britannia, sed etiam undique paene gentium ad Eum admotae supplicationes. At id etiam in causa est, cur Sanctitas Sua nova militantem Ecclesiam gloria afficiat, ut scilicet qui proxime nobis consecrabuntur apud Deum suffragatores atque patroni, iidem nos omnes, imprimisque cives suos, catholicae religionis ad mortem usque tuendae ftrmitudinem, mortalis huius vitae contemptum christianamque edoceant morum integritatem. Et cur equidem imperiosa Anglorum gens Romana fide — quae una immutata veritate alitur et in beati Petri cathedra solidatur — in exemplum iterum non praestet atque eniteat? Cur suorum maiorum instituta studiose non repetat, eorumque non aemuletur fastos, si novo hoc sanctitatis fulgore perculsa ad hoc catholici nominis veluti centrum animum convertat, unde, Gregorio Magno auspice, christiana praecepta christianumque cultum tam libenter accepit? Id, quaesumus, ex horum beatorum martyrum vita in totius orbis luce collocata, ex eorumque supplici prece sperare liceat.

« Verumtamen Beatissimus Pater, ut rite omnia ex Apostolicae Sedis more eveniant, non vult ante laetabilem eiusmodi sententiam edicere, quam in Consistorio Semipublico, quod vocant, Purpuratorum Patrum, Patriarcharum ceterorumque sacrorum Antistitum, hac de causa coëuntium, suffragia exquisierit atque probaverit.

« Interea vero per me vos adhortatur omnes ut, ad rem tanti momenti digne decernendam, menti Suae Sa-ncti Spiritus lumen per admotas ad Deum preces coneilietis ».

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

DECRETUM

DE CONSISTORIO SEMIPUBLICO AD EXQUIRENDA SUFFRAGIA PRO CANONIZATIONE BEATORUM MARTYRUM IOANNIS CARDINALIS FISHER, EPISCOPI ROFFENSIS, ET THOMAE MORE, MAGNI ANGLIAE CANCELLARII.

Habitis iam de more Consistoriis, tum secreto, tum publico, diebus prima et quarta huius mensis Aprilis in Palatio Apostolico Vaticano, Ssmus Dominus Noster Pius diy. Prov. PP. XI, Consistorium semipublicum die nona mensis Maii p. f. fieri decrevit, in quo exquiret Episcoporum sententiam pro canonizatione Beatorum Martyrum Ioannis Cardinalis Fisher, Episcopi Roffensis, et Thomae More, Magni Angliae Cancellarii. Quapropter Ssmus Dominus praescribit ut omnes Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Praelati et Abbates nullius, qui sunt intra centesimum ab Urbe lapidem, si possint, Romam tempestive petant, praefato Consistorio intersint, suffragium suum edituri, et solemni canonizationi, si in eodem Consistorio indicta fuerit, adsistant suo tempore. Ceteros vero Antistites de his quae supra memorantur certiores reddit, laetus quidem si qui ad eumdem finem romanum iter suscipere velint. Ne autem frequentibus itineribus nimium graventur Ordinarii locorum, Sanctitas Sua benigne indulget ut qui, sive occasione Consistorii Romam convenerint, sive praefatis solemniis adfuerint, proxima vice ab obligatione sacra Limina visitandi eximantur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die **5** Aprilis 1935.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ^j S.

V. Santoro, *Adsessor.*

MONITUM

Rmi Archiepiscopi et Episcopi qui, iuxta praecedens Sacrae Congregationis Consistorialis convocationis decretum, Romae semipublico Consistorio pro Canonizatione vel sacris Canonizationis Solemniis intererunt, quamprimum Adsessori Sacrae Congregationis Consistorialis *(Palazzo della Cancelleria, Piazza della Cancelleria, 1 - Boma 1.16)* et subscripto Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto *(Piazza Capranica, 98 - Roma 120)* per epistolam significent quo circiter die venturi sunt, ut Praesulum numerus opportune cognoscatur, et ipsi schedulas et intimationes pro Consistorio vel Canonizatione tempestive accipere possint.

Ne vero apostolici cursores in schedularum distributione ancipites haereant de Episcoporum domiciliis, oportet ut ipsi Archiepiscopi et Episcopi in scriptis eumdem Caeremoniarum Praefectum de suo quisque domicilio certiorem faciant.

Iidem Antistites secum défèrent vestes praelatitias laneas violaceas, cum inantelleto pariter laneo violacei coloris, biretum, rochetum et cappam laneam violaceam sine pellibus armellineis pro Consistorio.

Pro sacris vero Canonizationis Sollemniis, Praesules défèrent amictum, mitram ex linea tela alba et pluviale simplex e lamina sin minus ex serico damasceno coloris *rubri.*

Antistites autem cardinalitia dignitate praefulgentes, vestes cardinalitias *séricas rubri* coloris et cappam *violaceam* sine pellibus armellineis pro Consistorio habebunt. Pro Sollemniis autem Canonizationis induent vestes cardinalitias *rubri* coloris, calceos rubros, amictum, planetam *rubri* coloris opere phrygio aureo distinctam, mitram serico-damascenam. Cappellani caudatarii induent vestem sericam violaceam cum crocea lanea violacei pariter coloris, superpelliceo et vimpa.

Praesules ad Ordines vel Congregationes religiosas pertinentes quoad rochetum et qualitatem ac colorem vestium consuetum morem servabunt.

Die 5 Aprilis 1935.

De mandato Ssmi D. N. Papae

L. ^ s.

CAROLUS RESPIOHI,
Protonot. Ap., Caerem. Praefectus.

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

2 Martii 1935. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Gortyniensi praefecit R. P. D. Eduardum Iosephum Hanna, hactenus Archiepiscopum S. Francisci in California.

9 Martii 1935. — Metropolitanae Ecclesiae Novae Aureliae, R. P. D. Iosephum Franciscum Rummel, hactenus Episcopum Omahensem. -

— Titulari episcopali Ecclesiae Lyddensi, R. P. D. Gulielmum Griffin, quem dëputavit Auxiliarem R. P. D. Alexandri Iosephi Mae Gavick, Episcopi Crossensis.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA. ORIENTALI

i

DECRETUM

ERECTIONIS COLLEGIT MISSIONARII S. BASILI! MAGNI PRO ORIENTE

Cum, Deo auxiliante, inditum Cryptoferratense Sanctae Mariae Coenobium, quod Romani Pontifices tamquam pulcherrimam sui diadematis margaritam semper habuerunt, hodie antiquam aemuletur laudem, ibique vocationes floreant ad Ordinem Sancti Basilii Magni, cuius monachi, auctore iam et duce beato Nilo Abbate, ritum byzantinum semper sequuti, nunc etiam religiose servant ac fovent, opportunum visum est domum, quam Basiliani Romae tenuerunt ab initio saeculi xvn usque ad a. 1870, •denuo, ad instar Conlegii Missionarii, restituere. Basiliani, enim, e Coenobio Cryptoferratensi, exemplorum quae sibi maiores indesinenter tradidere haud immemores, Orientem aspiciunt quasi electam dominicae vineae portionem, ubi fructus uberrimos, Virgine « Theotoko » protegente, pro reditu fratrum dissidentium in sinum Ecclesiae habituros confidunt.

Itaque, Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Pp. XI, benigne annuens precibus Revmi Superioris Coenobii Cryptoferratensis, in Audientia Emo D. Cardinali a secretis S. C. pro Ecclesia Orientali die 5 Ianuarii anno 1935 concessa, dignatus est adprobare erectionem, Romae ad Sancti Basilii, novi Instituti, cui sit nomen « Conlegium Missionarium .Sancti Basilii Magni pro Oriente »; simulque mandavit ut hac de re decretum per S. C. pro Ecclesia Orientali conficeretur.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. pro Ecclesia Orientali, die 30 Ianuarii anno 1935, in festo trium Ss. Oecumenicorum Doctorum Ba,silii Magni, Gregorii Theologi et Ioannis Chrysostomi, iuxta Kalendarium ritus byzantini.

A. Card. **SINCERO**, Episcopus Praenestinus, *a Secretis.*

•**L.** © S .

I. Cesarmi, *Adsessor.*

II

NOTIFICATIO

Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI preces benigne excipiens Nicolai Czarneckij, Episcopi titularis Lebediensis, Visitatoris Apostolici ritus byzantini-slavici in Polonia, annuere dignatus est ut indultum, per decretum S. S. C. Sancti Officii diei 16 Decembris a. 1910 *(Acta Apostolicae Sedis,* vol. III, pag. 22), quo omnibus christifidelibus conceditur usus metallici numismatis loco Scapularium ex panno, quae tertiorum Ordinum non sunt propria, extendatur, pro fidelibus rituum orientalium, *etiam ad actum impositionis,* ita ut huiusmodi impositio per sacrum numisma, loco scapularium ex panno peracta, ad omnes effectus valida et licita sit, servato tamen in ceteris tenore decreti supramentovati. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Litterarum Apostolicarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. pro Ecclesia Orientali, die 25 Martii a. 1935.

Ioseph Cesarmi, *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DEOBETUM

DE CATECHETICA INSTITUTIONE IMPENSIUS CURANDA ET PROVEHENDA

Provido sane consilio catholica Ecclesia, veritatis divinitus revelatae custos et magistra, officio et munere suo sanctissimo perfunctura, inde ab initio, illud, inter cetera, sibi faciendum censuit, ut initiandis Christo Domino et in eius disciplina instituendis hominibus, praesertim pueris et maioribus, caelestis sapientia, ad salutem aeternam necessaria, doctoris legitimi opera ac ministerio, catechetice traderetur.

Et prudenter id quidem. Cum enim omnis christiani hominis scientia comprehendatur divini Redemptoris sententia: *haec est vita aeterna ut cognoscant te solum verum Deum et quem misisti Iesum Christum,* ea scientia, recte et apposite, catechetica institutione continetur, per quam de Deo

ipso, de Iesu Christo eiusque doctrina ac disciplina, audientibus, pro sua cuiusque aetate, ingenio, conditione, proponitur et explanatur summa; qua profecto tradita atque illustrata, nihil fere fidelibus aptius ad recte credendi recteque agendi certam firmamque normam assequendam desiderari potest.

Quare fit, ut catechetica institutio in catholica Ecclesia habita sit et habeatur veluti vox illa, qua divina Sapientia clamitat in plateis: *si quis est parvulus veniat ad me;* sicut lucerna illa *lucens in caliginoso loco donec lucifer oriatur;* tamquam *semen* et *fermentum* illud *evangelicum,* unde tota germinat et confovetur christiana vita: ex ea nempe fidelis quisque, lucem divinae veritatis, normam divinae legis, subsidia divinae gratiae feliciter mutuatus, potest quae agenda sunt videre, et ad implenda quae viderit, convalescere. Quae quidem religiosa institutio, cum omnibus magnam afferat utilitatem, tum certe puerilem atque adolescentem maxime iuvat aetatem, utpote quae spem posteri aevi contineat. Puerorum igitur atque adolescentium in primis curanda atque urgenda est catechetica institutio, praesertim si incidat aetas, in qua ob latius diffusum sciendi studium, ob multiplicatam discendi facultatem, ob aptiorem rerum addiscendarum rationem, puerorum atque adolescentium civilis anticipetur et provehatur educatio; absonum quippe est, in tanto apparatu doctrinarum et ardore discendi, negligere vel praetermittere scientiam Dei et maximarum rerum quae religione continentur.

Institutione vero ac doctrina puerorum atque adolescentium catholica salutem quoque contineri reipublicae, planum est. Plurimum enim interest civitatis aeque ac religionis, si cives cum mere humanae doctrinae et civilis educationis praeceptis simul christianos hauriant spiritus.

Ex quo plane intelligitur, quam amanter non minus quam sapienter, Ecclesia, catholicae veritatis et disciplinae magistra, personam Christi suscipiens, vehementer clamet: *Sinite parvulos venire ad me et ne prohibueritis eos; talium est enim regnum Dei.*

Quae omnia cum probe animadverterent ac sentirent Romani Pontifices, catholicae fidei summi magistri ac duces, nullo tempore siverunt, ut ipsorum vigilantia et diligentia in hac parte deesset.

Ut antiquiora mittamus, huius rei testimonium luculentissimum, postremis hisce temporibus, exstat in litteris encyclicis f. r. Pii Pp. X *Acerbo nimis* diei 15 Aprilis 1905, in quibus Pontifex vigilantissimus, catechesis descriptis utilitatibus, ipsi plane propriis, iure colligit non aha de causa elanguescere atque esse paene intermortuam nostrae aetatis fidem, nisi quia doctrinae christianae tradendae, vel persolvatur negligentem vel praetermittatur officium. Quapropter leges fert, quibus doctrina ipsa cum pueris puellisque, tum adolescentibus, tum denique aetate provectis tradatur.

Quas quidem leges in canones redactas fere exhibet Codex iuris canonici, in quo (lib. III, tit. XX, cap. I) tota de institutione catechetica, in universa Ecclesia servanda, proposita et ordinata est disciplina.

Latis vero a Codice legibus advigilandis iisdemque pro opportunitate urgendis, Pius Pp. XI Motu proprio *Orbem catholicum* diei 29 Iunii 1923 *Officium catechisticum* penes banc Sacram Congregationem Concilii instituit, cuius est universam in Ecclesia catholica actionem catechisticam moderari et provehere.

Summorum Pontificum iussis et adhortationibus concinuerunt Episcoporum sollicitudines, qui vel in plenariis aut provincialibus Conciliis, vel in Synodis dioecesanis, vel in Congressibus catechisticis, sive dioecesanis sive nationalibus, institutionem catechisticam pressius ordinare studuerunt.

At, his non obstantibus feliciter ubique coeptis, ex eorumdem Episcoporum relatis multa adhuc superesse constat, quae doctrinae christianae tradendae vim et effectum impediunt. Et in primis lugenda sane est parentum incuria, quorum plures, res divinas ipsi ignorantes, religiosam liberorum institutionem parvi vel nihili faciunt. Quod grave profecto est, cum, parentibus negligentius vel adversis, nulla fere spes sit fore ut filii religiose erudiantur.

Quae quidem res gravior evadit ubi, ut in nonnullis nationibus fit, ob partium certamina ius Ecclesiae in christianam puerorum institutionem vel in discrimen adducitur, vel denegatur. Nam parentes, ignavia detenti, vel mobilitate animi, vel rebus ipsis pressi, neque iniquis legibus obsistunt, neque filiis catechizandis ullam curam sollicitudinemque impendunt.

In regionibus vero ubi catholici cum acatholicis simul vitam degunt, neque cum iis mixta inire matrimonia dubitant, ex communi coniugum consuetudine plerumque id fit ut in rerum divinarum contemptum ipsi liberique prolabantur, vel a fide recedant.

Accedit ipsa puerorum adolescentiumque desidia, qui aliis distenti curis, atque ludis et corporum exercitationibus allecti, vel ad profana spectacula, in quibus non raro mores relaxantur, diebus praesertim festis adducti, catechisticam institutionem paroecialem frequentare negligunt, adeo ut a prima iam aetate incipiat et in dies ingravescat illa, quam maxime conquerimur, rerum divinarum oblivio et neglectus.

Quae oblivio, qui neglectus, eo maius fidei detrimentum inferunt, quod exierunt in mundum lupi rapaces, non parcentes gregi, subintroierunt pseudo-doctores, qui vel atheismo vel neo-ethnicismo addicti, humanisque commentis et deliramentis indulgentes, scriptis et opera, callide catholicam fidem in Deum, in Iesum Christum, in ministerium Ecclesiae evertere conantur; quibus ii omnes accedunt, qui infausti protestantismi propa-

gaudi studio incensi, doctrinae pietatisque christianae speciem praeseferentes, incredibile est quam facile catholicae doctrinae nescios et indigos, ipsosque fideles simplices et incautos decipiant.

Quae quidem incommoda, quamvis iis obsistant curis iam plurimis Episcopi aliique animarum curatores, non exinde tamen et hanc Sacram Congregationem levant onere eorum diligentiam iterato excitandi, nec eos ipsos eximunt, quin semper maiores conferant sollicitudines in id unde ovium sibi commissarum sempiterna salus pendere dignoscitur.

Quam ob rem huic Sacrae Congregationi opportunum visum est omnes, ad quos spectat, novis urgere stimulis, eisdemque quaedam praescribere, quaedam vero indigitare, quibus servatis, spes est fore ut catechetica institutio in melius provehatur.

Primo, igitur, Episcopi, pro iure et officio gravissimo sibi commisso, ad curam et diligentiam quam antehac in rem catecheticam conferre consueverant, maiorem, in eiusdem incrementum, addant operam industriamque suam: quare, ad normam canonis336 § 2, «curent... ut fidelibus, praecipue pueris ac rudibus, pabulum doctrinae christianae praebeatur, ut in scholis puerorum ac iuvenum institutio secundum catholicae religionis principia tradatur »; cumque ex praescripto canonis 1336, « Ordinarii loci sit omnia in sua dioecesi edicere quae ad populum in christiana doctrina instituendum spectent », Ordinarius quisque perpendat in Domino quid providendum, quid praescribendum supersit pro opere hoc sanctissimo et maxime necessario, quove pacto id quod vult facilius consequi et efficere possit, animadversurus, si casus ferat, in negligentes vel renuentes paenis ecclesiasticis ad normam canonum 1333 § 2, 2182; delaturus vero diligentibus praemia, quatenus denunciet, in paroeciis aliisque beneficiis conferendis, plurimum apud se ponderis et momenti habiturum studium et diligentiam in opus catechismi tradendi collatam.

Parochi deinde ceterique curam habentes animarum meminerint semper institutionem catecheticam fundamentum esse totius vitae christianae, ad eamque rite tradendam omnia eorum consilia, studia, labores esse referenda. Integre, igitur, servent et ad effectum deducant quae in canonibus 1330, 1331, 1332 praescripta sunt, et omnia, maxime hac in re, omnibus efficiantur, ut et omnes Christo lucrifaciant, et seipsos fideles ministros et dispensatores mysteriorum Dei probare possint, probe considerantes quibus laete, quibus solidi ore cibo opus sit; ac singulis ea doctrinae alimenta praebeant, quae spiritum augeant, ita ut christianus homo, ea quae ad religionem pertinent, non ignoret modo, nec ea veluti hereditario more transmissa tantum teneat, sed ita habeat cognita atque perspecta, ut sibi et ceteris fructificare possint.

Quo in ministerio sanctissimo, ad normam canonis 1333 § 1, « parochi operam adhibeant clericorum, in paroeciae territorio degentium, aut etiam, si necesse sit, piorum laicorum, potissimum illorum qui in pium *sodalitium doctrinae christianae* aliudve simile in paroecia erectum adscripti sunt ». Qui omnes, sive vocati, sive iussi, Ubenter, imo laetissimo animo, operam suam adiutricem in rem conferant, ut hilares datores quos diligit Dominus.

Nec vero operi tam salutari, tam Deo grato, tam animarum bono necessario desit, ad normam canonis 1334, religiosorum auxilium, si ab Ordinario loci sit illud requisitum; iidemque religiosi, vocati, laetentur, imo vocari se cupiant, ut etiam in hac parte dominici agri, ubi messis multa, operarii autem pauci, de animarum salute bene mereantur.

Postremo parentes et qui parentum loco sunt, a quibus in re de qua agitur efficax auxilium et praesidium est exspectandum et expetendum, meminerint se ex canone 1113 « gravissima obligatione teneri prolis educationem tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem pro viribus curandi», cui quidem obligationi ex canone 1335 satisfacere debent efiiciendo ut liberi catechetica institutione erudiantur, et ex canone 1372 §2 curando christianam eorumdem educationem.

Haec omnia quae summatim complexi sumus, sunt ea quidem iam nota atque perspecta, at e mente ne excidat sententia: *repetita iuvant,* maxime cum de re agatur, de qua numquam satis.

Quo vero eadem ipsa facilius in toto Orbe terrarum in effectum deducantur, haec Sacra Congregatio, probante Ssmo D. N. Pio Pp. XI, in omnibus dioecesibus exsequenda mandat quae sequuntur:

I. In singulis paroeciis, praeter confraternitatem sanctissimi Sacramenti, *sodalitium doctrinae christianae,* idque ceterorum princeps, ad normam canonis 711 § 2 instituatur, omnes quot sunt idonei catechismo edocendo et fovendo complectens, ludimagistros in primis, puerorum erudiendorum disciplinam callentes.

II. Item in singulis paroeciis, ad normam litterarum circularium huius S. Congregationis ad Ordinarios Italiae diei 23 aprilis 1924, *scholae catechisticae paroeciales,* si nondum exstent, constituantur, in quibus, parochis ipsis praesidibus, statuta methodo, pueri adolescentesque divinae legis ac fidei rudimenta addiscant. Qua in re, ut gravis, quam antea memoravimus, excutiatur desidia parentum existimantium catechismo paroeciali frequentando liberos suos non teneri, eo quod domi vel in publicis scholis religiosa institutio tradatur, haec diligenter servanda erunt:

a) ad Sacramenta paenitentiae et confirmationis rite suscipienda parochi pueros ne admittant, ad praescriptum canonis 1330, qui congruam institutionem catechisticam non sint assequuti ad normam decreti S. Con-

gregationis de Sacramentis diei 8 Augusti 1910; eosque, cum primam Communionem receperint, perfectius ac uberius catechismo excolere satagant;

b) iidem parochi, concionatores, confessarii et ecclesiarum rectores, in hoc toti incumbant ut parentes praesertim moneant de gravi qua tenentur obligatione curandi « ut omnes sibi subiecti vel commendati catechetica institutione erudiantur » (can. 1335). In rem Benedictus XIV in litteris encyclicis *Etsi minime* diei 7 Februarii 1742 § 7: «Constat etiam ipsum Episcopum posse ac debere sacris oratoribus quam diligentissime commendare, ut pro concione in parentum aures animosque ingerant, sua interesse mysteriis nostrae religionis susceptam prolem imbuere; et si ad id minus idonei fuerint, filios in ecclesiam adduci oportere, in qua divinae legis praecepta explicantur »;

e) item totis viribus parochi curionesque contendant ut pueri ad catechismum paroecialem frequentandum alacri animo alliciantur iis mediis quae aptiora videantur, v. g., pro pueris Missam singulis diebus festis de praecepto celebrando, certamina catechistica, propositis praemiis, indicendo, atque moderata honestaque oblectamenta et industrias adhibendo;

d) postremo, parochi sedulo curent ut, tempore visitationum pastoralium, pueri ad periculum subeundum scientiae suae coram Episcopo se praeparent, qui, hanc occasionem nactus, iis quae in institutione religiosa paroeciali corrigenda, vel emendanda, vel laudanda viderit, opportune consulat.

III. Ne autem institutio religiosa, pueris tradita, aetate progrediente, oblivioni detur, et « quia compertum est non solum adolescentulus, illosque qui confirmata sunt iam aetate, in divinarum rerum ignoratione versari, sed etiam viros, ipsosque senes salutaris doctrinae esse omnino expertes, vel quia nunquam illam perceperunt, vel iamdiu perceptam paulatim delevit oblivio » (Bened. XIV, *I. c,* § 8), locorum Ordinarii sedulo vigilent ut praescriptum canonis 1332 a parochis sancte servetur, quo isti tenentur « diebus dominicis aliisque festis de praecepto... catechismum fidelibus adultis, sermone ad eorum captum accommodato, explicare». — « Qua in re», ut Pius X mandavit in memoratis litteris encyclicis *Acerbo nimis,* « catechismo Tridentino utentur, eo utique ordine ut quadriennii vel quinquennii spatio totam materiam pertractent quae de symbolo est, de sacramentis, de decalogo, de oratione, et de praeceptis Ecclesiae », itemque de consiliis evangelicis, de gratia, de virtutibus, de peccatis et de novissimis.

Praeter haec, ab omnibus servanda, eadem S. Congregatio nonnulla media locorum Ordinariis indigitare opportunum censet, quae, experientia teste, ad optatum finem apta visa sunt, ut eadem vel saltem aliqua in

sua quisque dioecesi iidem Ordinarii, pro rerum locorumque adiunctis, adhibenda curent. Quapropter:

1. Quemadmodum iam in Italia provisum est per litteras huius S. Congregationis diei 12 Decembris 1929, *Officium catechisticum dioecesanum,* si fieri poterit, locorum Ordinarii instituant, quod, ipsis praesidibus, totam ream catechisticam in dioecesi moderetur. Huius Officii praecipua munia erunt curare:

a) ut in paroeciis, in scholis et in collegiis doctrina christiana iuxta formam ab Ecclesia traditam, et ab iis qui sunt idonei recte doceatur;

b) ut, statis temporibus, habeantur *coetus catechistici* aliique pro scholis de religione conventus, de quibus in decreto huius S. Congregationis diei 12 Aprilis 1924, ad perquirenda media institutioni catechisticae provehendae aptiora;

c) ut peculiares *series lectionum de religione* quotarrms indicantur ad eos plenius perfectiusque excolendos, qui doctrinam christianam et in paroecialibus et in publicis scholis doceant.

2. Idoneos quoque singulis annis *Sacerdotes visitatores* eligere Ordinarii ne omittant, omnes in dioecesi scholas de religione inspecturos, qui de religiosae institutionis in iisdem traditae exitu, incrementis vel defectibus accurate referant. Ad rem Benedictus XIV *(loc. cit., § 16):* «Plurimum quoque ad christiani populi institutionem conferre poterit, si Visitatores eligantur, quorum ahi civitatem, ani dioecesim lustrantes, omnia sedulo inquirant, ut certior factus Episcopus, pro meritis cuiusque pastoris, aut praemia decernat, aut poenas ».

3. Ut autem in religiosam institutionem populus christianus interdum animum praecipue convertat, *dies catechistica,* si nondum in usu sit, in singulis paroeciis instituenda curetur, in qua *festum doctrinae christianae,* maiore qua fieri potest solemnitate, celebretur. Hac occasione:

a) fideles in ecclesiam paroecialem convocentur, ut S. Eucharistia refecti, preces effundant ad uberiores impetrandos divinae doctrinae fructus;

b) peculiaris sermo populo habeatur de catecheticae institutionis necessitate, quo parentes praesertim moneantur ut filios eandem edoceant, atque ad catechismum paroecialem mittant, divinum praeceptum memorantes: *eruntque verba haec quae ego praecisio tibi hodie in corde tuo, et narrabis ea -filiis tuis* (Deut. VI, 6);

c) in vulgus distribuantur libri, libelli, folia, aliaque id genus, ad rem apta;

d) collecta fiat ad opera catechistica provehenda.

4. In locis praesertim ubi ob penuriam cleri, muneri doctrinam christianam docendi clerus ipse f acere satis non possit, *idoneis catechistis* utriusque sexus in parochorum auxilium providere Ordinarii satagant, in paroecialibus vel in publicis scholis ipsisque in dissitis paroeciae locis religiosam institutionem tradituris. In his principem locum teneant quotquot consociationibus *Actionis catholicae* sunt inscripti, quae multa iam hac in re et laude digna perfecerunt, et quarum nonnullae, optimo quidem consilio, in suis statutis lectiones de religione quotannis habendas iusserunt, quibus interesse omnes socii teneantur.

Item huic muneri ne desint quotquot sunt socii aliarum consociationum et sodalitatum catholicarum, et potissimum sodalitates religiosae utriusque sexus quae iuventuti instituendae sunt deditae, quas ita alloquitur Ssmus D. N. Pius Pp. XI in memorato Motu proprio *Orbem catholicum:* «Illud etiam magnopere cupimus in praecipuis quibusque sedibus religiosarum sodalita tum quae iuventuti instituendae sunt deditae, ibi, praesidibus ducibusque Episcopis, scholas aperiri, delectis ex utroque sexu adolescentibus, qui accommodato studiorum curriculo formentur, iidemque, facto periculo seien tiae suae, rite renuntientur habiles ad magisterium doctrinae christianae historiaeque sacrae et ecclesiasticae obtinendum». Quod profecto fiet, si in scholis et collegiis catholicis, inter res pueris adolescentibusque addiscendas, principem locum habeat, ut ratio ipsa suadet et postulat, institutio religiosa, quae et a sacerdotibus docendo peritis, et apta instituendi ratione tradatur.

Si haec media et industriae adhibeantur, si huic muneri quo nihil est sanctius, nihil magis necessarium, omnes quibus onus est strenuo constantique animo incumbant, sperandum iure est populum christianum, ab errorum insectationibus sancta et incorrupta doctrina continenter munitum, populum acceptabilem sectatorem bonorum operum exstiturum esse, atque salutares effectus percepturum, quos Romani Pontifices in salutem animarum non semel auspicati sunt. Postremo, probante Ssmo D. IS". Pio Pp. XI, haec S. Congregatio Episcopis universis mandat ut singulis quinquenniis, hac in re derogando memorato Motu proprio *Orbem catholicum,* de catechetica in eorum dioecesibus institutione ad eandem S. Congregationem accurate referant, iuxta quaesita quae sequuntur, et eodem servato ordine qui est in canone 340 § 2 Codicis I. O. quoad relationem ab Episcopis faciendam super statu dioecesis sibi commissae.

Datum Romae, in festo Sacrae ïfazarethanae Familiae, die 12 Ianuarii anno 1935.

I. Card. SERAFINI, *Praefectus.*

L. © S.

I. Bruno, *Secretarius.*

QUAESITA DE DOCTRINA CHRISTIANA TRADENDA

I. - PRO PUERIS

a) *In paroeciis:*

Q. 1. Quinam sit in singulis paroeciis numerus puerorum, et quinam ex his catechisticam institutionem frequentent;

Q. **2.** quanam diligentia parochi munus pueros religiose erudiendi adimpleant, et quinam hoc munus negligant;

Q. 3. an in iisdem paroeciis institutae sint *scholae paroeciales,* quonam exitu, et quanam methodo doctrina christiana in his edoceatur;

Q. 4. an et quomodo presbyteri aliique clerici, in territorio paroeciae degentes, parochum in doctrina christiana tradenda adiuvent; quinam sint forte recusantes vel negligentes;

Q. 5. an religiosi et religiosae parochum in pueris catechismo excolendis adiuvent; quinam sint forte negligentes vel recusantes;

Q. 6. an *sodalitium doctrinae christianae* singulis in paroeciis constitutum sit, et quanam ratione parochum coadiuvet in doctrina christiana pueris tradenda;

Q. **7.** an aliae sodalitates laicorum, et praesertim *Actionis catholicae,* in eodem munere parochum adiuvent;

Q. **8.** an *Officium catechisticum* in dioecesi, vel aliud simile institutum sit, vel institui possit;

Q. 9. an et quomodo *dies catechistica* celebretur;

Q. 10. an et quonam fructu *coetus catechistici,* aliive pro scholis de religione conventus habeantur;

Q. 11. an et quaenam media adhibeantur ad sollertiam tum parentum tum filiorum excitandam ut catechismum paroecialem hi frequentent;

Q. 12. an et quaenam impediant uberiores doctrinae christianae tradendae fructus; quinam in hac re abusus irrepserint, et quaenam ad eos amovendos media adhibeantur, vel adhiberi possint.

b) *In scholis et collegiis catholicis:*

Q. 13. Quotnam sint scholae et collegia catholica utriusque sexus, praesertim noviter instituta, sub moderatione cleri saecularis vel religiosi aut sororum religiosarum;

Q. 14. quot sint in singulis his scholis*vel collegiis catholicis alumni interni vel externi;

Q. 15. quoties in hebdomada, quanam methodo et profectu, religiosa institutio in his edoceatur;

Q. 16. quomodo consulendum sit eidem institutioni efficacius utiliusque provehendae.

c) *In scholis publicis:*

Q. 17. An, in quibusnam publicis scholis, et quonam fructu doctrina christiana tradatur;

Q. 18. an, qua ratione, et in quibusnam scholis publicis institutio religiosa auctoritati et inspectioni Ecclesiae subiiciatur;

Q. 19. quibusnam in publicis scholis, et quanam de causa, doctrina christiana non tradatur; atque quomodo horum alumnorum religiosae institutioni consulatur;

Q. 20. an et quaedam media adhibeantur, vel adhiberi possint ut in publicis scholis doctrina christiana tradatur.

I f. - PRO ADULTIS

Q. 21. An, et quando, praeter consuetam homiliam, catechetica institutio adultis a parochis impertiatur;

Q. 22. qua diligentia, quanam methodo et quo tempore parochi hoc munus adimpleant;

Q. 23. an fideles in singulis paroeciis institutionem religiosam frequentent, et quonam exitu;

Q. 24. quaenam media, pro locorum temporumque adiunctis, magis idonea existimentur ad uberiorem adultorum religiosam institutionem obtinendam.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, Ssmus Dnus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum:

10 Decembris 1934. — Cathedrali Ecclesiae S. Dionysii (La Réunion) praefecit R. P. Franciscum Aemilium M. Gieret de Langavant, e Congregatione Spiritus Sancti.

— Titulari episcopali Ecclesiae Combensi, R. P. Henricum van Valenberg (in Ordine FF. **MM.** Capuccinorum Tarcisium ab Asten) quem constituit Vicarium Apostolicum Borneae Hollandicae.

28 Ianuarii 1935. — Titulari episcopali Ecclesiae Chusirensi, R. D. Carolum Albertum Wollgarten e Congregatione Missionis, quem constituit Vicarium Apostolicum de Limon.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tigavitanae, R. P. Octavium Tanghe (in Ordine FF. MM. Capuccinorum Basilium a Brugis) quem constituit Vicarium Apostobcum de Ubanghi Belgico.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tabenae, R. P. Assuerum Theophanum Bassi, e Pia Societate Parmensi S. Francisci Xaverii, quem constituit Vicarium Apostolicum de Loyang.

11 Martii 1935. — Titulari episcopali Ecclesiae Tacapenae, R. P. Ludovicum Parisot, e Societate Lugdunensi Missionum ad Afros, quem constituit Vicarium Apostolicum de Dahomey.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tabborensi, R. D. Marium Civelli, e Pont. Instit. Mediolanensi SS. App. Petri et Pauli, ac SS. Ambrosii et Caroli pro Missionibus exteris, quem constituit Vicarium Apostolicum de Hanehungfu in Sinis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Zenobiensi. R. D. Dominicum Hongoc-cân, e clero saeculari vicariatus Apostolici de Hae, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Petri Muñagorri y Obineta, Vicarii Apostolici de Buichu.

78 Martii 1935. — Metropolitanae Ecclesiae Madraspolitanae, R. P. D. Ludovicum Mathias, hactenus Episcopum de Shillong.

II

NOMINATIONES

Sacrum Consilium christiano nomini propagando datis decretis renunciavit ad suum beneplacitum.

28 Ianuarii 1935. — R. P. Antonium Ioannem Albertum Albers, Ord. Carm., Praefectum Apostolicum de Malang.

— R. P. Vincentium Cimatti, e Pia Societate Salesiana S. I. Bosco, Praefectum Apostolicum de Miyazaki.

Insuper decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide. diei 19 Ianuarii 1935 Revmus Nicolaus Brinzeu, canonicus cathedralis Lugosiensis, nominatus est Director Nationalis Operis a Sancto Petro Apostolo pro institutione cleri indigenae pro catholicis ritus orientalis in Romania; die 13 Februarii, R. P. Antoninus Atucha, S. I., Praeses Pontificii Operis de Fidei Propagatione, pro Republica Panamensi.

III

DESIGNATIONES PRO APPELLATIONIBUS

Tribunal Archiepiscopi Tokyensis designarunt pro appellationibus a suis curiis, Episcopi de Fukuoka, Hacodatensis, Nagasakiensis, et Osakensis; itemque Vicarii Apostolici Insularum Marianensium et Carolinarum, de Hiroshima, de Sapporo; Praefecti Apostolici Insulae Formosae, de Kagoshima, de Nagoya, de Nijgata, de Shikoku; Superiores ecclesiastici missionum de Karafuto et de Miyazaki. Quas designationes Ssmus Dnus Noster Pius Pp. XI, in Audientia diei 6 Iulii 1934, approbavit ratasque habuit.

Item Vicarius Apostolicus de Fort-Dauphin designavit ad eumdem effectum Tribunal Vicarii Apostolici de Fianarantsoa, approbante Ssmo in Audientia diei 2 Augusti 1934.

Similiter Praefectus Apostolicus de Montana in Insulis Philippinis designavit Tribunal Archiepiscopi Manilensis, quam designationem Ssmus ratam habuit in Audientia diei 6 Decembris 1934.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

CARCASSONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI MARIAE TERESIAE DE SOUBIRAN FUNDATRICIS SOCIETATIS MARIAE AUXILIATRICIS.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Tota humanae redemptionis oeconomia in sacrifìcio Christi fundatur, quod in iis, quos Deus ad magna pro animarum salute facinora patranda eligit, veluti producitur, docente ipso Domino: «Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit multum fructum affert » (Io., 12). Quod apprime factum est in Dei Famula, de cuius Beatificationis et Canonizationis causa introducenda modo agitur.

Sophia, Teresia, Augustina, parentes generis nobilitate et pietate praestantes Iosephum Baronem de Soubiran la Louvière et Noemi de Gebs divina dispositione sortita, in loco vulgo « Castelnaudary », non longe a Carcassonensi urbe, die 16 Maii mensis anno 1834 nata est, sequentique die sacro baptismi lavacro regenerata.

Inter maiores gentis de Soubiran, xiv saeculo, duae sanctitatis laude insignes numerantur feminae: Roselina « de Villeneuve » et Delphina, uxor S. Elzearii comitis, qui **B.** Urbani Papae V fuit patrinus. Teterrima gallica perturbatione saeviente, avus *rapinam bonorum* suorum *suscepit,* et exitium est passus: duae autem maiores amitae, ne cum schismatico parocho in divinis communicarent, multis vexationibns fuerunt obnoxiae. Ludovicus, Sophiae patruus, canonicus et Vicarius generalis, sacerdotalibus virtutibus eminuit. Nec de gente de Gelis defuerunt qui virtutum laude floruerint. Matris enim avus et avunculus pro catholica fide servanda, ut videtur, occisi sunt: soror autem, e Puellarum a caritate Societate, sanctam in Sinensi missione mortem obivit.

Sophiae pater, uti iam S. Elzearii mater, hanc Domino, quando aliquis sibi nascebatur fihus, precem effundebat: «Deus meus, si huius anima aeternam salutem non sit adeptura, statim post baptismum eamdem repetere velis ». Tantae pietatis semina in puellae anima mire succreverunt, et uberrimos fructus vel a prima adolescentia attulerunt. Quingentis marianae

Congregationis sodalibus quasi magistra, sub patrui sacerdotis moderamine, facta, eas ad christianae perfectionis iter arripiendum sedula perurgebat.

Decimum octavum annum agens inter Carmelitidas se Deo consecrare peroptabat, sed patrui consilio obsequens, belgicarum *Beghinarum* quas vocant, vitam Gandavi edocta, paulo post in patria *Beghinagium,* Episcopo approbante, anno 1855 constituit, Sophiae nomini Mariae Teresiae nomine suffecto. Christiana caritate acta in pauperes et periclitantes puellas maternam curam impendens, eas a malo praeservabat et ad bonum sectandum promovebat. Quod in se perditorum hominum iram et odium concitavit, qui pietatis et caritatis asylum undique succenderunt, adeo ut, aedificio totaliter combusto, sacellum tantum immune a flammis evaserit, omnium vero seu sororum seu puellarum vita non sine evidenti divinae Providentiae favore servata. Ex cineribus Institutum veluti frumentum in terra mortuum, vegetius resurrexit et ita increvit, ut novam formam, locorum et temporum adiunctis accommodatam, Patrum e S. I., praecipue Servi Dei Pauli Ginhac, consilio, Serva Dei ei dare constituerit.

Exinde Institutum, Archiepiscopo Tolosano et Episcopo Carcassonensi novas regulas approbantibus, nomen Societatis a *Maria Auxiliatrice* assumpsit, cuius finis hisce Apostolicarum litterarum sub Piscatoris anulo die 19 Decembris a. 1868 datarum, verbis indicatur: « Gratulamur itaque tibi (Archiepiscopo Tolosano scribit Pontifex), quod apud te floreat altera ex istis piarum virginum societatibus; quae paucis ab hinc annis Castelliarii in dioecesi Carcassonensi excitata proximorumque auxilio devota, ab Auxiliatrice Deipara sibi nomen quaesivit. Iucundissimum vero Nobis accidit praecipua ipsam convertisse studia ad illas maxime, quae vel naturae vitio, vel conditione sollicitiorem curam exposcunt; puellas nempe lumine destituías et eas quae victum manu sibi quaerere coactae, pronioribus et gravioribus procul a paterna domo sunt obnoxiae periculis ».

Societate constituta, ob franco-germanici belli pericula a. 187O Londinium adivit. Interim ob exortas difficultates humiliter ab Instituto remotionem est passa, et a sua causa defendenda abstinuit. In Dominae Nostrae a caritate Instituto, cui datum est se adiungere, post .15 annos, sanctissime anno 1889 Parisiis vita est defuncta, virtutum omnium mira exempla relinquens.

Ea vix demortua, sanctitatis fama illico erupit. Quae, quum tractu temporis non deferbuisset, Ordinaria auctoritate tum Carcassonae, tum Lutetiae Parisiorum confecti sunt processus et in Urbem transmissi. Die 12 Aprilis anno 1932 in ordinaria Congregatione actum est de scriptis Servae Dei et die 20 eiusdem mensis super his editum est decretum. Quum itaque, iuris ordine servato, nihil obstaret quominus ad ulteriora procedi

posset, Rmo P. Carolo Miceinelli S. I., Causae Postulatore instante, die 8 Maii mensis Emus ac Rmus D. Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Causae Ponens seu Relator, in ordinario S. H. C. coetu dubium proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Rmi PP. audita Emi ac Rmi Cardinalis Ponentis relatione super statu Causae, necnon suffragiis Officialium Praelatorum scripto exaratis auditoque R. P. **D.** Salvatore Catucci, Fidei Promotore generali, attentis quoque amplissimis postulatoriis litteris Cardinalium Archiepiscoporum Parisiensis, Lugdunensis, Neapolitani, plurimorum Archiepiscoporum et Episcoporum aliorumque ex utroque clero, nec non plurium Religiosarum Communitatum, et insignium virorum laicorum, omnibus perpensis rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem introductionis Causae Dei Famulae Mariae Teresiae de Soubiran, si Ssmo placuerit.*

Facta autem, subsignata, die Ssmo D. N. Pio Papae XI ab Emo ac Rmo D. Cardinali Praefecto relatione, Sanctitas Sua S. R. C. Rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem introductionis Causae praedictae Servae Dei signare dignata est.

Datum Romae, die 9 Maii a. D. 1934.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

WESTMOKASTERIEN.

CANONIZATIONIS BEATORUM MARTYRUM IOANNIS CARDINALIS FISHER, EPISCOPI SOFFEN., ET THOMAE MORE, MAGNI ANGLIAE CANCELLARII.

SUPER DUBIO

An, stante evidentia martyrii tum materialiter cum formaliter spedati, et ideo obtenta a Sanctissimo dispensatione a signis seu miraculis, tuto *procedi possit ad solemnem eorumdem Martyrum canonizationem.*

Maximas inter aerumnas, quae, in tot aestuantibus per saeculorum decursum procellis, Ecclesiam Dei afflixerunt, accensenda profecto est lacrimabilis illa discissio, quae nobilem Anglorum gentem ab unitatis apostolicae centro per vim avulsit. Equidem si gens illa, quae proximis hisce saeculis terra marique tam late protulit imperium, genuinam, quam a

Gregorio acceperat, fidem Christi una secum in suis commigrationibus adduxisset, facile est coniicere quanto ampliora incrementa Christi regnum per orbem cepisset.

Verum occulta nimis et *inserutabilia sunt iudicia* Dei *ei investigabiles viae eius.* Attamen et in tanta iactura non defuit Ecclesiae suae benignissimus Deus, neque omnem resurrecturae fidei in ea melita natione spem suceidit. Suscitavit quippe Spiritus Eius ea temporum acerbitate in Anglia fortissimos Martyres, qui sanguinis testimonio non solum Ecclesiam nobilitarent, sed et Angliae, dilectissimae patriae suae, sollemne monitum in aevum transmitterent de pristina vera fide misere amissa, deque ea generoso animo recuperanda. Altius prae ceteris hoc inclamare nunc videtur Beatorum Ioannis Fisher et Thomae More non pressa mortis silentio vox, qui, quarto propediem recurrente saeculo a peracto martyrio, effusi sui sanguinis, non equidem ultionem, sed, ut Christus in Cruce, propitiationis fructum a Patre exquirunt. Huc spectat, provido Dei consilio, utriusque herois gloria, quam haec ipsa nostra acta proclamant.

IsTobiliore ac veriore sanguinis sui purpura mox decorandus Beatus Cardinalis Ioannes Fisher, innocens pro Romani Pontificis primatu asserendo victima, divino Magistro quasi suggerente, in Eius incidit ex evangelio verba: *Ego te clarificavi super terram... et nunc clarifica me tu, Pater* (Io., 17, 4-5). Beatus Thomas More, et ipse hanc claritatem sibi obventuram praesentiens, Regi et carnifici gratos sui animi sensus deprompsit, quod martyrii palma insignem se eadem de causa facerent; quasi uterque iam tum prospiceret quo alto praeconio ex suo patíbulo, quasi ex edita cathedra, romanam fidem suis civibus essent per saecula praedicaturi. Gloriam vero quae, vix consummato martyrio, ambos totum per orbem, Deo dante, subsequuta est, non solum aetas non abolevit, sed ea, labentibus saeculis, vividiore luce refulsit, Romanis praesertim Pontificibus, Christi in terra Vicariis, vicem, pro meritis, rependentibus. Quos enim Paulus III sollemni elogio honestavit, quorum reliquias Gregorius XIII colendas permisit, quos Benedictus XIV amplissimis laudibus extulit, quos Leo XIII Beatorum numero accensuit, modo nutu tuo, Beatissime Pater, ad supremos Canonizationis honores, primi inter Anglos post luctuosum saeculi **XVI** discidium, plaudente orbe, properare videntur.

Iure autem merito prae ceteris gaudio gestit generosa Anglorum gens prope universa, quae tantos filios, animi magnitudine, divina humanaque scientia, vitae sanctitate eius aetatis clarissima prae ceteris lumina, exaltari in Ecclesiae firmamento conspicit. Re quidem vera, non catholici tantum^ sed et acatholici plures, scientia et dignitate praeclari, uti innumera documenta testantur, una nobiscum exsultant, tantam utriusque

pugilis virtutem demirantes. Faxit Deus, ut hi ceterique omnes, quos fraterna dilectione complectimur, et ipsi, avitam gloriam instaurantes, ad matris Ecclesiae redeant unitatem!

Avitam inquimus gloriam; maxima enim Anglicae Ecclesiae tribuenda gloria, quod catholicam fidem a Romana Ecclesia tam largiter hauserit, ut, fere vix a suscepto Evangelio, non pauca constituerentur monasteria, pietatis atque doctrinae domicilia, quae paulo post, non intra tantum Angliae fines, sed et ad alias Europae regiones, lectissimos fructus attulerunt. Porro insignis Ecclesiae Doctor S. Beda, Aleuinus, S. Bonifatius, S. Willibrordus, S. Burchardus, plurimique ahi natione Angli, doctrina, vitae sanctitate, apostolicis muniis, martyrio, cum Romana Sede arctissimo vinculo devincti, catholicam fidem illustrarunt et propagarunt. Hanc susceperunt Beati nostri nobilem hereditatem, qui Romanae fidei docti, invicti, fortissimi assertores, mortem oppetentes, ne turpiter foedifragi Regis placitis obsequerentur, patemarum traditionum gloriam intemeratam servarunt: Iudae Machabaei exemplum sequuti, qui gloriosam mortem, prae turpi fuga suadeus, inclamabat: *moriamur in virtute propter fratres nostros et non inferamus crimen gloriae nostrae* (I Mach., IX, 10).

Sicut vero Christus de seipso dixit, ut in hodierna liturgia legimus, *tradetur gentibus... et occident eum et tertia die resurget,* ita et nostri athietae, *conformes* facti *imaginis* Christi, passi quidem et mortui sunt, sed iam ad gloriam, et in terris, veluti resurrexerunt, et ad ampliorem mox assequendam festinant. Etenim utriusque herois probata martyrii undequaque spectati evidentia, et a Ssmo D. N. concessa a signis seu miraculis omnique alia opportuna et necessaria dispensatione, quod nuper decretum est, ut ad ulteriora procedi quivisset, discutiendum a S. C. erat dubium: *An, stante evidentia martyrii et causa martyrii tum materialiter cum formaliter spectati, et ideo obtenta a Sanctissimo dispensatione a signis seu miraculis,* tuto *procedi possit ad solemnem eorumdem Beatorum Martyrum canonizationem.* Dubium hoc in Generali Sacrorum Rituum Congregatione, coram Ssmo D. N. Pio Papa XI, die 19 nuper elapsi mensis habita, Emus Cardinalis Raphael Carolus Rossi, Causae Ponens seu Eelator, proposuit. Cui Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores unanimi affirmativo suffragio responderunt: Beatissimus vero Pater suffragia haec summo animi gaudio excepit quidem, iudicium tamen Suum aperire ad hanc diem 3 Martii mensis anno 1935, Dominicam in Quinquagesima, distulit, preces interim ad Deum luminum Patrem effusurus. Quapropter Rmos Cardinales Camillum Laurenti, S. R. C. Praefectum et Raphaelem Carolum Rossi, Causae Relatorem, necnon R. P. Salvatorem Natucci, Fidei generalem Promotorem meque infrascriptum Secretarium acciri

mandavit, sacroque Eucharistico sacrificio pientissime litato, edixit: *Tuto procedi posse ad Beatorum Martyrum Ioannis Cardinalis Fisher, Episcopi Boffensis, et Thomae More, Magni Angliae Cancellarii, canonizationem.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 3 Martii a. D. 1935.

£8 O. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

III

ROMANA SEU SANCTI LUDOVICI

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI PHILIPPINAE DUCHESNE E SOCIETATE SORORUM A S. CORDE IESU.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Eide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Benignissimus Redemptor noster novissimis hisce saeculis humano generi, fide et caritate frigescentibus, occurrere volens, plures in Ecclesia religiosas Societates sub sui sacratissimi Cordis nomine excitavit, per quas misericordiae Suae divitias abundantissime efPunderet, regnumque Suum per orbem propagaret. Hoc triumphali assumpto vexillo, S. Magdalena Sophia Barat, divino eo pientissimi consilio mota, Societatem Sacri Cordis instituit, quae, Ignatiano spiritu informata* maiorem Dei gloriam, praesertim in puellarum christiana educatione promovenda, impigre per mundum, vel ab initio enascentis Instituti, uti melita Societas Iesu, perquisivit.

Per mundum diximus et ab initio. Sicut enim S. Ignatius, Societate Iesu statim ac fundata, S. Franciscum Xaverium ad Indos Christo adiungendus misit, felix amplioris evangelizationis initium, ita in Borealem Americam S. Magdalena Sophia Venerabilem Philippinam Duchesne, id enixe efflagitantem, pergere sivit, quae, apostolico et missionali Ss. Francisci Xaverii et Francisci Regis, quos sibi patronos elegerat, spiritu exaestuans, in animarum salutem vel apud silvicolas strenue adlaboravit, uberrimosque retuht fructus.

Philippina Eosa Duchesne die 29 Augusti mensis a. 1769 Gratianopoli in Gallia ex Petro Francisco et Eosa Euphrosina Perier nata, in festo Nativitatis B. M. Virginis sacri baptismi aquis fuit abluta. Prima pietatis et christianae fidei germina, quae a matre accepit, in eius animo mire floruerunt, atque ingenii tenaciam, gentis suae propriam, quam natura sortita erat, pia adolescentula cum caritate adeo conciliavit, ut iam tum pauperibus sublevandis totum, quod sibi a parentibus donabatur, impenderet, et duram missionariorum vitam immo et martyrium pio desiderio prosequeretur. Undecimum agens annum monialibiis a Visitatione in monasterio S. Mariae ab Alto educanda traditur, in quo miras ad pietatem progressiones fecit; atque duodennis vix dum ad sacram-synaxim primitus accesserat, cum ad religiosam vitam capessendam allici sensit; quam vocationem B. Virginis patrocinio filiali devotione commisit, iugibusque precibus aluit.

Parentes, re paulo post cognita, eam domum revocarunt. Latinam linguam, mathesim, pingendi artem et ceteras, quae honestiores puellas decent, bonas artes coluit. Parentes auctores ei fuerunt ut matrimonium iniret, sed Philippina fortiter restitit, in proposito religiosam vitam amplectendi firmiter perseverans. Decem et septem annos tunc agebat. Ut autem moras rumperet, cum matertera monasterium S. Mariae adivit, apertoque Superiorissae animo suo domum redire noluit. Incassum omnes parentum industriae cesserunt ut eam e monasterio domum reducerent; ipsa constanter immota permanens, ex hoc luctamine victrix evasit. Tirocinio sancte expleto, dum in eo erat ut sollemnia religiosa vota nuncuparet, irnpendente magnae perturbationis procella, e dilecto monasterio exire, a. 1791 ineunte, cogitur et ad suos reverti.

Dimisit quidem Philippina religionis habitum, non tamen vivendi formam, quam ad unguem servavit. Persecutione saeviente, spreto vitae discrimine, ad catholicos, praesertim sacerdotes adiuvandos generosum intendit animum. Quin immo Philippina nonnullas pias mulieres sancta amicitia sibi devinctas, ad id operis in sodalitium adsciverat, quae Christi confessoribus carcere detentis ministrare pro suo posse in deliciis habebant, ' eorum sorti sancte invidentes. Post decennium, seditione aliquantulum sedata, Serva Dei incassum ad Visitationis monasterium, quod ipsa a reipublicae moderatoribus, Vicario generali consentiente, obtinuerat, dispersas moniales reducere conata est. Quare, prudentum virorum consilio, se ipsumque monasterium anno 1803 S. Magdalenae Sophiae Barat obtulit.

Novo tirocinio confecto, in Societate S. Cordis emissis votis, missionalem vocationem, qua iamdiu urgebatur, sanctae fundatrici manifestavit, quae prudentissime nonnisi post duodecim circiter annos in Septentrio-

nalem Americam proficiscendi veniam ei concessit. Philippina interim saepius insomnes ducebat noctes coram Ssmo Sacramento, fervidissimas pro suis, uti aiebat, siivicolis preces effundens, atque asperrimis paenitentiis corpus pro eorum conversione affligens. Toti tandem compos facta anno 1818 die 21 Martii, Sabbato sancto, e Burdigalensi portu solvit; recurrente autem Ss. Cordis Iesu festo die 29 Maii mensis Americam post laboriosum iter appulit; die autem 21 Augusti mensis ad S. Ludovici urbem pervenit.

In vastissima illa dioecesi triginta quatuor per annos, variis in locis incultis adhuc atque mhospitis, incredibile est quot labores, quot molestias, quot pericula *in vigiliis multis, in frigore et nuditate* in summa rerum omnium, quae ad vitam necessaria sunt, privatione, sustinuerit: manu et arte quaesita sibi stipe victitabat, quin immo et pauperibus, alumnis et Patribus e S. I. largissime, prout poterat, subveniebat.

Ferventissimus amor, quo in sacratissimum Cor Iesu tenebatur, ei, ut haec omnia aggrederetur, mentem iniecit, ut prosequeretur, stimulos admovit, ut compleret, vires ministravit, atque toto studio eo intenta est, ut eiusdem suavissima religio apud colonos radices ageret et propagaretur.

Ad silvicolas Potowatomies erudiendos generosa iam senescens perrexit, apud eos aliquantisper, quoadusque nempe vires suffecere, commorans; qui tanta in eam admiratione fuerunt capti, ut hoc elogio honestarent: *Mulier quae semper orat.* Ingravescente iam aetate, dimisso superiorissae munere, ab opere quidem non destitit, sed impensius, si fieri posset, orationibus, paenitentiis ceterisque virtutibus excolendis incubuit. Octuagenario maior, tam longum iam innocentissimae atque actuosissimae vitae spatium emensa, tot conflictatae adversitatibus, tot refertae laboribus, vere sibi dicere potuisse videtur: *Bonum certamen certavi, cursum consummavit fidem servavi:* reliquum erat ut a fidelissime Deo *coronam iustitiae* reciperet. Sanctissime, ut vixit, die 18 Novembris mensis a. 1852, Ecclesiae sacramentis refecta, ad Sponsum evolavit.

Sanctam eam dixit S. Magdalena Sophia Barat, sanctam dixerunt omnes quotquot eam noverant, quae fama ad nos usque perseveravit. Quare quo citius fieri potuit Ordinaria auctoritate in curia S. Ludovici super sanctitatis fama adornatus est processus; item alter in hac Alma Urbe suppletivus est constructus. Die 27 Iulii a. 1897 super Servae Dei scriptis favorabile editum est decretum. Die 9 Decembris a. 1909 Pius Papa X, s. m., introductionis causae Commissionem sua manu obsignavit. De cultu numquam ei praestito die 12 Iulii a. 1910 S. H. C. edictum est. Apostolica auctoritate S. Ludovici in urbe, de fama in genere inqiusitione peracta, de eius validitate et relevantia die 14 Martii

a. 1916 decretum est. In Romana Curia de virtutibus et miraculis in specie apostolica pariter inquisitio instituta est, atque huius et praecedentium processuum iuridicus valor per decretum die 28 Iunii a. 1921 agnitus est.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, coram Rmo Cardinali Caietano Bisleti, Causae Ponente seu Relatore, in Antepraeparatoria Congregatione de virtutum heroicitate die 12 Maii mensis a. 1931 disceptatum est: die autem 29 Octobris mensis elapso anno iterum de iisdem in Praeparatoria. Demum die 12 Martii mensis anni huius in Generali coram Ssmo D. 35". Pio Papa XI Rmus Cardinalis Relator Dubium proposuit discutiendum: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Beatissimus Pater, Rmorum Cardinalium, Officialium Praelatorum et Patrum Consultorum votis benigne exceptis, iudicium suum in hanc diem 17 Martii mensis, Dominicam secunda in Quadragesima, aperire decrevit.

Eapropter Rmos Cardinales Camillum Laurenti S. R. C. Praefectum et Caietanum Bisleti, Causae Ponentem, nec non R. P. Salvatorem Catucci Fidei Promotorem generalem, meque infrascriptum Secretarium ad Se accivit, et religiosissime Eucharistico celebrato sacrificio, edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servae Dei Philippinae Duchesne in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae die 17 Martii a. D. 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SAGRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

BEROLINEN.

NULLITATIS MATRIMONII (HANUS-HASSE)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Maximiliani Richardi Hasse, in causa conventi, qui, natus Dresdae die 3 Martii 1881, postremo commoratus est Amstelodami, van Speykstraat, 125, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. **R.** Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 29 Maii 1935, hora 12, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Maximiliani Richardi Hasse, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. £B S. F. Guglielmi, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 19 Februarii 1935.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Max Richard Hasse, défendeur en cette cause, né à Dresde, le 3 Mars 1881, dont la dernière *it* residence fut à Amsterdam, van Speykstraat, 125, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 29 Mai 1935, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Max Richard Hasse, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 26 Febbraio 1935, presso l'Emo e Revñlo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente della Causa di Beatificazione della Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello, prima superiora generale dell'Istituto delle Figlie di Maria A usiliatrice, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria* nella quale dai Revmi Prelati, Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla stessa Venerabile Serva di Dio.

Martedì, 12 Marzo 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati e Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella Causa di Beatificazione e Canonizzazione delia Ven. Serva di Dio Filippina Duchesne, Religiosa della Società delle Suore del Sacro Cuore di Gesù.

Martedì, 26 Marzo 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali, nonché dei Revmi Prelati Officiali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Placido Riccardi, Sacerdote dell'Ordine di S. Benedetto.

2) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria di Gesù, confondatrice e prima superiora delle Piccole Suore dell'Assunzione.

3) intorno alia revisione degli scritti della Serva di Dio Maria Veronica del Sacro Cuore di Gesù, Fondatrice dell'Istituto delle Suore Vittime del Sacro Cuore di Gesù.

4) Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Nicola Barré, Sacerdote professo dell'Ordine dei Minimi.

5) Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Antonio Angelo Cavanis, Sacerdote, Fondatore dell'Istituto delle Scuole della Carità.

6) intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Marco Antonio Cavanis, Sacerdote, Fondatore dell'istituto delle Scuole della Carità.

7) intorno alla revisione degli Scritti della Serva di Dio Clelia Barbieri, Vergine secolare.

8) Intorno all'approvazione e concessione dell'Officio e Messa propria in onore della Santa Maria Bernardetta Soubirous, e dell'elogio da inserirsi nel Martirologio Romano.

9) Intorno all'approvazione e concessione dell'Officio e Messa propri, in onore del Beato Giuseppe Pignatelli, Confessore, e dell'elogio da inserirsi nel Martirologio Romano.

10) Finalmente intorno all'approvazione e concessione dell'Officio e Messa propri, in onore della Beata Maria Eufrasia Pelletier, Vergine, e dell'Elogio da inserirsi nel Martirologio Romano.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

1 Marzo 1935. Sua Eccellenza Revma Monsig. Pietro Bucys, Vescovo tit. di Olimpo, l'Illmo e Revmo Monsig. Stanislao Janasik, il Revöio D. Sergio Verighin e il Revmo P. Gervasio Quénard, degli Agostiniani dell'Assunzione, *Consultori della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

23 » » 11 Revmo Padre Giovanni Battista Frey, della Congregazione dello Spirito Santo, *Consultore della Sacra Congregazione di Propaganda Fide.*

NECROLOGIO

20	*Agosto*	*1934.*	Monsig. Gabriele Zeiger, Vescovo tit. di Claudiopoli.
25	*Febbraio*	*Í935.*	Monsig. Sotero Redondo y Errerò, Vescovo tit. di Aricanda.
28	»	»	Monsig. Emanuele Azpeitia y Palomar, Vescovo di Tepic.
1	*Marzo*	»	Monsig. Nicola Bares, Vescovo di Berlino.
13	»	»	Monsig. Francesco Vaughan, Vescovo di Menevia.
17	»	»	Monsig. Adriano Zecchini, Arcivescovo tit. di Mira.
21	»	»	Monsig. Adamo Senger, Vescovo tit. di Comana d'Armenia.
22	»	»	Monsig. Roberto Browne, Vescovo di Cloyne.
23	»	»	Monsig. Nicola Gonzalez Pérez, Vescovo tit. di Gionopoli.
29	»	»	Monsig. Giulio Moury, Vescovo tit. di Ariasso.
30	»	»	Monsig. Ludovico Hugo, Vescovo di Magonza.
5	*Aprile*	»	Emo Sig. Card. ACHILLE LOCATELLI, del tit. di S. Bernardo alle Terme.

An. et yol. XXVII 1 Maii 1935 (Ser. II, v. II) - Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

SPIRITUALIS VISITATIO IESU IN SSMO SACRAMENTO INDULGENTIIS DITATUR

DECRETUM

Satis innotescit plurium christianorum, pietate praestantium, laudabilis praxis, qui propter aliquem morbum aliasve iustas causas impediti, quominus ad ecclesiam accedere possint ut praesentes Iesum visitent, publicae adorationi expositum vel in sancto tabernaculo reconditum (quod quidem vehementer exoptant) et ita lucrari quoque indulgentias hisce visitationibus adnexas, in propria domo aut ibi ubi impedimentum eos detinet, talem visitationem explere student in spiritu fidei erga realem Iesu Christi praesentiam in Sacramento Altaris, recitantes quoque praescriptas preces, sibique persuadentes, divinum Redemptorem in immensa sui Cordis caritate benigne accepturam hunc pietatis actum eodem quippe modo, quo spiritualis Communio Eidem est gratissima, quum Communio sacramentalis fieri nequeat.

Haec, alta quidem, in animo Suo revolvens, Ssmus D. N". Pius divina Providentia Pp. XI, ob eximiam Eius, quae toti christianorum Orbi apprime agnita est, pietatem erga hoc Sacramentum, quaeque Ipsum impulit ad nihil prorsus negligendum, quod conferre posset ad Eiusdem cultum efficacius promovendum ac amorem in Ipsum ardentius refovendum, hanc praxim, iam admodum apud pios fideles invectam, peculiaribus indulgen* tiis locupletare statuit. Et optimo sane consilio, quum adamussim de praxi agatur quae hos fines directe respiciat sitque ob hanc rationem quam ma-

XL. MAZARIEN. - *Nullitatis matrimonii, ex capite consanguinitatis et simulationis consensus,* coram E. P. D. A. Jullien.

Cum curator, ab Ordinario legitime constitutus pro parte actrice, instantiae vi Commissionis Pontificiae coram N. S. O. instauratae renuntiaverit, ad causam ex aliis capitibus agendam coram Tribunali Mazarien., E. P. D, Ponens, viso rescripto S. Tribunalis Signaturae Apostolicae quo declaratur nihil obstare quominus id fiat in casu, audito Vinculi Defensore N. S. T., renuntiationem decreto diei 22 Octobris admisit, ita tamen ut, si sententia pronuntietur aifirmativa, appellatio immediate ad N. S. T. interponatur.

XLI. S. IACOBI DE CHILE. - *Nullitatis matrimonii ex capite clandestinitatis,* coram E. P. D. U. Mannucci.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, D. Ponens declaravit instantiam appellationis esse peremptam decreto diei 14 Novembris.

XLII. IMAE TELLURIEN. - *Nullitatis matrimonii ex capite conditionis appositae necnon vis et metus,* coram E. P. D. U. Mannucci.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, instantiam ap-

pellationis peremptam esse D. Ponens declaravit decreto diei .14 Novembris.

XLIII. ALIPHANA seu NEAPOLITANA. - *De legitimitate appellationis et de foro appellationis,* coram B. P. B. P. Morano.

Die 4 Decembris Turnus decrevit: Prosecutionem appellationis esse admittendam et iudicium appellationis peragendum esse coram Tribunali Salernitano.

XLI.V. N. N. - *Nullitatis matrimonii ex capite conditionis contra matri' monii substantiam (Incidentis),* coram B. P. D. H. Quattrocolo.

Attentis in subiecta specie decisionibus Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, nec non conformibus decisionibus N. S. O.; attenta vi canonum 1786,1619, .1775, 1968, die 4 Decembris Patres de turno decreverunt novam instructionem concedendam esse in casu.

XLV. N. N. - *Nullitatis matrimonii ob conditionem contra matrimonii substantiam,* coram B. P. D. F. Morano.

Cum actrix renuntiaverit appellationi atque conventus renuntiationem non impugnaverit, Ponens per decretum latum die 14 decembris admisit renuntiationem ad normam can. 1740 et [ideo mandavit ut acta ponerentur in archivo.

XL VI. Z AGRAMEN. - *Separationis,* coram B. P. D. A. Jullien.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, B. P. D. Ponens declaravit instantiam esse peremptam ad normam can. 1736, decreto die *28* Decembris dato.

Citationes edictales

III

LIBUBNEN".

NULLITATIS MATRIMONII (MONTERISI-OCHOA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Mariae a Nivibus Ochoa (Nieves Ochoa, vel Nieves Maria Ochoa) in causa conventa, quae postremo com morata est Niciae, rue Herold 28, eamdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 3 Iunii 1935, hora ***1%*** ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Mariae a Nivibus Ochoa curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. j$i S. U. Mannucci, ***Ponens.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 6 Aprilis 1935.

I. Pendola, ***Notarius.***

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Nieves ou Nieves Marie Ochoa défenderesse en cette cause, dont la dernière résidence fut Nice, rue Hérold 37, Nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, **n.** 94), le 3 Juin 1935, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

*Conste-**t**-il de la nullité du mariage dans ce cas?*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Nieves, ou Nieves Marie Ochoa, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

IV

MATEITEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DÍAZ-CRISPA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Aloisii Crispa et Conchuda, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 10 Iunii 1935, hora *1%* ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Aloisii Crispa et Conchuela curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

L.)$i S. U. Mannucci, ***Ponens.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 27 Aprilis 1935.

I. Pendola, ***Notarius.***

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Louis Crispa y Conchuda défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 10 Juin 1935, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Louis Crispa y Con chuela, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 16 Aprile 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Eini e Revmi Signori Cardinali, e col voto dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Giustino de Jacobis, Vescovo di Nilo» poli e Vicario Apostolico in Abissinia, della Congregazione della Missione.

Martedì, 30 Aprile 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Vittoria Teresa Couderc, confondatrice della Società di Nostra Signora del Cenacolo.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato la Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di nominare:

8 Aprile 1935. Il Revmo Sac. Giovanni M. T. Barton, il Revmo Sac. Luigi Pirot, il Revmo Sac. Leone Tondelli, il Revmo Padre Francesco Saverio Kortleitner, dell'Ordine dei Premonstratensi, e il Revmo Padre Tarcisio Paffrath, dell'Ordine dei Frati Minori, *Consultori della Commissione Pontificia per gli Studi Biblici.*

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

15 Febbraio 1934. Monsig. Francesco Amabile Durand Arraud de Jully (Loreto).

1 Giugno » Monsig. Fulton J. Sheen, della diocesi di Peoría.

12 Luglio » Monsig. Domenico Gennaro" Sant'Anna, dell'archidiocesi di Diamantina.

27 Ottobre 1934. Monsig. Carlo E. Frey, della diocesi di Cleveland.
» » » Monsig. Michele J. Ready, della medesima diocesi.
14 Novembre » Monsig. Antonio Tobia Costa, dell'archidiocesi di Maceiò.
25 Dicembre » Monsig. Giuseppe Divié, dell'archidiocesi di Vrhbosna.
17 Gennaio 1935. Monsig. Lucio Grescenzi, della diocesi di Rieti.
24 » » Monsig. Lodovico Köver, della diocesi di Giavarino.
31 » » Monsig. Carlo Lampert, dell'Amministrazione Apostolica di Innsbruk.
14 Febbraio » Monsig. Giuseppe Hlubek, dell'archidiocesi di Olomouc.
» » » Monsig. Baldassare Hriva, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco Pridalek, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco Tymel, della medesima archidiocesi.
27 » » Monsig. Francesco Di Dio, dell'archidiocesi di Catania.
28 » » Monsig. Antonio Samoré (Roma).
» » » Monsig. Lazzaro Chiappa, della diocesi di Piacenza.
14 Marzo » Monsig. Giuseppe Sensi (Roma).

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

20 Dicembre 1934. Al Sig. Enrico Coleman May de Courcy, dell'archidiocesi di Baltimora.

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S. :

17 Gennaio 1935. Monsig. Pio Pelli, della diocesi di Lodi.
14 Febbraio » Monsig. Jaroslao Hlobil, dell'archidiocesi di Olomouc.
» » » Monsig. Ludovico Kaspar, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Malota, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giulio Zohner, della medesima archidiocesi.
21 » » Monsig. Raffaele Riccardi, dell'archidiocesi di Capua.

Au. et vol. XXVII 1 Iunii 1935 (Ser. II, v. II) - Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

CONSISTORIUM SEMIPUBLICUM

Die ix mensis Maii MDCCCCXXXV, in Palatii Apostolici Vaticani consueta Aula, *Consistorium semipublieum* habitum est de Canonizatione Beatorum Martyrum Ioannis Fisher Card. Ep. Rosensis et Thomae More, Magni Angliae Cancellarii.

Huic actioni Beatissimus Pater sic praefatus est:

VENERABILES FRATRES

Causa beatorum martyrum Ioannis S. R. E. Card. Fisheri, Episcopi Rosensis, ac Thomae Mori, Magni Angliae Cancellarii, a Supremo Consilio sacris ritibus tuendis et in superioribus Consistoriis ita diligenter, uti nostis, explorata, spectata, probata fuit, ut omnia, quae ad eamdem pertinerent, in iusta trutina posita et quasi ad obrussam exacta fuerint.

Quapropter nihil aliud restat, nisi ut, ex Apostolicae Sedis instituto, vos omnes, quoquot hoc in amplissimo consessu Nobis coram adestis, sententiam de more rogemus. Quam quidem sententiam ut facilius vos, necessaria rei cognitione hausta, dicere possetis, legitimos commentarios ad vos perferri iussimus de vita et moribus horum beatorum martyrum. Eaveatis igitur alius ex

alio, pro vestrae dignitatis ordine, hae in re tanti momenti quid sentiatis consideratissime Nobis aperire.

Exceptis adstantium suffragiis, Sanctissimus Dominus Noster haec addidit verba:

Etsi de suffragiis vestris minime dubitabamus, summo tamen gaudio afficimur, quod vos omnes cernimus non modo eonsensisse Nobiscum, sed id etiam fecisse libentissime. Certum igitur Nobis est atque omnino statutum laetabilem eiusmodi causam ex communi sententia decernere et in Petriana Basilica sollemni ritu perficere.

Iam nunc vero celebrationi huic diem dicimus undevicesimum huius mensis maii; ac futurum omnino confidimus ut hoc eventum, quod Nostra, Anglorum gentis universique catholici orbis laetitia excipiet, non parum equidem ad Ecclesiae decus utilitatemque conferat. Ne gravemini tamen incensissimas vestrum preces supplicationibus Nostris adiicere, ut sanctitatis auctor atque altor Deus mentem Nostram moveat, regat ac dirigat.

De quibus omnibus ut acta iuridica conficerent, praefatis Dominis Consistorialis Aulae Advocatis rogantibus, adstantibus Protonotariis Apostolicis mandatum de more est.

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

BEATORUM MARTYRUM IOANNIS S. R. E. CARD. FISHERI, EPISCOPI ROFFENSIS, AC THOMAE MORI, MAGNI ANGLIAE CANCELLARII.

Ad postulationem instanter factam per Advocatum Sacri Consistorii a Viro Eminentissimo Camillo Laurenti, Cardinali Praefecto SS. Rituum Congregationi, Revmus D. *Antonius Bacci, Secretarius Litterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae, ita respondit:*

I. Mox assueta triumphis Ecclesia gemina micantia sidera cernet inserta caelo; ac non modo peregrinantes homines, qui ex hac terrestri patria ad caelestem contendunt, sed ii etiam, qui sempiternam iam assecuti sunt beatitatem, maximo afficientur gaudio. Mox, tributa beatis hisce martyri-

bus, quorum causam digne perorastis, victoriae palma, iterum illud fulgentiore luce perspicuum omnium obversabitur oculis, quod Hipponensis Episcopus edicit: «Ecclesiam sanctam... contra omnes haereses pugnantem, pugnare posse, expugnari tamen non posse ».[1] Quin immo, cum eadem acriore odio opprimitur, tum splendidiore gloria triumphat; cum caede minuitur, subole succrescit; cum lacessitur ac cruentatur suppliciis, tum omnium admirationem commovet voluntatemque sibi conciliat. Porro pravorum insectationes hominum si quid terreni pulveris christianorum animos inficit, effuso cruore detergunt, atque adeo luculentius « Civitatem sanctam » ostendunt « habentem claritatem Dei ».[2] Mox denique omnes testatam iterum perpendent sanctissimorum officiorum conscientiam externa vi coerceri non posse; itemque si in divina Ecclesiae iura publicae rei moderatores sceleste invadant, eorum nisus et arma, ob Iesu Christi polficitationem perpetuo mansuram, frustra moliri ac tandem aliquando miserrime confringi.

Etenim ex hac beati Petri cathedra, quae tot inter errorum rerumque eollabentium vicem veluti veritatis fax ad interitum usque humani generis affulget, decretoriam sententiam proxime gratulabundi audiemus, qua sollemniter hi beati caelites in sanctorum album adscribentur. Id quidem Augusto Pontifici summopere in votis est; id Ipse omnino certum, probatum dignamque autumat. Attamen, antequam vestrum et catholici orbis universi — eorum praesertim, qui e nobilissima Anglorum gente catholicam amplectuntur fidem — postulationi concedat, vult Beatissimus Pater nostris communiri precibus, ut, interposita Deiparae Virginis totiusque caelestis aulae supplicatione, uberius usque mens Sua superno lumine perfundatur.

Post cantatas Sanctorum Litanias, ad iteratam instantius *postulationem, pariter idem Rmus Dominus respondit:*

II. Quod quattuor iam saecula catholici homines exoptarunt, in eo tandem est ut perficiatur. Sacris concentibus per stellantes Vaticanae Basilicae fornices exscendentibus mirabiles e caelo annuentium Angelorum Sanctorumque chori studiosissime respondent; Inferorum potestates contremeseunt; dum Ecclesia mater, apostolorum confessorumque roborata labore, virginum stolis dealbata martyrumque purpurata sanguine sollemne eventum novumque decus praestolatur. Nihil aliud reliquum est, nisi ut, ex Apostolicae Sedis instituto, Paraclyti Spiritus lumen et gratia ab adstantibus omnibus implorentur.

[1] **Cfr. Migne, P. L., *XL*, 635.**

[2] **Apoc, XI, 10-11.**

Ad haec, praecipiente Summo Pontifice, hymnus Veni Creator Spiritus, *cum congrua oratione successit: quo expleto, tertiam* instantissimam *postulationem haec excepit responsio:*

Ex hac tandem veritatis cathedra, uhi « Beatus Petrus... in propria sede et vivit et praesidet »,[1] « peremptorium edictum » venerabundi audiamus.

Dum igitur sollemne oraculum prona fronte excipimus, supplices mentes animosque ad caelites novensiles erigamus; ab iisdemque enixis precibus id potissimum contendamus, ut aberrantes populos — eos nominatim, qui novo hodie honestantur decore — ad Ecclesiae matris gremium feliciter reducantur, ubi numquam fallitur christianae fidei veritas, numquam divina refrigescit caritas, numquam sanctitatis restinguitur iubar.

Tum Sanctissimus ex cathedra sollemniter sic pronunciavit:

Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio, Beatum IOANNEM FISHER, S. R. Ecclesiae Cardinalem et Beatum THOMAM MORE, laicum, Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali illorum memoriam quolibet anno, die eorum natali, nempe IOANNIS die vigesima secunda Iunii et THOMAE die sexta Iulii inter Sanctos Martyres pia devotione recoli debere. In nomine Pa£8tris et Figglii et Spiritus £g Sancti.

In sollemni vero Missa Papali, post Evangelium haec fuit

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Quemadmodum « Christus heri et hodie, ipse et in saecula »;[2] ita numquam excidit, numquam deficit Ecclesia eius. Aetas aetate traditur; at si temporum faga hominum' instituta fatiscunt ac corruunt, si fluxa luce coruscantes humanae doctrinae alterna

[1] S. PETR. CHRTSOL. - Migne, P. L., LI V, 741.

[2] Hebr., XIII, 8.

vice eomniutantur, aeternum tamen fulgens stat crux dum volvitur orbis, atque affluentibus per tempora populis veritatis lumen impertit.

Serpunt saepenumero haereses ac fucatae veri specie gliscunt atque grassantur; at « inconsutilis » Iesu Christi vestis non scinditur. Catholicae fidei infitiatores oppugnatoresque, pervicaci superbia elati atque compulsi, in christianum nomen bellum renovant; at quos filios Ecclesiae arripiunt, eos, sacro purpuratos cruore, ad caelum martyres transmittunt. Etenim « nullo crudelitatis genere destrui potest sacramento crucis Christi fundata religio. Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur; et semper dominicus ager segete ditiore vestitur, dum grana, quae singula cadunt, multiplicata nascuntur w.[1]

Haec, spei equidem ac solacii plena, Nostro succurrunt animo, cum, duobus hisce beatis martyribus ad Sup enim honorem elatis, eorum laudes in hac Petriani templi maiestate, etsi presse, vobis coram celebrare aggredimur. Ii siquidem — egregia suae gentis specimina ac decora — in catholicam Ecclesiam teterrima exorta tempestate, dati sunt populo suo « in civitatem munitam et in columnam ferream et in murum aereum »;[2] atque adeo neque haereticorum failaciis turbari neque potentiorum minis terreri potuerunt. Illorum nempe gloriosi agminis veluti duces ac magistri habendi sunt, qui — nec pauci, neque humili tantummodo loco nati — ex universa Britannia errorum fluctibus impavido pectore obstiterunt, ac suo profuso sanguine tenacissimum in Apostolicam Sedem amorem testati sunt.

Alter, suavissimo ingenio praeditus, sacris profanisque disciplinis summopere eruditus, ita aequales suos sapientia virtuteque praestitit, ut, ipso Angliae Rege auspice, Rosensis Episcopus renuntiaretur. Quo quidem in gerendo munere tam incenso pietatis ardore impensaque animarum caritate flagravit, tamque sollerti alacritate in catholicae doctrinae integritate tuenda enituit, ut eius episcopalis aedes Dei templum potius quam privata domus,

[1] **S. LEO M., Serm. 82,** 6.

[2] **Ier.,** I, **Î8-XV, 20.**

et optimarum artium domicilium studiorumque Universitas videretur.

Gracile corpus ieiuniis, fiagellis, ciliciis castigare sollemne habebat; ac nihil antiquius quam u* miseros inviseret, eorum relevaret aerumnas, inopiam recrearet, et si quos invenisset admissorum foeditate turbatos terroreque fractos, demissos eorum animos ad divinae misericordiae fiduciam alliceret atque revocaret. Saepenumero, dum sacra litabat hostia, uberes e micantibus oculis fundebat lacrimas, indices ac testes aestuantis eius caritatis; dum vero apostolici concionatoris muneri vacabat, non hominum nuntius ac praeco, sed quasi Dei Angelus terrestri concretione indutus adstantibus omnibus videbatur.

Atsi in omne genus aegritudines miti benignoque animo erat, cum tamen de religionis incolumitate germanaque integritate morum agebatur, veluti alter Praecursor Domini, cuius nomine gloriabatur, veritatem coram omnibus edicere divinaque praecepta omni ope tueri numquam reformidabat. Nostis profecto, venerabiles fratres ac dilecti filii, quam ob causam sit Noster in capitale suae vitae discrimen vocatus atque adactus. Casti connubii sanctitatem, quae catholicos decet omnes, etsi regio diademate insignitos, itemque hierarchiae primatum, quem Romani Pontifices divinitus obtinent, illustrare, vindicare, tutari animose non destitit. Quam ob rem in vincula detrusus, ac dein ad ferale supplicium deductus est. Ad quod quidem cum serena fronte accederet, per Ambrosianum hymnum caelesti Numini summas grates agebat, quod sibi liceret mortalis huius vitae cursum immortali martyrum decorare gloria; atque se, populum, Regem incensissima prece Deo commendabat: unde perspicuum est caritatem patriae catholica religione non minui, sed augeri quam maxime. Cum vero patibulum ascenderei, atque ob solem de caelo affulgentem veneranda eius canities veluti diadema reñideret, illud hilari vultu protulit: « Accedite ad eum, et illuminamini; et facies vestrae non confundentur »[1] O procul dubio sanctissi-

[1] Ps., XXXIII, 6.

mae eius animae e corporis vinculis liberatae et ad Superos evolanti, obviam festiva Angelorum Sanctorumque agmina occurrerunt.

Alterum sanctitatis sidus banc eamdem tempestatemi suo lucis itinere signat; Thomam Morum dicimus, Magnum Angliae Cancellarium. Is, summa ingenii acie summaque in omnes disciplinas facilitate praestans, tanta hominum opinione ac gratia fiorebat, ut ad supremos rei publicae magistratus citato gradu perveniret. At non minore christianae perfectionis studio flagrabat; non tenuiore, in proximorum salute procuranda, caritate. Cuius rei documento sunt cum incensus orandi ardor, quo horarias etiam preces cotidie pro facultate recitabat, cilicium, quod piissime gerebat, crebraeque corporis castigationes; tum ea omnia, quae ad catholicae fidei incolumitatem tuendam et ad morum integritatem vindicandam tam alloquio, quam scriptis, gravissimi equidem ponderis, egit. Eadem, ac Ioannes Eisherus, strenuitate animi praeditus, cum religionis sanctitatem capitali discrimine iactari cerneret, non summum, quo fruebatur, dignitatis munus abdicare, non inanem allicientium hominum pudorem respuere, non denique vel ipsi supremo Civitatis moderatori, ob Dei Ecclesiaeque praecepta, obsistere veritus est. Atque adeo in custodiam coniectus, cum uxoris iiberorumque lacrimae eum e recto veritatis virtutisque itinere dimovere conarentur, defixis in caelum oculis prae clarissimus exstitit animi firmitatis exemplum. Quam ob rem, qui non multis ante annis scripserat « mortem pro fide non esse fugiendam », e vinculis ad supplicium libenti fidentique animo incessiti atque e supplicio ad sempiternae beatitatis gaudia evolavit. Iuvat igitur heic, venerabiles fratres ac dilecti filii, praeclaram illam S. Cypriani martyris sententiam repetere: « O beatum carcerem, qui homines mittit ad caelum.... O pedes feliciter vincti, qui in itinere salutari ad Paradisum diriguntur ».[1]

Iam vero hi sanctissimi viri, qui christianae fidei integritatem divinaque Romani Pontificis iura suo sanguine consecrarunt, in

[1] Migue, P L., IV, 425-IV, 416.

bac sede catholici nominis capite et apud sacras Beati Petri exuvias, merito utique per Nos, Apostolorum Principis heredes, summis religionis honoribus decorantur. Atque interea nihil aliud restat, nisi ut vos, qui venerabundi adestis, eosque omnes, quos ubique gentium habemus in Christo filios, iterum iterumque adhortemur ut ad eorum virtutes mutandas, ad eorumque sibi universaeque Ecclesiae patrocinium implorandum mentes animosque convertatis. Quodsi non omnes, ob sacrosanctas Dei leges vindicandas, ad martyrium vocamur, at omnes per evangelicam sui abnegationem, per voluntariam corporis castigationem perque operosam christianae vitae probitatem, « martyres efficiamur voluntate... ut eamdem atque illi mercedem consequantur ». [1]

Hoc vero potissimum cupimus ut instantibus precibus a Deo* eontendatis, ut scilicet, hisce interpositis caelestibus sufiragatoribus, tandem aliquando Anglia « eorum intuens exitum conversationis, imitetur fidem »; [2] atque adeo ad Nos redeat « in unitatem fidei et agnitioiiis filii Dei ». [3] Qui a Nobis adhuc dissident, intento animo considerent veteres suae Ecclesiae glorias, quae Romanae huius Ecclesiae fastos referunt summeque adaugent; perpendant iidem, quod optamus vehementer, Apostolicam hanc Sedem iam diu ipsos omnes expectare praestolarique, non in alienam domum, sed in propriam, tandem aliquando redituros. « Pater sancte — divinam geminamus Iesu Christi precem — serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi; ut sint unum, sicut et nos... » [4] Amen.

1 S. BASIL. - Migne, P. G-., XXXI, 508.

2 Cfr. Hebr., XIII, 7.

3 Eph., IV, 13.

f- Ioan., XVIII, 11.

LITTERAE DECRETALES

I

BEATO IOSEPHO BENEDICTO COTTOLENGO, CONFESSORI, FUNDATORI PARVAE DOMUS A DIVINA PROVIDENTIA AUGUSTAE TAURINORUM, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Benignissimus Deus, cuius sapientia creata sunt omnia quae facta sunt, ea mutabilibus providentiae suae legibus regit gubernat que. Ipse, qui pascit volatilia caeli, *quoniam non scruni, neque metunt, neque congregami in horrea;* qui lilia agri, quae *non laborant, neque nent,* sic vestit, ut *nec Salomon in omni gloria sita coopertus fuerit sicut unum ex istis,* praestantiore quadam singularique dilectione, hominum, quos ad suam fecit imaginem, curam habet. Unigenitus autem Dei Filius, qui venit in mundum *ut salvetur mundus per Ipsum,* quique in suae vitae mortalis decursu *benefaciendo transiit* et *sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo* admonet quidem ne solliciti simus de victu, neque de vestitu; scit enim Deus quia his omnibus indigemus; sed et mandatum illud novum dedit nobis *ut qui diligit Deum diligat et fratrem suum,* quin imo proximum diligi iussit sicut seipsum, misericordes esse sicut Pater caelestis misericors est, atque divites praecipue quod sibi supersit dare pauperibus.

Quibus potissimum evangelizandis eorumque necessitatibus ac doloribus omnigenis 1 emendis cunctis anteactis saeculis sanctissimos excitavit viros ac mulieres, qui, caritate Christi infiammati eiusque sectantes vestigia, pauperibus miserisque omnibus, veluti dominis et heris inservierunt, ut eorumdem animos ad caelestium bonorum spem et amorem érigèrent. Quos inter procul dubio praestare visus est superiori saeculo Beatus Ioseph Benedictus Cottolengo, qui, ut verbis utamur cl. m. Leonis Papae XIII, Praedecessoris Nostri, *magna in Deum caritate incensus et divinae Providentiae ope unice fretus, exstitit in Italia nostra aemulator Vincentii a Paulo tum in miseris afflictisque sublevandis, tum in eorum provehenda sempiterna salute.* Ipse namque, Iesu Christi vestigia et consilia penitus prosecutus, non modo dedit pauperibus quod sibi superfuit, sed omnibus sese rebus expoliavit, ut Ulis succurreret; imo etiam contra humanae prudentiae dicteria et sperabile auxilium, quovis infelicitatis genere oppressos in unum con-

gregavit, aluit, curavit, vivam Christi imaginem in ipsis considerans, unice divina Providentia confisus, quae mirabilibus modis, ac saepe saepius supernaturali etiam interventu, eius operibus praesto fuit. Qua ratione ille vivens perfectum se exhibuit caritatis exemplar, et defunctus adhuc loquitur in mira illa *Parva Domo a divina Providentia,* quae Augustae Taurinorum ab ipso instituta, dignis caritatis operibus, misericordiarum Patre auctore, usque in hodiernam diem Christi Ecclesiam summopere condecorat.

Iure ergo meritoque Nos eum, favente Deo, hodie Sanctorum cohonestavimus honoribus, ut peropportunum ille sit universae hominum societati, de qua tam praeclare ipse meruit, exemplum non ad intuendum tantum sed ad imitandum praesertim, tum in Christi caritate erga pauperes miserosque omnes colenda, tum in maxima divinae Providentiae fiducia ponenda; Nostris vero hisce Litteris Decretalibus sanctissimae eius vitae commentaria et omnia in eiusdem beatificationis et canonizationis causa peracta recensentes, praeclarissimam eiusdem memoriam, quae semper et ubique terrarum in benedictione erit, cupienti animo consecrare volumus.

Ex piissimis parentibus, Iosepho Antonio Cottolengo et Benedicta Claretti, Braydae, in urbe tum Astensis dioecesis, nunc vero Taurinensis archidioecesis, ortum ille duxit die tertia mensis Maii, anno millesimo septingentésimo octogesimo sexto, et insequenti die in paroecia S. Andreae sacro baptismate renatus est eique Ioseph Benedictus nomina imposita sunt. Ad christianam institutionem et egregiam virtutum disciplinam diligentissime educatus, iam puerulus singulari a Deo gratia praeventus est eique felicia vocationis suae germina indita. Vix namque quinquennis puer, cum domus cubicula quaquaversus metiretur, sciscitanti matri ecquid ageret, *Aetate maior,* inquit, *quum fuero, in omnibus hisce cubiculis pauperes infirmos collocabo.* Equidem cum beato Iob dicere poterat: *Ab infantia mea crevit mecum miseratio.* A prima enim aetate panem, fructus, parvum peculium suum pauperibus donabat; cum vero nihil donandum haberet, a parentibus postulabat. Quae quidem praemonstrare videbantur quid aliquando, divino instinctu afflatuque, ipse esset facturus. Sed non in proximum tantummodo caritate, verum etiam singulis ceteris iam ab adolescentia enituit virtutibus, adeo ut pientissima eius mater dicere non. dubitaverit: *Domi nos sanctum habemus.*

Aetate annorum non amplius quam novem dignus est habitus, qui ad sacratissimum Eucharistiae Sacramentum primum admitteretur, erga quod ipse usque ad suae mortalis vitae exitum maximo amoris aestu flagravit. Braydae antea, in Astensi deinde Seminario dioecesano studiorum curriculo, non absque divino patenti auxilio, suaque assidua diligentia feliciter expleto, sacerdotio, prout iam a pueris ardenter exoptabat, die octava Iunii mensis,

anno millesimo octingentesimo undecimo auctus est, ac insequenti die, in patria ecclesia paroeciali S. Andreae, eo animi fervore sacrum primnm litavit, ut innumeris adstantibus civibus angelus potius videretur quam homo.

Eius autem pietas et ad christianam perfectionem contentu) in dies succrescebant. Amor, quo interius aestuabat dum sacris mysteriis vacaret, mirum in modum ex ore succenso, ex. lacrimis, ex toto corporis habitu coruscabat. Mundi contemptu, solitudine, oratione, actuoso caritatis studio ad illum sese comparabat apostolatum, ad quem longe lateque exercendum divinitus vocabatur. Eius virtutum fama percrebrescente, biennio post, confessario suo parocho Emmanuele Amerano, eximiae sanctitatis viro, suadente, Corneolanum venit, in Albae Pompeiensis dioecesis oppidum, ut curionis vices gereret; ibique ad annum moratus, praeclarum ac salutiferum operum ac virtutum reliquit exemplum.

Post elapsum annum cum de sui confessarii praecepto Augustam Taurinorum se contulisset, ut sacrae theologiae studia in Collegio Provinciarum compleret, doctoralem lauream singulari laudis praeconio adeptus est; et adeo illic pietate, morum innocentia omnibusque sacerdotalibus virtutibus praefulsit, ut ceteris exemplo et admirationi esset; ac tantum in patriam reversurus desiderium sui reliquit, ut nocturno tempore ab ea urbe coactus sit discedere.

Braydam igitur in paternam domum reversus, ad biennium ibi moratus est ac tanto studio per id tempus sacerdotalia obivit munera, ut non S. Andreae paroeciae solummodo, sed et propinquorum etiam oppidorum curionum, absque lucri spe vices agere diceretur. Diro tum insaeviente contagioso morbo, insolita caritatis flamma incensus, ad aegrotorum lectulum, tam in nosocomio quam in privatis domibus degentium, primus f estinanter advolabat, medicamenta et victum aere quoque suo suppeditans pauperibus, et in vitae discrimine versantibus sacerdotale praebens ministerium. Veriti parentes ne improbis succumberet laboribus, eum ab illo contagionis periculo avertere conabantur; at ille, belli tempore nosci milites respondere solebat, ac maiore studio impavidus operi illi sancto non desinebat incumbere. Cum paulo post, Deo favente, lues cessisset, Dei Famulus dignus aestimatus est, qui inter socios Congregationis presbyterorum Ecclesiae Corporis Christi et in Canonicorum Sanctissimae Trinitatis coetum in aede metropolitana Taurinensi cooptaretur; in quo munere obeundo optime sese gessit. Summo mane, pia meditatione peracta, atque Missae Sacrifìcio ferventissime litato, usque ad meridiem sacramentalibus confessionibus excipiendis incumbebat; conciones tum in Corporis Domini ecclesia tum in aliis ecclesiis, oratoria arte et elegantia posthabita, cum magno vero ani-

martini fructu frequenter habebat. Praecipuam pauperum aegrorumque dilectionem et sollicitudinem constanter ostendebat, atque semper hilàris et affabilis, alter Philippus Eerius videbatur, ita ut a populo *Canonicus bonus* passim vocaretur.

Quae tamen prodroma tantum erant opera illius vehementissimae caritatis, quae Beati Iosephi Benedicti Cottolengo virtutum omnium sane princeps fuit, eiusque sanctitudinis laus praecipua. Divino quidem instinctu ad virtutem hanc impensius in dies exercendam sese incitatum sentiebat, et continuo ad eius aures verba illa s. Pauli Apostoli insonabant: *Caritas Christi urget nos.* Cum enim sacerdos, quo conscientiae moderatore utebatur, aperte olim dixisset illi, velle Deum ad certam quamdam rem, quae in Suam profecto maiorem gloriam esset cessura, eius adhibere operam, anxio haerebat animo quidnam sibi foret agendum ut divinae obsecundaret voluntati. Quaelibet vero haesitatio ex eius animo evanuit, postquam ille, piissimi suae Congregationis Rectoris hortatu, S. Vincentii a Paulo **Adtae** historiam legisset et collegis dein retulisset quibusnam locis ipse magis delectatus esset. Qua quidem lectione, herois illius caritatis exemplar mutandi desiderio magnopere incensus, perspicue intellexit se illud Augustae Taurinorum facere oportere in pauperum et omne genus aegrorum bonum, quod Parisiis Vincentius tam mirifice gessit. Illud accessit eius animo incitamentum, quod, vocatus ad peregrinam quamdam mulierem infirmam postremis Ecclesiae sacramentis reficiendam, eam iam morti proximam invenit in foedo quodam tugurio miserrime degentem, circum complorantibus eius viro et duobus tenellae aetatis filiis. Evenerat enim ut misella una cum suis iter faciens Galliam versus, Taurinum quum pervenisset, gravi morbo correpta frustra ad nosocomium confugisset, inde reiecta quia praegnans, ab hospitio vero mulieribus parturientibus excipiendis item repulsa, quia gravi morbo laborans; ideoque infelix in tugurio illo iacens animam agebat. Ipsi morienti adstitit summa cum caritate Dei Famulus, qui miserrimo spectaculo illo commotus, maximo afficitur dolore tum ob puerorum lacrimas tum ob viri moerorem, de Piis Taurinensibus Operibus conquerentis. Inde primum in Dei Famulo vehementissimum enatum est desiderium hospitium instituendi, quod, ceteris aliunde subsidiis deficientibus, imminentibus pauperum infirmitatibus subito prospiceret. Antequam consilium cum canonicis collegis communicaret, Corporis Christi templum ingreditur, et ad aeris campani sonitum fidelibus advocatis, sacris vestibus indutus, ante altare B. Mariae Virginis, quae a divina Gratia nuncupatur, diu oravit; mox in sacrarium reversus, hilaris ac festivas exsiliens, *Gratia facta est,* inquit, *gratia impetrata est; benedicta, benedicta Sancta Domina Nostra.* Absque mora, consentientibus canonicis, prope templum Corpo-

ris Domini, in loco vulgo *Volta Bossa,* cubicula duo conduxit, ubi primum aegrorum hospitium constitutum atque die decima septima Ianuarii mensis, anno millesimo octingentesimo vicesimo octavo, aegroto quodam paupere accepto, inauguratum fuit. Hocce quidem grandis illius operis, cui nomen *Parva Domus a divina Providentia,* Augustae Taurinorum a Dei Famulo Iosepho Benedicto Cottolengo, auctore Deo, fundati, hnmillimum, uti patet, fuit exordium; quod, in divinis consiliis absconditum, nullo modo tunc visum est tam grande et magnificum opus, ac perenne divinae Providentiae vere miraculum et triumphum evasurum per totum christianum orbem celeberrimum.

Illud ergo hospitium primum conductum plurimis excipiendis miseris, prout Dei Servus vehementer exoptabat, impar omnino erat; verumtamen, non sine divinae Providentiae dispositione contigit, ut civilis Taurinensis potestas, propius illic commorantium civium querelas precesque exaudiens, qui indicae luis tum per Italiam grassantis metuerent contagium ob tot pauperum aegrorumque proximitatem, de illo claudendo hospitio decretum ediderit. Quare, infirmis dispersis, Dei Famulus, eamdem domum in alium caritatis usum convertens, derelictos pueros et adulescentulas, Deo semper annonam suppeditante, excepit, eosque numero auctos domus universos continere non valebat. Cum autem desiisset contagio, in suburbanam, quae *Valdoeco* nuncupabatur plagam, haud procul a B. Mariae Virginis a Consolatione sanctuario, suum transtulit hospitium, aliquot conductis vel emptis vel etiam a solo excitatis domibus. Quae quidem cum et ipsae pauperum turmis excipiendis impares adhuc viderentur, aliae atque aliae pro re nata et diversa hospitum condicione continuo domus adiungebantur, quae in pagum coaluere muro circumdatum. Hic omnibus omnia factus, omnes quotquot adveniebant Ioseph Benedictus, potius pater quam moderator, benignissime recipiebat ex utroque sexu miseros: pueros, iuvenes, senes, paralyticos, mutos, caecos, monstra quoque et quavis corporis non minus quam animi infirmitate sordentes.

Pro tot vero miseris alendis, curandis, redimendis, plures tam virorum quam mulierum religiosas familias, quas vocabat, ipse Dei Servus condidit, quae aeternae saluti et suae et eorum quibus adfuturae essent studiose prospicerent. Sorores idcirco ad se accivit, cooperante prae primis sanctae memoriae Maria Anna Nasi-Pulhni, vidua piissima caritatis operibus impense dedita, quam per aliquot tantum annos, usque nempe ad eius obitum, qui mense Novembri, anno millesimo octingentesimo trigesimo secundo evenit, validam sibi adiutricem habuit; illarumque munus praecipuum erat aegrotis ceterisque hospitibus inservire, quarumdam vero arctiore disciplina paenitentem et contemplativam agere vitam.

Item ex maribus Fratrum familias instituit, ex quibus in variis hospitiis alii medicis et chirurgis adessent adiutores, alii alias puerorum, virorum, senum familias regerent; adulescentulorum denique et iuvenum parva condidit seminaria, qui postquam litteris sacrisque disciplinis vacassent, sacros Ordines susciperent ministeriumque sacerdotale tum in *Parva Domo,* tum etiam extra illam in pauperum domiciliis exercerent.

Has omnes religiosas Familias et quas supra memoravimus domos ipse Conditor ab unius voluit Moderatoris pendere potestate, quem Patrem nuncupari iussit, eo quia paterna quadam auctoritate universis praeesse deberet; leges insuper seu regulas singulis singulas familiis praescripsit easque servari studiose; quas ille non mentis suae acie, non ingenii sui viribus invenisse, sed ab ipsa Deipara Virgine, quae non semel magnae Matronae specie ipsi conspiciendam se dedisse fertur, una cum mandato de familiis illis instituendis prout ferret necessitas, se accepisse candide professus est.

Universos item in Parva Domo commorantes instantissime admonet, ut quotidie sacro intersint et Eucharistica se dape reficiant: ut diu noctuque *laus perennis* in magnifico illic exstructo templo sine intermissione Deo personet, uberrimum divinarum imbrem gratiarum super omnes attrahens; atque semper et ubique ex omnium ore Deo gratias suaviter exsiliat.

Tanti huius operis institutio ac moderatio, quae equidem totas unius hominis vires insumere poterat, Dei Famuli Iosephi Benedicti nullo modo valuit extinguere caritatem, cuius immo benéficos effectus ipse per urbes et oppida expandit; suosque alumnos iuxta uniuscuiusque familiae fines ad pueros instituendos, ad aegrotos in nosocomiis inserviendos aliaque caritatis officia exercenda in multas Pedemontanae regionis civitates immisit, ac Taurini primum infantiae asyla ad religionis monita aperienda curavit. Providit insuper ut religiosis mendicantibus pauperibusque externis eleemosyna daretur; utque calida isti hieme haberent diversoria et, dum ipsis panis et iusculum daretur, fidei quoque veritatibus et pietate imbuerentur.

Tot inter praeclara opera, quorum unus ipse erat supremus moderator, Dei Famulus, divinae Bonitati et Providentiae unice prorsus confisus, tamquam *bonus pastor* versabatur; atque heroicae caritati, qua fiagrabat, sapientiam ac prudentiam ita sociabat omnibusque rebus tam fortiter ac suaviter prospiciebat, ut mirabilis tum in Parva Domo, tum in ceteris a se conditis Institutis maxima regnaret disciplina ac perfectus ordo una cum perfecta laetitia ac caelesti quadam beatitate. Intereaque quotidianum miraculum illud, quo innumeri homines, pauperes quidem cuiuscumque generis et aerumnosi, nullis reditibus, nulla prorsus petita stipe, sed a providentissime Deo tantum praestito auxilio, in Parva illa Domo recipieban-

tur, eisque victus, vestes aliaque ad vitam tum spiritualem tum temporalem suppeditabantur, magis in dies clarescebat; eiusque instrumentum princeps procul dubio Ioseph Benedictus erat; qui tamen humillimus semper et impensissima ardens caritate atque ilhmitata in divinam Providentiam fiducia plenus, ante mentis oculos illa divini Magistri verba semper habens *quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis,* quemcumque pauperem et languentem *suum* habebat *dominum* et talem ab universis alumnis suis haberi volebat; atque, omnibus omnia factus, laboriosissimam ducebat vitam usque dum, anno millesimo octingentesimo quadragesimo secundo, epidemico typho Augustae Taurinorum grassante, qui Parvae Domus incolis nequaquam pepercerat, quos inter fere omnes presbyteri caritatis victimae obierant, et ipse Dei Famulus Benedictus contagioso morbo correptus est. Ille namque, ne quis ob sacerdotum penuriam spiritualibus destituentur auxiliis, animae prodigus adeo laboribus et insomniis defatigatus est, ut facile et ipse morbo illo graviter correptus sit, ita disponente Deo, ut caritas in proximum, quae praecipua eius vitae fuerit virtus, princeps quoque esset eius mortis causa. Postremum igitur diem suum proximum praevidens, dilectissimis Parvae Domus *familiis,* hospitibusque consalutatis, ut silentio et humili ad Deum prece ad mortem sese pararet, paradisum tantum anhelans, Cherium apud fratrem suum Aloisium canonicum fere moribundus transferri voluit; ibique, novem post dies, extremis ecclesiae sacramentis pientissime receptis, Beatissimam Virginem Mariam, quam tenerrima semper devotione coluit, *matrem suam* invocans et illa psalmi verba proferens: *Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus*[1], die trigesima mensis Aprilis, anno aetatis suae quinquagesimo sexto, iusti super labiis risu, sanctissima functus est vita. Pauperum patre demortuo, ad invisendas eius exuvias easque recolendas turba multa accurrit, omnesque stupentes vultum eius iam morbo deformatum pulcherrimum post obitum factum ac veluti leniter subridentem aspexerunt.

Cadaver, universa fere Cheriensi civitate, solemni pompa, triumpho simili, comitante, ad collegiatam ecclesiam delatum est, ubi iusta funebria persoluta sunt, ac triduo post ad *Parvam Domum* nocturno tempore deductum, ibique sollemnia parentalia celebrata et Dei Famuli exuviae in sacello, B. Virgini a Bosario dicato, quod ipsemet vivens, utpote suae pacis aeternae locum, sibi selegerat, multos inter questus et lacrimas hospitum potissimum et alumnorum, conditae sunt. Tanti Viri sanctitatis opinio in aliquot tantummodo Italiae locis coerceri non poterat, iamque illa latius succrescebat ob potissimum quod supra diximus perenne divinae Providentiae miraculum, cuius fama per totum catholicum orbem convolaverat. Quare plurium Sacrorum Antistitum, Regalium Sabaudiae Principum,

cleri populique dioecesium multarum precibus Iubenti animo annuens s. m. Pius Papa Nonus, Decessor Noster, rite confectis ac probatis processibus ordinariis super fama sanctitatis vitae, virtutibus et miraculis ipsius Dei Famuh" Iosephi Benedicti Cottolengo, die decima nona Iulii mensis, Divo Vincentio a Paulo sacra, anno millesimo octingentesimo septuagesimo septimo eiusdem Causae introductionis Commissionem, sua manu signavit. Postea vero de Venerabilis Servi Dei virtutibus apud S. Rituum Congregationem disceptatum est, de quarum heroicitate fel. rec. Praedecessor Noster Leo Tertiusdecimus, die decima mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo primo, solemne edidit decretum. Mox de duobus miraculis disceptatum est, quae eiusdem Venerabilis Dei Famub intercessione a Deo dicebantur patrata; quibus acerrimo iudicio perpensis ac probatis, ei. m. Benedictus Decimus quintus, et ipse Praedecessor Noster, die tertiadecima Augusti mensis anno millesimo nongentesimo sextodecimo, solemniter edixit: *Constare de duobus propositis miraculis: nempe de primo instantaneae perfectaeque sanationis Mariae Liberatae Re a cistite gravissima et lethali infectione parta ab absorptis urinae elementis, deque altero instantaneae perfectaeque sanationis sororis Mariae Perdolentis a cirrhosi biliari.* Eodem autem anno, decima die mensis Decembris, *tuto procedi posse ad solemnem Venerabilis Famuli Dei Iosephi Benedicti Cottolengo Beatificationem;* cuius sollemnia, immani per orbem bello furiose saeviente, peropportune, ut christiano populo tantum caritatis exemplum ad imitandum proponeretur, insequenti anno, die Paschae Resurrectionis D. N. Iesu Christi festo, qui octavus erat mensis Aprilis, in Vaticana Patriarchali Basilica, maxima populi frequentia et laetitia peracta sunt. Huiusmodi glorifieationis nuntius' in novensilem Beatum, cuius nomen, una cum prodigiosi *Parvae Domus* in dies incrementi fama, ad orbis extremas usque plagas resonabat, fidelium animos magis magisque excitavit ad pietatem et fiduciam fovendam eiusque validum patrocinium implorandum. Cum igitur post indultam eidem Beato venerationem, novis benignissimus Deus prodigiis Eius gloriam confirmare et augere dignatus sit, de eiusdem Beati Canonizatione impetranda Nobis enixe porrectae sunt preces; dieque Februarii mensis ultima anni millesimi nongentesimi vicesimi tertii, Nos Causam reassumi libenter concessimus. Quapropter a dilecto filio Caesare Federici, pervigili huius Causae novo Postulatore, quatuor propositae sunt mirae sanationes, quae a Deo ad Beati invocationem patratae visae fuere. Super quibus Augustae Taurinorum et Patavii apostolicae inquisitiones peractae sunt, ac, variis de causis duabus sepositis, super duobus, quae infra narrantur, miraculis rite apud S. Rituum Congregationem disceptatum est.

Prima prodigiosa sanatio ita evenit: Soror Beniamina, in saeculo Ama-

bilis Stradiotto, e Vincentiana Familia ab ipso Beato Iosepho Benedicto instituta, Februario mense elapsi anni, influentiali febri fuit affecta, cui purulenta successit otites et postea gravis mastoidites. Haec omnia in oppido *Thiene* Patavinae dioecesis primum contigerunt. Medicus huius loci, nec non ahi otoiatrae seu Patavii, seu postea Taurini, quo Soror infirma translata est, necessariam esse chirurgicam operationem edixerunt, et circa aurem die trigesima Martii mensis capilli tonsi sunt ut ubera ferro via pararetur. Soror Beniamina ferventissime Beatum exoravit ut sanationem a Deo impetraret, infirmae auri autem strophiolum, quod urnam corpus Beati continentem tetigerat, apposuit una cum eiusdem imagine, doloribus atrociter eam, hora post meridiem octava, adhuc torquentibus. Iterata Beati invocatione, per unius horae spatium placide obdormivit. Dein, expergef acta, omnia morbi symptomata ex toto evanuisse persensit.

Altera proposita sanatio Margaritam Bocca, Francisci Massimino uxorem, respicit. Haec mulier annos nata viginti quatuor in dystocia, quae eam per quadraginta octo horas vexavit, et a qua per laboriosissimam chirur-. gicam operationem liberata fuit, parietalis membranae lacerationem est passa, quae fistulam cistocolpicam efformavit, duorum centimetrorum diametro. Magnae notae chirurgus ter, dissecto quoque ventre, manus, ut fistulam occluderet, apposuit, sed incassum, et sanatio naturae viribus aut chirurgicae arti omnino impossibilis edicta. Deficiente humana spe, infirma, eius soror, Vincentianae Sorores ex instituta a Beato Iosepho Benedicto Familia, quibus infìrmarum cura in clinica domo, in qua Margarita versabatur, concredita est, eumdem Beatum ferventissime deprecatae sunt: apposita infirmae corpori de Beati reliquiis particula. Haec die vicesima mensis Maii anno millesimo nongentesimo trigesimo primo facta sunt. Margarita tranquillo somno corripitur. Summo diei sequentis mane illa perfecte sanata expergiscitur.

Utrumque miraculum chirurgi medentes, nec non tres periti ex officio a S. Bituum Congregatione adlecti unanimiter conclamant. De quibus sanationibus in trina iudicii sede, ut ius est, disceptatum est, ac demum coram Nobis die tertiadecima Februarii mensis elapsi, servatis omnibus de iure servandis, bina miracula approbata sunt; Nos vero die decima octava insequenti Decretum ediximus: *Constare de duobus miraculis, a Deo per Beati Iosephi Benedicti Cottolengo intercessionem patratis, nempe de instantánea perfectaque sanatione sive Sororis Beniaminae Stradiotto a gravi mastoïdite ab otite, sive Margaritae Massimino Bocca ab incuràbili -fístula cistocolpica.* Porro ad huius nobilissimae Causae felicem exitum unum supererai, ut nempe Nos decerneremus *tuto* procedi posse ad sollemnem eiusdem Beati Canonizationem. Proposito itaque a dilecto filio Nostro Alexandro S. **B.** E.

Gardinale Verde, Causae Ponente seu Relatore, dubio, an, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam Beato Iosepho Benedicto Cottolengo ab Apostolica Sede venerationem, *tuto* procedi posset ad sollemnem ipsius Canonizationem, in generalibus comitiis coram Nobis die vicesima eiusdem mensis habitis, unanimi affirmativo suffragio tum venerabiles fratres Nostri Cardinales, tum dilecti **fini** Officiales Praelati et Consultores Sacrorum Rituum Congregationis responderunt. Nos vero preces mgeminari adstantes hortati, Sancti divini Spiritus lumen adprecaturi, Nostram proferre sententiam ad vicesimam quartam subsequentem diem distulimus, in qua, arcessitis Cardinalibus Camillo Laurenti, praefatae S. Rituum Congregationis Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente, nec non Alfonso Carinci, eiusdem Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Fidei generali Promotore, Sacro prius litato, ediximus: *Tuto procedi posse ad sollemnem Beati Iosephi Benedicti Cottolengo Canonizationem.*

Quibus omnibus peractis, ut sapientissimus a Decessoribus Nostris in tanto negotio statutus servaretur ordo, quinta die huius Martii mensis, S. R. E. Cardinales in *secretum* primo collegimus Consistorium, in quo quem antea memoravimus Cardinalis Camillus Laurenti de Beati Ioseph Benedicti Cottolengo, nec non Beati Conradi a Parzham, Confessoris, laici professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinarum, ac Beatae Teresiae Margaritae Redi a Sacro Corde Iesu, Virginis, monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, vita et miraculis, deque actis, quae in eorum Causis Beatificationis et Canonizationis Sacra Rituum Congregatio, districte praevio examine, admisit et adprobavit, singillatim orationem habuit; qua expleta, Nos Patrum Cardinalium suffragia exquisivimus, et suam quisque aperuit sententiam. Quo secreto Consistorio absoluto, *publicum* quod vocant Consistorium habitum est, in quo dilecti filii Aulae Consistorialis Advocati brevi sermone et ipsi de praefatorum Beatorum praeclaris gestis singillatim retulerunt. Augusto Milani Advocato pro Beato Ioseph Benedicto Cottolengo perorante. Nos autem, etsi Beatos illos summopere optare dixerimus sanctitudinis infula decorare, tamen, cum de tantae magnitudinis negotio ageretur, id non ante decreturos diximus, quam in Consistorio *semipublico,* quod dicitur, omnes iterum Cardinales itemque universos, qui propius adsunt, Sacrorum Antistites suam aperuerunt sententiam.

Paulo post, die nempe duodecima subsequenti, Consistorium istud habitum est, in quod plurimi venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi, una cum S. R. E. Cardinalium Conlegio, a Nobis convocati, plaudentes accesserunt, causa plene cognita ex commentariis, quos ad ipsorum quemque Nos transmittendos curavimus, de singulorum Beatorum,

quos antea memoravimus, vita, virtutibus, miraculis, nec non de actis universis in eorum Causis, a S. Rituum Congregatione peractis et probatis.

Adstantes igitur Nos allocuti, quid singuli de Beatis illis tribus ad San^ ctorum CaeUtum honores provehendis sentirent, religiose Nobis significare vellent rogavimus. Exceptis vero eorum suffragiis, in idem ipsos consentire quod Nobis summopere placeret, admodum gratulati sumus, quod ex hac honoris amplificatione, qua illi tres Beati Caelites apud müitantem Ecclesiam decorati sint, non parum christifidelibus futurum spiritualis utilitatis. Quapropter Beatae Teresiae Margaritae Bedi atque Beati Iosephi Benedicti Cottolengo Canonizationi in Patriarchali Basilica Vaticana, Deo adiuvante, sollemniter celebrandae hodiernam diem undevicesimam nempe mensis Martii, indiximus, eodem quippe die, quo Beatum Pompilium Mariam Pirrotti, in Sanctorum numerum referre iam Nos decrevimus; Canonizationi autem Beati Conradi a Parzham diem diximus vicesimum proximi Maii mensis, festum scilicet Pentecostes. Atque interea omnes in Domino adhortati sumus, ut hoc voluntatis Nostrae propositum suppliciter Deo commendare ne intermitterent. De quibus omnibus adstantes dilectos filios Protonotarios Apostolicos, ut iuridica acta conficerent de more mandavimus.

Quum autem faustissima hodierna statuta dies illuxit, in Petrianam Patriarchalem Nostram Basilicam, magnificentissimo nitentem apparatu et frequentissimo stipatam populo, quamplurimi Romanae Curiae Praesules, Officiales, Sacrorum Antistites et amplissimus Cardinalium Senatus, solemni supplicationis ritu, saecularis et regularis cleri ordinibus praeeuntibus, una simul et Nos ingressi sumus; atque, Augustissimo Sacramento devote adorato, ad Nostram Nos pervenimus Cathedram ibique sedimus. Tunc ad postulationem *instanter* factam per dilectum filium Christophorum Astoni, Sacri Consistorii Advocatum, a dilecto filio Nostro Camillo **S.** R. E. Cardinale Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto et hisce Canonizationibus procurandis praeposito, Nos maximopere optare Beatos illos Caelites in Sanctorum album adscribere diximus; velle tamen ut antea, ex tradito a maioribus ritu, uberior superni luminis copia, interposita caelestis Curiae supplicatione, ab omnibus impetraretur. Quod quidem cum iterum ac tertium, *instantius* nempe et *instantissime* factum sit, Spiritus Sancti lumine ferventius implorato, Nos, in cathedra sedentes, uti supremus catholicae Ecclesiae Magister, sollemniter ediximus: *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri ei Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. F.*

Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio, Beatum Iosephum Benedictum Cottolengo, Beatum Pompilium Mariam. Pirrotti, Beatam Teresiam Margaritam Redi Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali illorum memoriam quolibet anno, die eorum natali, nempe Iosephi Benedicti Cottolengo die trigesima Aprilis, Pompilii Mariae Pirrotti die quintadecima Iulii, inter Sanctos Confessores non Pontifices, Teresiae Margaritae Bedi die septima Martii, inter Sanctas Virgines, pia devotione recoli debere. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Qua Canonizationis formula a Nobis edicta, porrectis Nobis a praefato Consistoriali Advocato, Cardinalis Procuratoris nomine, precibus annuentes, Decretales de iisdem Canonizationibus sub plumbo Litteras fieri expedirique iussimus; ab Apostolicis vero Protonotariis ad perennem earumdem memoriam publicum confici instrumentum. Deo insuper omnipotenti gratiis ob hoc tantum beneficium ex imo corde actis, novensilium Sanctorum ab ipso Domino mvocavimus patrocinium; pontificale Sacrum deinde oblaturi ad aram accessimus ac, peracta evangelica lectione, quotquot aderant homilia allocati sumus, breve novensilium Sanctorum elogium t exentes, eorumque exempla omnibus non ad intuendum tantum, sed ad imitandum potissimum proposuimus; atque Sancti Iosephi Benedicti *non absimili morte nostram concludere vitam* adprecati sumus; *idque nobis omnibus,* inquimus, *deprecatione sua, conciliet inclitus Deiparae Virginis Sponsus, cuius hodie festum ubique gentium celebratur, quique, assidentibus sibi Iesu ac Maria, e terrestri hoc exilio ad caelestem patriam evolavit.*

Apostolicam deinde benedictionem et plenariam admissorum indulgentiam peramanter in Domino impertiti sumus, ac, Deo propitio, pontificale Sacrum persolvimus.

Sanctissimi itaque viri Iosephi Benedicti Cottolengo, magni caritatis herois et divinae Providentiae administri, memoria Nostris hisce Litteris summo sanctitudinis honore consecrata, nunc Ille, humilis iam Tertii Franciscalis Ordinis sodalis ac Divi Vincentii a Paulo aemulator optimus, Superno Numini, inter angélicos choros, gratiarum concinens hymnum, *Deo gratias* illud, quod vivens in terra semper in ore habuit, millies ac millies *laude perenni* iterare non desinit, quemadmodum Parva in illa Domo, quae et hodie praeclarissimum divinae Providentiae perstat mommentum, die ac nocte perpetuo fas est audire. Nos quoque, quibus, licet immeritis, datum est illum Dei servum bonum ac fidelem Caelitum corona decorare, *sacrificium laudis* ipsimet Deo omnipotenti ex imo corde off erimus, qui respexit humilitatem Servi sui, Eique maximas gratias agimus hodie et semper et per infinita saecula saeculorum.

Omnibus ergo quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, Apostolicae potestatis plenitudine, universa et singula quae supra memoravimus iterum confirmamus et roboramus, statuimus et decernimus, atque catholicae Ecclesiae denunciamus. Mandamus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce Nostris praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero, ausu temerario, Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntatis infringere vel eis contraire vel attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die decimanona mensis Martii, in festo S. Ioseph, B. M. V. Sponsi, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£8 Ego IANUARIUS Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinahs GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, Decanus Sacri Collegii.

£g Ego MICHAEL Episcopus Tusculanus Cardinalis LEGA.

£8 Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinahs SBARRETTI.

£8 Ego Pr. THOMAS PIUS Ord. Praed. Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis BOGGIANI, Cancellarius S. R. E.

£8 Ego ALOISIUS Episcopus Praenestinus Cardinalis SINCERO.

£g Ego HENRICUS Episcopus Yeliternus Cardinalis GASPARRI.

Ego CAIETANUS tit. S. Agathae Gothorum Presbyter Cardinahs BISLETI.

Ego ACHILLES tituli S. Bernardi ad Therm as Presbyter Card. LOCATELLI.

Ego IOANNES BAPTISTA tituli S. Mariae in Transpontina Presbyter Cardinalis NASALLI ROCCA DE CORNELIANO.

Ego ALOISIUS tituli S. Petri ad vincula Presbyter Cardinalis CAPOTOSTI, Datarius.

Ego LAURENTIUS titub S. Pancratii Presbyter Cardinalis LAURI, Maior Paenitentiarius.

Ego Fr. ALEXIUS HENRICUS M., O. S. M., tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis LÉPICIER.

Ego PETRUS tituli S. Mariae trans Tiberini Presbyter Cardinalis SEGURA Y SAENZ.

Ego EUGENIUS tituli Ss. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis PACELLI.

Ego FRANCISCUS tituli S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis MARCHETTI SELVAGGIANI.

Ego Fr. RAPHAËL CAROLUS tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis Rossi.

Ego IULIUS tituu S. Mariae supra Mpiervam Presbyter Cardinalis SERAFINI.

Ego ANGELUS MARIA tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis DOLCI.

Ego PETRUS tituli S. Crucis in Ierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI-BIONDI.

Ego CAMILLUS S. Mariae Scalaris Protodiaconum Cardinalis LAURENTI.

Ego ALEXANDER S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis VERDE.

Fr. THOMAS PIUS O. P. Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

C. Card. LAURENTI
S. R. G. Praefectus.

Dominicus Spolverini, *Archiep. tit. Lariss. Prot. Apost.*
Alfonsus Garinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Can. Alfridus Liberati, *Gane. Apost. Adiutor a studiis.*

EXPEDITA

die tertiadecima mensis Februarii, anno decimoquarto

Alfridus Marini, *Plwmbator.*

Angelus Pericoli, *Scriptor Apostolicus.*

Reg. in Cane. Apost., vol. LIT, N. 30.* - Al. Trussardi, *a tabulario.

II

BEATO POMPILIO MARIAE PIRROTTI A SANCTO NICOLAO, ORDINIS CLER. REGUL, PATfPERUM MATRIS DEI SCHOLARUM PIARUM SANCTORUM CAELITUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Claritas Dei, caelestem illuminans Ierusalem novam, haud raro sua luce perfundit fortes Christi milites adhuc in terra peregrinantes. Hi namque, dum totis viribus nituntur evangelicam assequi perfectionem, suarum virtutum splendore ita refulgent, ut vividiorem in frontibus suis divini Exemplaris referant imaginem. Huiusce miram pulchritudinem in humili illo magni sancti Ioseph Calasanctii alumno, Pompilio Maria Pirrotti a S. Nicolao, hodie nos exsultantes agnoscimus, qui ad Superum honores a Nobis, Deo opitulante, evectus, ceu sidus in caelo renidet, prout vivens in terra eximia refulsit sanctitudinis fama.

Calvoduni in Hirpinis, in Beneventanae archidioecesis oppido, ex Hieronymo iurisconsulto et Ursula Bozzuti, coniugibus pietate non minus quam generis antiquitate et bonorum copia praestantibus, die vigesima nona Septembris, anno millesimo septingentésimo decimo ortum ille duxit ac sequenti die sacro fonte renatus, Dominicum nomen habuit; adhuc puer, die nempe nona Decembris, anno millesimo septingentésimo quartodecimo sacro chrismate est delibutus. Adolescentulus parentum sollicitudini pro egregia sui animi indole apprime respondit; solatia ludosque respuens, pietatis operibus sedulo vacabat, morum innocentia, corporis maceratione, solitudinis amore, sacramentorum frequentia, ardentique in Deum et proximum caritate excellebat; apostolico vero muneri quasi praeludens, non modo aequales, sed maiores quoque natu, villicos praecipue et opifices in paterna domo famulantes, ad se munusculis etiam allectos, concionatoris personam induens, divina mysteria et christiana praecepta edocebat. Neque intra domesticos parietes suum continebat zelum; quodlibet namque iurgium, quodlibet inter vicinos exortum dissidiurn praesentem habebat eius opem et curam, ut dissentientes cito ad concordiam revocarentur. Alacri quoque studio, patre ipso praeceptore, litterarum et humanitatis disciplinis operam navavit.

Sed tot tantaeque virtutes, tantum solitudinis pietatisque studium aperte demonstrabant adulescentem ad perfectiorem vitam vocari. Anno

igitur aetatis suae sextodeeimo, Dominicus intimam Dei vocem illam audiens: *Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris Uti, et veni in terram quam monstravero tibi,* serio cogitavit in claustrum secedere. Parentes vero abeundi facultatem filio carissimo concedere renuebant; sed frustra homines Dei voluntati obsistere conantur; nam, victis ille naturalibus caritatibus, abruptis domesticae consuetudinis vinculis, relicta genitoribus consolatoria epistola, clam profectus Beneventani, in domum Ordinis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, quem iuventae in intelligentiae ac pietatis spiritu erudiendae pauperibusque evangelizandis deditum addictumque esse noverat, sese recepit. Inde Neapolim missus est, ubi Ordinis habitu suscepto, Dominicum nomen in Pompilium Mariam a S. Nicolao commutavit et religiosum tirocinium incepit. Quo singulari pietate et omnium laude rite absoluto, die vicesima quinta Maii, anno millesimo septingentésimo vicesimo octavo, sollemnia vota nuncupavit. Tunc Theate missus est ut sacris disciplinis operam daret: quibus incumbens doctrinae amorem cum pietatis studio ita coniunxit, ut perfecti simul et sancti theologi nomine appellari meruerit. Insequenti anno, Februario mense, per ecclesiasticam tonsuram in clericorum coetum cooptatus est atque ad minores ordines promotus.

Quinque vero transactis annis, in quibus tum Theate commoratus studiorum explendorumj tum Melphi recuperandae valetudinis causa, tum Thuriis, quo primum ad docendum missus fuerat, tum Francavillae litterarum magistri munere fungens, ubique sese exhibuit religiosae disciplinae observantissimum, a saeculo toto corde remotum, fabularum inimicum, studiorum amicum, in paenitentia et omnigena virtute mirabilem magis quam mutabilem; atque vere fuit qualem Paulus Titum hortabatur: in omnibus exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate; dignissimus proinde a M.oderatoribus habitus, qui ad maiores Ordines eveheretur. Brundusii igitur, quo ut sacros istos Ordines ab illo Archiepiscopo susciperet, petere iussus est, ultima Februarii mensis die, anno millesimo septingentésimo trigesimo quarto Subdiaconus, die autem septima subsequentis mensis Martii Diaconus ordinatus est, ac vicesima die, eodem mense, Presbyteratum maxima cum laetitia et pietate suscepit.

Sacerdotali itaque dignitate auctus, exsultavit ut gigas adcurrendam sanctitatis et apostolatus viam. Quanta potuit contentione omnes erga discipulos, verus Calasanctianus sodalis, sollertis magistri, vigilantis custodes, patris benevoli partes explevit, in id potissimum incumbens, ut in pueris erudiendis non tantum eorum mentes litterarum luce illustraret, verum etiam eorum corda pietatis igne accenderei; eos ille piis blandisque verbis et munusculis recreabat ac talem sibi benevolentiam conciliabat, ut

domo egrediens videretur adulescentulorum turráis non tam stipatus quam obsessus. In huiusmodi autem muneribus obeundis totum quod sibi supererai otii in proximorum transferebat utilitatem.

Quum autem in capitulo provinciali, Neapoli anno millesimo septingentésimo trigesimo sexto habito, ad apostolicum ministerium ac praecipue ad Dei verbum praedicandum destinatus esset, quin tamen a magistri scholarum munere omnino eximeretur, novum sibi concreditum officium, cuius desiderio iamdiu magnopere tenebatur, ingenti animi gaudio suscepit eoque summa alacritate usque ad suae vitae exitum perfunctus est. Sui autem apostolici zeli priora specimina in citeriori Aprutio dedit; deinde in Apulia et Campania, in Piceno, Aemilia et usque ad Fossam Claudiam prope Venetias coepit urbes, oppida et pagos circumire, populos, virginum monasteria, clericorum et presbyterorum coetus concionibus, consiliis, sacramentis, sui potissimum exemplo ad vitae sanctitatem et perfectionem excitare ac pertrahere; ad rerum divinarum studia revocare; ad mundi contemptum, ad caelestis patriae desiderium homines erigere. Nulli ipse parcebat labori, solitus diu noctuque, per frigora et aestus aegrotos invisere, moribundis ad extremum usque spiritum adsistere; egenis opem ferre, aerumnosos solari; omnes denique verbo, opere, consilio, precibus, prout res postularet, quotidie iuvare. In devotione autem erga Redemptorem nostrum ac Dominum Iesum Christum excitanda mirabilis, nihil ad id, sive sermone, sive scripto, sive pietatis officiis, intentatum reliquit. Sacratissimi Cordis Iesu cultum inter primos in Italia diffudit omnique studio evulgavit; nam, piissimis conscriptis meditationibus ac precibus, mensem Illi dicatum sacrumque novemdiale celebrandum curavit, ac piorum fidelium a Ss. Corde Iesu Congregationes condidit.

Ad frequentem Eucharisticam Communionem omnes hortabatur et compellebat; quin immo Episcopos non paucos et ipsum Bomanum Pontificem, missis epistolis, humihter quidem, enixe tamen rogavit, ut quotidianam etiam Communionem bene dispositis permitterent, quod ferme inauditum temporibus illis esse omnes norunt. Item erga Beatissimam Virginem Mariam, quam a pueris suavissimo *Matris bellae* nomine appellare solebat, filiali ardentissimo amore prosequebatur, eiusque cultum et sacri Rosarii devotionem quam maxime propagavit. Nullus erat sermo, sive publicus sive privatus, cui Eius laudes non intexeret, nullus in quo pietatem et amorem in Eam summopere fidelibus non commendar et. Pro fidelium quoque animabus preces effundere solebat; in proximos vero heroica flagrabat caritate, adeo ut nullae sane fuerint aerumnae, nullae anxietates, nullae animi corporisque aegritudines, quibus Pompilius opem non tulerit, nullumque fuerit officium, quod ad proximorum procurandam salutem sedulo

ipse Dei amore non obierit. Interea nihil praetermisit ut, dum spirituali aliorum bono tam acriter incumberet, suam assequeretur perfectionem, omniumque virtutum absolutionem. Ingenuam itaque animi simplicitatem morumque candorem, humilitatem, obedientiam, castitatem, paupertatem, ceterasque virtutes ita exercuit, ut heroicum attigisse culmen minime dubitandum sit.

Non est ergo mirandum, quod Dei iste Famulus, tanto virtutum munitus praesidio, tanto ardens studio animas Christo lucrifaciendi, uberrimos laborum fructus ubique retulerit; quod illum *Patrem Sanctum* vox populi appellavit; eo quia vere sanctus apparuit, ubicumque commoratus est. Et Bomae etiam, ubi ah quando brevem duxit moram, tantam sibi existimationem comparavit, ut et Praelati et Cardinales Patres humilem Calasanctiadem singulari veneratione prosequerentur, sacras eius conciones audire peroptarent, et ab eo, tamquam viro sanctissimo, ad christianam perfectionem moderamen consiliumque deposcerent.

Accedit ut non paucis Deus omnipotens supernaturalibus donis et signis quoque stupendis, uti ferunt, suum operarium, tam navum, tam aerem, ante et post obitum clarificare dignatus sit. Nam, uti fertur, secreta cordium, in audiendis praesertim fidelium confessionibus, divinitus intuebatur; longinqua uti praesens saepius agnovit; periclitantibus, absens quoque invocatus, subito apparuit et auxilium praestitit; prophetiae dono claruit; aegrotos sanavit quam plurimos; cibos haud raro multiplicavit, uti Campus evenit, ubi in summa annonae caritate populum miraculis aluit; ceterisque carismatibus magnopere praefulsit. Ceterum miraculorum maximum ipsa eius vita fuit: tot enim ac tantis in laboribus et cruciatibus, tanta in inopia et inedia minime datum est hominibus natura vivere, sed tantum Dei omnipotentia.

Sed qui suum Famulum tot prodigiis exaltaverat Deus, etiam Cruce et Passione Domini decorare sapientissime voluit eiusque vires tamquam aurum in fornace probare. Haud secus namque ac Divus Calasanctius, qui octuagenario maior, impiorum impetitus calumniis, carcerem usque passus est, Pompilius, ignominiis atque calumniis et ipse vexatus est. Neapoli namque, ubi octo iam annos commoratus apostolico zelo vineam Domini fructuose excolebat, et virtutum ac miraculorum gloria quam maxime praefulgebat, atrox in eum invidorum machinationibus molestiarum tempestas coorta est. Vafer ipse effingebatur homo, aurae popularis cupidus, rerum sacrarum quasi sacrilegus contarninator, catholicae disciplinae eversor, populi seductor. Ad supremum igitur Ordinis Moderatorem, ad Archiepiscopum, ad ipsum Regem, tanta calliditate et sagacitate compositae, calumniae delatae sunt, ut res fidem habuerit. Quare Neapoli eiicitur,

Pausyllipum mittitur et in domesticum carcerem detruditur; denique extra regnum exsulatum ire iubetur. Interea vero boni omnes cives Neapolitani, non populares tantum, sed nobiles quoque et ecclesiastici, ut sibi *Pater Sanctus* redderetur una voce deposcebant; quare exsilii decreto a Rege abrogato, Pompilius, triumpbalibus a populo exceptus honoribus, Neapolim rediit. Attamen paulo post, invidis calumniatoribus minime acquiescentibus, vir Dei, Superiorum praescriptis alacri animo obsecundans, Neapoli iterum discedere cogitur ac Theate primum, Anconam deinde et Lugum in Aemilia peregrinan. Ibique paenas sereno et invicto animo expendens, apostolici ministerii labores, in finitimis etiam ac dissitis locis, nempe a Fossa Claudia Manfredoniam usque, ingenti cum animarum lucro suscepit. Hinc, nonnullis annis transactis, iterum Anconam translatus est, quo iter faciens Lauretanam Beatae Mariae Virginis Domum tertium invisere voluit, ultimo autem vitae suae anno Campus in Salentinis Calasanctianae illius domus Moderator et a consiliis Superioris Provincialis Adsistens, moratus est,' ibique corporis viribus, non vero animi alacritate exhaustus, febri laborare coepit, sensitque se ad mortem accedere. Sacra nihilominus munia nonintermisit; et quamvis febriens, undecim diebus concionem ad plebem habuit, sacrum litavit, in exedra ad excipiendas confessiones consedit; in qua tandem cum animo defecisset, in cubiculum deductus est. Super nudam tabulam stratus, suavissima Iesu et Mariae nomina intermortuis labris invocans, inter sodalium preces et lacrimas, in ipso solis occasu uti praedixerat, quintadecima die Iulii mensis, anno millesimo septingentésimo sexagesimo sexto, aetatis suae sexto supra quinquagesimum, placidissimo exitu obdormivit in Domino.

Ingens ex vicinis quoque pagis ad demortui cadaver invisendum factus est fidelium concursus, et religionis causa quid quisque potuit de capillis et de vestibus Dei Famuli carpsit; quin imo impetu repente in sacrum tribunal facto, in quo confessiones audiverat, illud in frustra conscissum, eaque etiam minutissima certatim sibi quisque vindicavit. Ut populi pietati satisfieret, biduum exuviae in ecclesia expositae manserunt; universi propius ad eas accedere gestiebant; manus et pedes deosculari, coronas precatorias et sacra numismata iisdem applicare; prodigia quoque, quibus dilectum suum Famulum viventem voluit Deus clarificare, in eius morte non defuerunt; et una fuit omnium vox, *sanctum* obiisse.

Sacrum eius corpus in ipsius ecclesiae capella S. Antonii, noctu sepultum est, ubi modo etiam exstat.

Sanctitatis fama, quam Pompilius Maria omnium virtutum fulgore, charismatum donis atque miris quoque signis vivens sibi comparaverat, post pretiosam eius mortem annorum decursu continuo adaucta est prop-

ter caelestium gratiarum et miraculorum congeriem, quae omnipotens Deus, eius nomine implorato, vel eius lipsanis adhibitis, operari dignatus est. Ut primum itaque pro temporum adiunctis licuit, anno videlicet millesimo octingentesimo undequadragesimo, de eius Beatificationis et Canonizationis Causae introductione propositum fuit dubium; quam die nona Augusti mensis s. m. Gregorius Sextusdecimus, Antecessor Noster, propria manu signavit. Omnibus deinde actis iuxta apostolicas constitutiones absolutis, cl. m. Leo Tertiusdecimus, et ipse Praedecessor Noster, venerabilis Servi Dei virtutes heroicum attigisse gradum die decima septima mensis Novembris, anno millesimo octingentesimo octogesimo octavo, sollemniter decrevit.

Quaestio dein agitata est de miraculis, quae idem Dei Famulus patrocinio a Deo patrata ferebantur; rebusque omnibus severissimo ponderatis iudicio, ab eodem gl. m. Leone Tertiodecimo, die sextadecima Septembris mensis anno millesimo octingentesimo octogesimo nono solemni decreto sancitum est *constare de duobus miraculis, Venerabili Pompilio Maria Pirrotti interveniente, a Deo patratis; scilicet de primo: Instantaneae perfectaeque sanationis Ioannis Ingrosso a fractura claviculae dexterae; ac de altero: Subitae perfectaeque sanationis puellae Rosae Serio a gravi rachitide, cum tumore albo in sinistro genu.* Die autem duodecima Ianuarii mensis insequentis anni idem Summus Pontifex *tuto* procedi posse edixit ad solemnem venerabilis eiusdem Dei Servi Beatificationem, cuius quidem sollemnia in aula super Basilicae Vaticanae pronao, die sextadecima eiusdem mensis magnifico apparatu atque ingenti tum Scholarum Piarum Ordinis sodalium tum plurimorum ex eius quoque collegio alumnorum et christifidelium frequentia, celebrata fuere.

Cum vero erga novensilem Beatum augeretur in dies populi devotio et novis Deus miraculis Servum suum illustrare dignaretur, coeptum est votis expetere, ut cuius fama in maximam orbis partem, praesertim in Italia, Hispania et America, effusa et propagata iam dimanaverat, eius quoque universalis et sollemnis Sanctorum cultus concelebratur. Quare a cl.m. Mauro Bicci, qui tunc temporis Ordini praefato praeerat, supplices Apostolicae Sedi porrectae sunt preces, ut, Causa resumpta, tantus Vir in Sanctorum Caelitum album inscriberetur. Signata, itaque, ab ipso Summo Pontifice Leone Decimotertio biennio post, die quarta mensis Septembris, reassumptionis Causae Commissione, Processus Apostolici instructi sunt super duobus miraculis, quae, Beato Pompilio Maria intercedente, a Deo in archidioecesi Neapolitana alterum, in dioecesi Illerdensi in Hispania alterum, patrata asserebatur.

Brevis utriusque historiam fas est enarrare.

Mecthildes Irnegas y Abuin, in oppido *Tamarite* provinciae Oscensis, in Hispania, bona eatenus valetudine usa, septimo aetatis anno infirmata est; ac post purulentam otitem infectivis febribus divexata et macie confecta, quadragesimo fere ab incepta infirmitate die, nempe decimotertio Decembris anni millesimi octmgentesimi nonagesimi secundi, bronco-pulmonite catarrhali, una cum pleurite, repentino incursu correpta est. Morbus adeo fiagravit, ut vix post tres dies, omni a medico curante relicta spe, animam iam agere videretur prope moritura puella. Tum vero eo supremo discrimine, postquam eius pater infirmae corpori tertio particulam ex B. Pompilii reliquiis admovit, omni cessante morbo, se bene valere puella, stupentibus qui aderant, edixit. Eadem die, decimasexta Decembris, accedens medicus omnia mortalis infirmitatis symptomata evanuisse mirabundus invenit; nec postea, quae subito convaluerat, eodem umquam morbo tentata est. Miraculum medicus a curatione conclamavit, eique peritus qui dicebatur in bisce causis *ad opportunitatem* et duo peritiores a Sacra Rituum Congregatione adlecti adstipulantur. Quorum uterque accurata trutina, cribrata quaqueversus re, in memoratam morbi diagnosim et in miraculum asserendum in tam repentina et perfecta sanatione conveniunt.

Miraculum alterum Neapoli contigit. Dominica Maria Melisci, nubilis, quae inde a decimosexto aetatis anno levi quodam tumore, parvae avellanicae nucis ad instar, in dextera mamilla per aliquot annos laboraverat, eius incommodum non amplius postea sensit, domesticisque curis bona fruens valetudine incumbebat. At non modico temporis spatio interiecto, repente, die decimaquarta Septembris anno millesino octingentesimo nonagésimo primo, aetatis suae circiter quadragesimo tertio, in eadem mamilla vivo atque acuto perculsa dolore, eam tumefieri conspicit. Quo turgore brevi crescente, accitus medicus duriorem grandiorisque molis in interna mamilla massam deprebendit, omnes neoplastici tumoris mali moris notas praeseferentem. Praescriptis, experimenti causa, nonnullis medicamentis, quae in, irritum cessere, et nova post aliquot dies peracta inspectione, certior iam factus medicus de maligno tumore, ferro eum abscindendum suadet. Haeret prae metu infirma, ac in re trepida ad B. Pompihl opem implorandam fidens confugit. Tribus vel quatuor interiectis diebus, tumor, pluribus inspicientibus, inopinato evanuisse deprehenditur, cessante dolore. Quod aliquot post dies, instituto examine, medicus a curatione, nullo tumoris invento vestigio, confirmat. Miraculum ipse agnoscit, duobus aliis in Neapolitana Curia consentientibus. Idem pariter periti omnes a Sacra Rituum Congregatione adlecti sentiunt.

De utroque miraculo quaestione ad iuris normam in Comitiis antepraeparatoriis, praeparatoriis, novis praeparatoriis et generalibus instituta,

tandem, die duodecima mensis Novembris, praeterito anno, arcessitis ad Nos dilectis filiis Nostris Cardinalibus Camillo Laurenti, Sacrorum .Rituum Congregationis Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore necnon dilectis filiis Alfonso Carinci eiusdem S. Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Fidei Promotore generan, Eucharistico Sacrificio litato, Nos ipsi ediximus: *Constare de duobus miraculis, B. Pompilio Maria Pirrotti intercedente, a Deo patratis, videlicet: de instantánea perfectaque sanatione tum Mathildis Irueguas Cárcamo y Abuin a gravissima pleuro-pulmonite catarrhali, tum Mariae Melisci ab epitheliomate glandulari malignae indolis in ubere dextero exorto et quam celerrime in dies p er crescente.*

Porro, quod ex praescripto sacri iuris agendum supererai, ut causa ad eiusdem Beati Canonizationem properare posset, die quartadecima insequenti, coram Nobis in generali S. Rituum Congregationis coetu, discussum est dubium: *An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beato venerationem, tuto procedi posset ad sollemnem ipsius Canonizationem;* cumque omnes qui aderant tum Cardinales, tum Officiales Praelati et Consultores unanimi consensu in affirmativam convenerint sententiam, quam Nos laeti excepimus, Nostram tamen aperire mentem ad diem vicesimam sextam eiusdem mensis Novembris distulimus. Qua die, sueta forma servata, *Tuto procedi posse ad B. Pompilii Mariae Pirrotti a S. Nicolao canonizationem* ediximus, Nostrumque Decretum hoc publici iuris fieri et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavimus. Quibus omnibus rite absolutis, ut statutus in tanti momenti re sapientissimus a Decessoribus Nostris omnimode servaretur ordo, die vicesima prima Decembris, eodem anno millesimo nongentesimo trigesimo tertio, venerabiles fratres Nostros S. R. E. Cardinales apud Nos in, Consistorium *secretum,* quod vocatur, collegimus, in quo dilectus filius Noster Carnibus Cardinalis Laurenti de Beati Pompilii Mariae Pirrotti, necnon de Beati Ioannis Bosco et Beatarum Michaelae ab Augusto Sacramento et Ludovica de Manilae viduae Le Gras vita, gestis, virtutibus et miraculis singillatim brevem et perspicuum habuit sermonem atque acta singula recensuit, quae ad iuris tramitem in eorum Beatificationis et Canonizationis Causis Sacrorum Rituum Congregatio, accurato et praevio examine, admisit et probavit. Qua relatione expleta singuli qui aderant Patres Cardinales suam Nobis aperuerunt sententiam, omnesque uno ore Nos adprecati sunt ut ad optatam ipsarum Causarum absolutionem pergeretur.

Quo secreto Consistorio habito, in continenti Consistorium fuit publicum, quod vocant, pro solemni ipsarum Causarum, de quibus supra diximus, peroratione; in eo igitur pro Beati Pompilii Canonizatione, breviter relatis eius vita et miraculis, dilectus filius Christophorus Astorri, Consi-

storialis Aulae Nostrae Advocatus, de more institit; Nos vero, quamvis Beato ilK, sicuti et ceteris, Caelitum honores decernere vehementer exoptare dixerimus, attamen ne in hac re, sane gravissima, tradita a maioribus constituta, nulla ex parte, praetermitterentur, velle prius semipublicum haberi Consistorium ediximus, in quo et Purpurati Patres iterum, et omnes qui interesse queant Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Praelati et Abbates *nullius,* sententiam quisque suam Nobis aperirent; omnes interea quotquot aderant enixe in Domino adhortati sumus, ut ad rem fauste feliciterque exsequendam caelestem Nobis opem precibus conciliare ne désistèrent.

Iussimus autem ut singulis quos supra memoravimus Antistitibus de Beatorum illorum vita, gestis et miraculis deque Actis omnibus ad ipsorum Causas spectantibus, ex S. Bituum Congregationis tabulario depromptis, commentaria mitterentur, ut, re cognita ac perpensa, suam quisque posset Nobis aperire sententiam; ad diem vero quintamdecimam Ianuarii proxime elapsi mensis in Consistorium *semipublicum* coram Nobis in Vaticanis Aedibus illos omnes convocavimus. Quos quidem in hoc amplissimo consessu antea allocuti, singulos dein rogavimus quid de propositis Causis sentirent ac Nobis significare vellent. Ex unanimi autem adstantium omnium suffragiorum consensione haud mediocri Nos laetitia affecti sumus, eo quia Nobis fas esset novis deprecatoribus ac patronis militantem Ecclesiam donare; atque Caelites illos absque mora sanctitudinis Ínfula decorare decrevimus. Ad solemnem autem Beati Pompilii Mariae Pirrotti Canonizationem hanc diem, undevicesimam nempe Martii mensis in Vaticana Basilica celebrandam praefinivimus; omnes interea christifideles adhortati sumus enixe, ut ad divinum Nobis auxilium conciliandum quo felicius voluntatis Nostrae propositum implere possimus preces effunderent.

Qua quidem faustissima a Nobis praestituta die adveniente, quam plurimi tum saecularis, tum regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales, nec non venerabiles fratres Nostri Cardinales S. R. E. et Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates Petrianam Basilicam, magnificentissimo apparatu nitentem, et quam maxima populi stipatam frequentia, convenerunt; ac devota illis supplicatione praeeuntibus, Nos ipsi in eam sollemni pompa ingressi sumus; atque, augustissimo Eucharistiae Sacramento adorato, ad Nostram perreximus cathedram, ibique sedimus. Porro dilectus filius Noster Camillus Cardinahs Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefectus, Beati Pompilii Mariae Pirrotti, item et Beati Ioseph Benedicti Cottolengo ac Beatae Teresiae Margaritae Redi Canonizationibus procurandis praepositus, perorante dilecto riho Christophoro Astorri, Consistorialis Aulae Nostrae Advocato, postulationem Nobis

instanter detulit, ut Nos Beatos illos Caelites in sanctorum album adscribere dignaremur. Quod cum iterum ac tertium, *instantius* videlicet et *instantissime* ab eodem Cardinale per eundem Advocatum Consistorialem factum sit, iterum atque iterum, Sanctorum omnium deprecatione interposita, ex tradito a maioribus ritu, uberius Sancti. Spiritus lumen menti Nostrae ferventius imploravimus; ac tandem Nos in Divi Petri Cathedra sedentes, quippe qui eius successor, *citius arbitrio claves aeterni aditus traduntur, cuiusque terrestre iudicium praeiudicata auctoritas est in caelo,* hanc sollemniter Nostram protulimus sententiam: *«Ad honorem Sanctas et: Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium fratrum nostrorum S. B. JE. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in urbe existentium consilio, Beatum Iosephum Benedictum Cottolengo, Beatum Pompilium Mariam Pirrotti, Beatam Teresiam Margaritam Bedi Sanctos esse decernimus et definimus ac sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali illorum memoriam quolibet anno, die eorum natali, nempe Iosephi Benedicti Cottolengo die XXX Aprilis, Pompilii Mariae Pirrotti die XV Iulii, inter sanctos confessores, non Pontifices, Teresiae Margaritae Bedi die VII Martii, inier sanctas virgines, pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. - Amen*.*

Qua Canonizationis formula ita a Nobis edicta, precibus annuentes a Consistoriali quem supra diximus Advocato, Cardinalis Procuratoris praefati nomine, Nobis porrectis, has Decretales sub plumbo Litteras fieri expedirique decrevimus; Protonotariis vero Apostolicis ut ad perpetuam earumdem Canonizationum memoriam publicum conficerent instrumentum, mandavimus.

Gratus insuper omnipotenti Deo pro tanto beneficio actis, novensiliran Sanctorum opem a benignissimo Deo ipso primum ferventissime imploravimus. Ad aram porro accessimus incraentum Sacrificium oblaturi, ac, decantata Evangelica lectione, universos qui aderant homilia allocuti sumus, brevissimum singulorum Sanctorum elogium texentes, *omnesque quotquot habemus ubique gentium in Christo filios: eos etiam qui erroribus circumfusi atque obcaecati, illecebrisque voluptatum deleniti, supernae patriae immemores, miserrimam vitam agunt,* ad egregia illorum exempla instanter revocare voluimus. Qua homilia a Nobis habita, apostolicam benedictionem ac plenariam peccatorum indulgentiam peramanter omnibus adstantibus impertivimus; et, favente Deo, Pontificale Sacrum persolvimus.

Tanti igitur viri Nostris hisce Litteris consecrata memoria, qui *abscondi-*

tae cum Christo in Deo vitae actuosam etiam atque indefatigabilem coniunxit apostolici muneris perfunctionem, qui aliud in Ecclesia Dei *praeclarum exstat exemplum, ex quo eordatis hominibus cernere licet quantum catholica religio possit ad iuvenilem veri nominis educationem conferre,* omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, apostolicae potestatis plenitudine, omnia et singula quae supra memoravimus iterum confirmamus, roboramus atque statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Mandamus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae his praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel eis ausu temerario contraire praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die undevicesima mensis Martii, in festo S. Ioseph, Deiparae Virginis Sponsi, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



>g Ego IANUARIUS Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinahs GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, Decanus Sacri Collegii.

£g Ego MICHAEL Episcopus Tusculanus Cardinalis LEGA.

SB Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Card. SBASRETTI.

£g Ego Pr. THOMAS PIUS Ord. Praed. Episcopus Portuensis et S. Bulina e Cardinalis BOGGIANI, Cancellarius S. E. E.

£g Ego ALOISIUS Episcopus Praenestinus Cardinalis SINCERO.

£g Ego HENRICUS Episcopus Veliternus Cardinalis GASPARRI.

Ego CAIETANUS tit. S. Agathae Gothorum Presbyter Cardinalis BISLETI.

Ego ACHILLES tituli S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. LOCATELLI.

Ego IOANNES BAPTISTA tituli S. Mariae in Transpontina Presbyter Cardinalis NASALLI ROCCA DE CORNELIANO.

Ego ALOISIUS tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis CAPOTOSTI, Datarius.

Ego LAURENTIUS tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis LAURI, Maior Paenitentiarius.

Ego Fr. ALEXIUS HENRICUS M., O. S. M., tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis LÊPÏCIER.

Ego PETRUS tituli S. Mariae trans Tiberini Presbyter Cardinalis SEGURA Y SAÈNZ.

Ego EUGENIUS tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis PACELLI.

Ego FRANCISCUS tituli S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis MARCHETTI SELVAGGIANI.

Ego Fr. RAPHAËL CAROLUS tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis Rossi.

Ego IULIUS tituli S. Mariae supra Minervam Presbyter Cardinalis SERAFINI.

Ego ANGELUS MARIA tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Card. DOLCI.

Ego PETRUS tituli S. Crucis in Ierusalem Presbyter Cardinalis FUMASÓNÍ BIONDI.

EGO CAMILLTJS S. Mariae Scalaris Protodiaconus Cardinalis LAURENTI.

Ego ALEXANDER S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis VERDE.

Fr. TH. PIUS O. P. Card. BOGGÍANI
Cancellarius S. B E.

CAM1LLUS Card. LAURENT!
S. B. C. Praefectus.

Hector Castelli, *Protonotarius Apostolicum.*
Vincentius Biancbi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Can. Alfridus Liberati, ***Cane. Apost. Adiutor a studiis.***

EXPEDITA

die quartadecima mensis Februarii, anno deeimoquarto
Alfridus Marini, ***Plumbator.***

Dominicus Francini, ***Script. Apostolicus.***

Reg. in Cane. Ap., vol TAI, n. 31. - Ai. **Trussardi,** ***a tabulario.***

III

BEATAE TERESIAE MARGARITAE REDI A SACRO CORDE IESU, VIRGINI, MONIALI PROFESSAE ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATORUM SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Caelestibus fulgoribus benignissimus Deus huius mundi tenebras sanctos suos excitando interdum illuminat, ut praeclara homines ea luce perculsi, ad sanctos illos mentem animumque suum aliquando erigant et ad egregia eorum imitanda exempla alliciantur. Qua fulgida luce catholicus orbis hodie perfundi videtur eo quod alius ad altaris Dei viventis lilia rosasque pulcherrimus adiungitur fios, cuius odore suavissimo tota repletur Dei domus.

Teresia Margarita Redi a Sacro Corde Iesu flos iste nuncupatur, qui in carmelitico etruscae terrae horto concluso germinatus, virgineo candore niveus et flagranti Dei amore rubeus, in caeleste translatus viridarium, hodie a Nobis, pro supremo quo fungimur Apostolico munere, ipsamet sanctitudinis corona redimita est, qua et Maria Magdalena de Pazzis, ipsa quoque nobilis Tusca virgo, et magna legifera mater Teresia ab Avila, et dulcissima alia virgo illa apostolico ardore succensa Teresia Lexoviensis decorata est; eamdemque Nos alte extulimus, quo uberius floris illius flagrantia omnes qui in domo sunt delectet eosque suaviter ad Deum, qui Caritas ipsa est, redamandum provocet.

Aretii, anno Domini millesimo septingentésimo quadragesimo septimo, die Iulii mensis quintadecima, ex honestis piisque parentibus Ignatio Maria Redi Aretino et Camilla Ballati Senensi ortum ipsa duxit et insequenti die, in qua Beatissimae Mariae Virginis de Monte Carmelo solemnis ab ecclesia commemoratio peragitur, regenerationis undis abluta, Annae Mariae nomen accepit; decimo autem aetatis suae anno confirmationis sacramento dehnita est. Sollerti studio et sollicitudine genitores, pater presertim, eximiae virtutis vir, curaverunt, ut filia dulcissima, utpote septem ceteri liberi, a teneris unguiculis fidei mysteriis imbueretur; prae ceteris vero parentum educationi mirum in modum respondit Anna Maria, quae ab ipsamet pueritia de rebus ad fidem et pietatem pertinentibus

studiosissimam se praebuit; ex tunc enim, magis quam ipsa pateretur aetatis immaturitas, a ludis abena, non garrula, sed mitis comisque, pietate, obedientia, innocentia, morum suavitate et sensuum custodia, humilitate ac temperantia enituit. Decimum annum agens sanctimomalium monasterium S. ApoUömae Florentiae ingressa est ut suae educationi incumberet; ibique vix anno emenso, eius ingenitam pietatem devotionemque admirantes moniales, ad Sacram Synaxim primum suscipiendam admiserunt: quod tanta animi demissione atque religione explevit, ut in posterum octiduum ad sacram mensam famelica accedere visa sit. Septem annos in asceterio illo commorata, inter alumnas omnigenae virtutis praeclarum exemplar exstitit ac dein, ut parentum voluntati obtemperaret, propriam repetiit domum; animo tamen revolvens quae sibi, uti fertur, a S. Teresia a Iesu praedicta fuerant, de Carmelitarum Instituto amplectendo caelestem vocationem parentibus pandidit.

Qui quidem acerrimas prius opposuere contradictiones; sed, de ipsius vocatione mirum in modum exorta certiores facti, assensum tandem praebuerunt summa Annae Mariae animi laetitia, ut ipsa inter moniales Monasterii Sanctae Teresiae Morentiae reciperetur. Ibi ipsa probationis tempore nihil immutavit de inita sanctitatis vitae ratione, sed potius praestitit ut sane perfectionis opus, quod adulescentula inchoaverat, ulterius in dies perficeret et augeret. Unanimi idcirco sanctimonialium suffragio et plausu, iam semestri transacto, die undecima mensis Martii, anno millesimo septingentésimo sexagesimo quinto, assumpto nomine Teresiae Margaritae a Corde Iesu, religiosum habitum induit et ad tirocinium explendum admissa fuit.

In tam rigidi Instituti observantia, mira ab ea edita fuere exempla virtutum: obedientiam namque, orandi studium, erga Deum pietatem, caritatem, patientiam, carnis afflictationem, humilitatem ceterasque virtutes omnes ita coluit, ut universas novitias longe superaret ac toti communitati maximam ingereret admirationem ac spiritualem aedificationem, ita ut ob perspectam prudentiam ac sapientiam ipsi quandoque commissa fuerit aliarum novitiarum cura et custodia. Impensum praeterea studium ostendit cetera omnia adimplendi, quae regularis disciplina, sanctae consuetudines et novi vitae status obligationes exigebant, ut per iugem virtuosissimae vitae rationem ad solemnem professionem emittendam se rite disponeret. Cum autem prae nimia humilitate se indignam inter chorales adscribi reputaverit, enixe expostulavit ut saltem inter conversas adnumeraretur.

At vero, expleto tam laudabiliter ac sanctissime tirocinio, ad solemnia vota nuncupanda, omnium monialium consensione et maximo sui animi

gaudio, inter chorales quidem admissa, illud praestitit die duodecima Martii mensis, anno millesimo septingentésimo sexagesimo sexto. Qua igitur professione solemni emissa, iuxta constitutionum praescripta ad biennium adhuc inter tirunculas versata est, tanto spiritus fervore tantaque exactissimae votorum observantiae cura, ut virtutum omnium supremum heroicitatis culmen attigerit.

Custos deinde communitatis vestium renuntiatur; sacrario postea praefecta ac demum infirmaria; quibus ahisque a superioribus assignatis muneribus obeundis mira usa est diligentia ac monialibus cunctis, praesertim aegrotis, humili sui abnegatione, patientia,, amore, lenitate praesto erat, in vilioribus etiam ministeriis, omniaque pietatis opera erga illas exercebat et singulari industria ac vigilantia eisdem necessaria quaeque comparabat; hilari semper ac benigno vultu indefessum praestabat famulatum moniali cuidam maniacae suae curae commissae, licet ab ea male haberetur iniuriisque saepissime lacessiretur. Sanctae Matris Fundatricis egregia imitatrix ac Divi Aloisii Gonzagae vestigia calcans, pro Christo pati, quem sibi sponsum dulcissimam elegerat, avide appetens, adversam saepe occultabat valetudinem, ne a laboribus dispensantur; atque, flagrantissimo ardens animarum salutis studio, ieiuniis, flagellis, ciliciis, ferréis acuminibus, non sine tamen sui spiritus moderatoris assensu, utebatur, et in huiusmodi austeritatibus asperrimisque sui innocentissimi corporis cruciatibus, licet infirmitatibus fracta, ad obitum usque perseveravit.

Quam quidem paemtentissimae vitae rationem ducens, angelicae puritatis florem, *quasi litium inter spinas,* candidissimum servavit, vel leves quosque defectus studiose devitans, ita ut iure meritoque arbitrari liceat illam usque ad suae vitae exitum baptismalem innocentiam haudquaquam amisisse. Humilitate insuper, *quae¿* ut ait S. Ambrosius, *virtutum omnium caput est, quae totum, velut quoddam nostrorum actuum, fovet corpus,* quam maxime excelluit Dei Famula Teresia Margarita; ipsa namque nil aliud antiquius habebat, quam *nesciri et pro nihilo reputari;* immo se omnium vilissimam et maximam peccatrieem esse fatebatur; omni sollicitudine suas virtutes, superna dona, plures, quas supra memoravimus, paenitentias aliorum oculis occultare nitebatur, et humillime de se sentiens, simultates, contumelias et iniurias hilari animo tolerare, quippe quas sibi iure debitas reputaret.

Qua maxima cordis puritate et profundissima spiritus humilitate praecellens, ad altissimum caritatis, *quod est vinculum perfectionis,* brevi illa pervenit gradum; ac tantum erat in Deum amoris incendium, quo intus aestuabat, ut saepe saepius ex ore incenso plane appareret, et in dub

cissimas ipsa raperetur ecstases. Hanc vero amoris flammam ferventi assiduoque orationis studio, rerumque divinarum meditatione, ac tenerrima erga augustissimum Altaris Sacramentum, erga Dominicam Passionem, ac peculiari erga Sacratissimum Cor Iesu devotione iam a pueritia alebat; frequentissime idcirco eucharistico pane, cui avidissime inhiabat, se reficiebat; et intimum postea fervorem continere non valens, suas socias ad hoc divinum convivium summa reverentia devotaque animi praeparatione frequentandum et dulcissimum Iesu Cor redamandum enixe hortabatur. Sed et filiali veneratione Beatissimam Dei Matrem et Virginem Mariam eiusque castissimum Sponsum S. Ioseph, ad S. Matris Fundatricis instar, semper coluit.

Item insigni proximum dilectione propter Deum complectebatur eique totis viribus benefacere studebat et animas Deo lucrifaciendi percupida, peccatores potissimum et infidelium conversionem maxime sitiebat, quam assiduis precibus et acerrimis afïïictationibus a Deo praestolabatur, utque Sorores pro ea obtinenda Deum adprecarentur impense satagebat.

Ceteras quoque virtutes, quae sui praecipue status et conditionis erant propriae, maxima alacritate, laetitia et delectatione excoluit et ad obitum usque in earum exercitio constanter perseveravit.

Non est itaque mirandum quod Deus Ancillae suae animam, ita innocentiae et paenitentiae virtute praestantem, suis donis tum naturalibus tum caelestibus, quae praeclara sunt ornamenta virtutis, affluenter elargitus est.

Fervido namque Teresia Margarita ingenio ditata, humanioribus litteris exculta, suavissimos suae pietatis et caritatis sensus concinnis italicis--ver> sibus saepe exspressit, qui nullo fucati artificio ingenua gratia renident et fervidum amorem in Deum expirant; latino quoque sermone optime pollens, psalmos, Sacrae Scripturae et Sanctorum Patrum sententias sensusque doctissime exponebat, de rebus theologicis disserens, eruditissimis mirantibus viris.

Prophetiae, penetrationis rerum occultarmi! et scrutationis cordium donis, gratia sanitatum et miraculorum in vita etiam illustrata illa fuisse fertur, quae supernaturalia dona eximiam Dei Famulae sanctitudinem haud dubie adstruunt eamque intima cum' Deo caritate coniunctam fuisse evidenter testantur.

Quo divini amoris igne magis in dies flagrans, vix vicesimum tertium annum agens, iam *cupiens dissolvi et esse cum Christo* anhelans, quasi ex improviso, acerbissimis colicae correpta doloribus, quos hilaris, ne voculam quidem lamentationis proferens, pertulit, assidue vero ardentissimi amoris

actus et ígnitas Jaculatorias preces eliciens, septima die mensis Martii anno millesimo septingentésimo septuagesimo, in Crucifixi sui Sponsi imaginem figens oculos, purissimam efflavit animam. Angelieae virginis obitus notitia vix evulgata, tota commota est Florentina civitas, quippe qnae eius sanctitatis haud parvam habebat opinionem; hinc populus turmatim ad monasterium convolat certatque cadaver conspicere et venerari ac reliquias inde enixe postulans, praesertim posteaquam nonnulla Deum mirabilia perpetrasse cognovit.

Nam biduo post mortem Dei Famulae corpus, quod ob gangrenae infectionem iam corrumpi videbatur, naturalem colorem, ac si adhuc viveret, ac pulchritudinem resumpsit, quin immo suavissimum spirabat odorem, quo pariter vestes, quibus vivens utebatur, et capilli eius, ante quam in Monasterium Anna ingrederetur a matre tonsi et Aretii in paterna domo asservati, mirum in modum olebant. Ad quindecim proinde dies dilata fuit cadaveris tumulatio, cuius incorruptibilitatem et flexibilitatem ac supernaturalem odorem illum Florentinus Archiepiscopus una cum sacerdotibus aliquot, medicis et chirurgis iuridice recognovit; quamplurimi interea ex tota Tuscia fideles ad sepulcrum concurrebant tum ad favores implorandos, tum ad gratias ob accepta beneficia rependendas.

Corpore vero terrae demandato, Teresiae Margaritae sanctitatis fama ac devotio, quae sane ex intemerata eiusdem vivendi ratione atque heroico virtutum omnium exercitio originem duxerat, nequaquam imminuebat; immo, prodigiosis sanationibus ad eius intercessionem a Deo patratis, non in Hetruria solum, verum etiam alibi diffusa est, nemine unquam contradicente, atque constans et integra apud gravissimos quoque et doctrina ac probitate eximios viros perse verabat.

Quare Archiepiscopus Florentinus, attentis rerum adiunctis, iudiciales de vita, virtutibus et miraculis Dei Famulae inquisitiones condidit; quibus rite confectis et ad Sacram Rituum Congregationem delatis et canonice excussis, fel. rec. Pius Papa Septimus, Praedecessor Noster, die quintadecima Iulii mensis, anno millesimo octingentesimo septimo, Introductionis Causae Commissionem propria manu signavit. Apud eamdem S. Congregationem peractis dein processibus apostolicis, iuridica servata forma disceptatum est de venerabilis Servae Dei virtutibus, quas cl. m. Gregorius Sextusdecimus, et ipse Decessor Noster, gradum attigisse heroicum die quartadecima Aprilis mensis, anno millesimo octingentesimo undequadragesimo, sollemniter decrevit. Supervenientibus eo tempore novis reipublicae mutationibus, molestisque in Carmelitico Florentino Monasterio, ubi sacrum venerabilis Dei Famulae corpus asservabatur, habitis vicissitudo

nibus, Causa per sexaginta annorum spatium intermissa est, quin tamen eiusdem Servae Dei sanctitatis fama silentio hoc attenuaretur. Conditis itaque super duobus miris sanationibus, quas, Venerabili Teresia Margarita intercedente, Omnipotens operatus esse dicebatur, tum Pisis tum Senis apostolicis tabulis, postquam ad iuris rigorem de iisdem sanationibus disceptatum est, Nos Ipsi die tertia Martii mensis, anno millesimo nongentesimo vicesimo nono, solemniter ediximus: *Constare de instantánea perfectaque sanatione Sororis Mariae Bucci, e Congregatione Scholarum Piarum, ab acuta tuberculari pulmonum affectione, nulla relicta cicatrice;* itemque *de instantánea perfectaque sanatione puellae Henricae Giorgi a morbo pottiano.* Die vero octava insequentis mensis Man, *tuto procedi posse ad solemnem Ven. Servae Dei Teresiae Margaritae a S. Corde Iesu Beatificationem* declaravimus. Cuius quidem solemnia in Basilica Vaticana, frequenti populo et universa Carmelitica familia exultante, die Iunii mensis nona, eodem anno, celebrata fuere.

Novis autem accedentibus miris, quae novensilis Beatae nomine invo^cato evenisse ferebantur, a b. m. Ruderico a S. Francisco Paulano, tum incliti Carmelitarum Excalceatorum Ordinis Postulatore, de Causae reassumptione ad praeclarissimae Virginis Canonizationem obtinendam preces Nobis porrectae sunt, quas Nos libenti animo accepimus iisque annuimus, ac die decima mensis Decembris subsequenti anno huiusmodi Causae reassumptionis commissionem signavimus.

Apostolica ergo auctoritate in Fiorentina, Pratensi et Taurinensi curia de tribus prodigiosis sanationibus, Beata Teresia Margarita intercedente, uti ferebatur, patratis, adornati sunt processus. Sanatione vero quae Prati evenerat iustis de causis seposita, selecta fuere duo prodigia quae Florentia^ obvenisse dicebantur, alterum Laurentium Garbagni puerum, alterum Fulviam Bazzi, Ioannis Farsetti uxorem, respicientia.

Laurentius, Iosephi Garbagni et Felicitatis Caratti filius, quadrimulus, acuta appendicite una cum abscessu et peritonaeali reactione diffusa afficiebatur. Gravissimus erat morbus, quin immo ipsa nocte diei trigesimi primi Maii, anno millesimo nongentesimo trigesimo, fere nulla sanationis affulgebat spes, uti concors erat duorum medicorum sententia, adeo ut necessariam chirurgicam operationem, sequenti mane peragendam, edixerint. Pueri mater firmissime Beatae Teresiae Margaritae confisa, particulam de eiusdem Beatae reliquiis filioli pectori apposuit, ingeminatisque precibus huius sanationem imploravit. Paulo post puer placido somno correptus fuit. Sequenti mane, pater, in regio exercitu medicus* omnia morbi symptomata evanuisse invenit: quod eodem plene confirmatum est a duobus

curantibus medicis, qui sine haesitatione sub iuramenti sanctitate sanationem miraculo tribuunt. Tres quoque periti, a S. Rituum Congregatione acciti, in medentium iudicium seu de morbi diagnosi et prognosi seu de supernaturali actione agnoscenda concorditer conveniunt.

Alterum miraculum in sanatione Eulviae Farsetti Razzi habetur. Quae, annos nata septuaginta, die octava Novembris mensis, anno millesimo nongentesimo vicesimo secundo, a veloci birota ad terram deiecta, fracturam colli sinistri femoris passa est cum totali capitis femoris seiunctione, unde artus paulisper decurtatus. Quum necessariae curationes adhiberi nequivissent, apta ossium coagmentatio perfici non potuit. Quare seu deformis callus efformatus est seu artrhosis, unde articulatio anatomice impossibilis; cui laesioni oedema et dolores addebantur. Quibus in condicionibus Fulvia septem per annos versata est sine ulla sanationis spe. Verum die decimanona Novembris mensis anni millesimi nongentesimi undetrigesimi, dum corpus Beatae Teresiae Margaritae in ecclesia S. Paulini, quo fuerat translatum, publicae fidelium veneratione erat expositum, Fulvia ligneo substentaculo et viro innixa, doloribus afflicta, ad ecclesiam accessit et ad urnam, in qua servatur Beatae corpus, pervenit. Per decem horae momenta fervidissime oravit, dein genuflexit, surrexit et libere et expedite nullo fulcimento ambulavit, frequenti populo miraculum conclamante. Peritorum unanimis est sententia de laesionis gravitate et rnsanabilitate necnon de miraculo.

De utraque mira hac sanatione, Causae Ponente seu Relatore dilecto Filio Nostro Alexandro S. R. E. Cardinale Verde, in tribus Congregationibus, quarum ultima coram Nobis ipsis, stricto, uti mos est, iudicio disceptatum est, atque, proposito dubio an et de quibus miraculis constaret post indultam ab Apostolica Sede Beatae Teresiae Margaritae a S. Corde Iesu venerationem, in casu et ad effectum de quo agebatur, tum Patres Cardinales tum Officiales et Consultores Sacrae Rituum Congregationis suam dixerunt sententiam, quam favorabilem esse laeto animo accepimus; sed de proferendo iudicio Nos cunctandum duximus maiorem divini luminis copiam imploraturi.

Die tandem Ianuarii mensis vicesima quinta huius anni, advocatis ad Nos dilectis Filiis Nostris S. R. E. Cardinalibus Camillo Laurenti, SS. Rituum Congregationis Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente, necnon dilectis Filiis Alfonso Carinci, eiusdem S. Congregationis a Secretis et Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, solemniter ediximus: *Constare de duobus miraculis Beata Teresia Margarita a S. Corde Iesu intercedente a Deo patratis, nempe: de instantánea perfectaque sanatione tum pueri Lau-*

rentii Garbagni ab appendicite acuta cum abscessu et reactioneperitonaeali diffusa; tum Fulviae Farsetti Mazzi a reliquis abnormibus et gravibus fracturae colli f emoris, sinistri artus f unctionalitatem impedientibus.

Ad nobilis autem Causae huius complementum unum apud S. Rituum Congregationem deerat discutiendum dubium an, stante duorum miraculorum approbatione post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, *tuto* procedi posset ad sollemnem ipsius Canonizationem; servata igitur, uti iuris est, praefata forma, iisdem quos supra memoravimus Patribus Cardinalibus et Sacrae Rituum Congregationis maioribus Officialibus Nobis adstantibus, die duodevicesima Februarii proxime elapsi mensis, Sacrosancto Missae Sacrificio litato, *tuto procedi posse ad Beatae Teresiae Margaritae a Sacro Corde Iesu Canonizationem suprema auctoritate Nostra decrevimus;* Nostramque decretum hoc in vulgus edi atque in Sacrorum Rituum Congregationis acta referri iussimus.

Quibus omnibus, quae supra enarraviinus, rite absolutis, ut sapientissimus a Praedecessoribus Nostris in huiusmodi tam gravis momenti negotio constitutus ordo in omnibus servaretur, in Consistorium *secretum* venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales apud Nos coegimus proxime elapsa die quinta labentis mensis Martii, in consueta Palatii Apostolici Vaticani aula; ibique dilectus Filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, Praefectus S. Rituum Congregationis, sermonem habuit de vita et miracuHs Beatorum Ioseph Benedicti Cottolengo et Conradi a Parzham, Confessorum, atque Beatae Teresiae Margaritae Redi a S. Corde Iesu, Virginis; ac recensuit acta quae in singulis eorumdem Beatificationis et Canonizationis Causis, sacra Rituum Congregatio stricto praevio examine admisit et adprobavit. Qua relatione expleta, Nos singulorum Patrum Cardinalium sententias exquisivimus et excepimus; secreto autem hoc Consistorio absoluto, continuo publicum quod vocant Consistorium habitum est, in quo dilecti Filii Aulae Nostrae Consistorialis Advocati, breviter et ipsi de eorumdem Beatorum vita, virtutibus et miraculis singillatim retulerunt; ac de Beata Teresia Margarita dilectus Filius Vincentius Sacconi sermonem habuit. Nos vero omnes Beatos illos summopere optare diximus sanctitudinis Ínfula decorare; id tamen non ante decreturos, quam in. Consistorio *semipublico,* quod nuncupatur, tum iterum Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, tum omnium, qui propius adsint, sacrorum Antistitum sententias, uti mos est, exquisierimus; ab omnibus vero expetivimus, ut interea, supplicibus Deo admotis precibus, uberioris luminis effusionem menti Nostrae impetraremus, ad id scilicet luculentius dispiciendum, quod et Dei gloria et catholici nominis incrementum in hac re postulent.

Iussimus ergo legitimos illorum Caelitum commentarios singulis Antistitibus illis tradi, ut, re cognita ac diligenter pervestigata, suam quisque posset Nobis sententiam aperire; ad diem vero duodecimam huius mensis in Consistorium quod diximus *semipublieum* coram Nobis in Palatio Apostolico Vaticano habendum illos universos convocavimus. Quos quippe in hoc amplissimo consessu brevi sermone allocuti, omnes singillatim rogavimus ut sententiam hac super re suam Nobis vellent aperire. Exceptis autem adstantium suffragiis, summopere gratulati sumus in idem ac Nos illos omnes consentire, Caelitum nempe honoribus tres Beatos illos apud militantem Ecclesiam sine mora per Nos decorari posse. Quapropter ad Beatam Teresiam Margaritam Bedi et ad Beatum Ioseph Benedictum Cottolengo quod attinet, sacras id genus caerimonias ad Sancti Petri in Vaticano, die hodierna, undevicesima Martii mensis, in festo scilicet incliti Deiparae Virginis Sponsi, peracturos diximus; eodem quippe die, quo Beatus Pompilius Maria Pirrotti in Sanctorum numerum referre iam decrevimus; Canonizationi autem Beati Conradi a Parzham diem diximus vicesimum proximi mensis Maii, festum scilicet Pentecostes. Atque omnes in Domino adhortati sumus, ut interea hoc voluntatis Nostrae propositum suppliciter Deo commendare ne intermitterent.

Quum autem faustissima a Nobis praestituta dies Caelitum honoribus decernendis Beatae Teresiae Margaritae Redi, simul et Beatis Ioseph Benedicto Cottolengo et Pompilio Mariae Pirrotti, advenerit, quamplurimi tam de clero saeculari quam regulari, Romanae Curiae Praesules et Officiales, ac venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates Vaticanam Basilicam, magnifico apparatu nitentem, et quam maxima fidelium stipatam frequentia, adiverunt; atque, devota illis supplicatione praeeuntibus, Nos Ipsi in illam solemni pompa ingressi sumus, et, augustissimo Eucharistiae Sacramento adorato, ad Nostram perreximus cathedram, ibique sedimus. Tum dilectus Filius Noster Canditus Cardinalis Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefectus et hisce Canonizationibus procurandi^ praepositus, perorante dilecto Filio Christophoro Astoni, Consistorialis Aulae Nostrae Advocato, a Nobis *instanter* postulavit ut Nos Beatos illos in Sanctorum album adscribere dignaremur. Quod cum iterum ac tertium, *instantius* nempe et *instantissime* ab eodem Cardinale per eumdem Advocatum Consistorialem actum sit, iterum atque iterum, Sanctorum omnium deprecatione interposita, Sancti Spiritus lumen menti Nostrae ferventius imploravimus, ac tandem Nos, in Divi Petri cathedra sedentes, quippe qui supremus universae Ecclesiae Magister, Nostram hanc sententiam his verbis ediximus: « *Ad honorem*

Sanctae et Individuae Trinitatis, ad, exarationem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium patrum nostrorum S. B. B. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcopwum in Urbe existentium consilio, Beatum Iosephum Benedictum Cottolengo, Beatum Pompilium Mariam Pirrotti, Beatam Teresiam Margaritam Bedi Sanctos esse decernimus et definimus ac sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali illorum memoriam quolibet anno, die eorum natali, nempe Iosephi Benedicti Cottolengo die XXX Aprilis, Pompilii Mariae Pirrotti die XV Iulii, inter sanctos confessores non Pontifices, Teresiae Margaritae Bedi die VII Martii, inter sanctas virgines, pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. - Amen ».

Qua Canonizationis formula ita a Nobis edita, porrectis Nobis precibus a praefato Advocato Consistoriali, Cardinalis Procuratoris nomine, annuentes, Decretales has sub plumbo Litteras de singulis his Canonizationibus fieri expedirique decrevimus; a Protonotariis vero Apostolicis ad perpetuam earum memoriam instrumentum confici iussimus.

Deo insuper Optimo Maximo ob hoc tantum beneficium grates, una cum cuncto adstante populo, ferventer egimus, atque primum porro novensilium Sanctorum ab ipso benignissimo Deo imploravimus patrocinium, et ad altare dein accessimus pontificale Sacrum solemni ritu litaturi.


Post autem evangelicam lectionem breve de singulis Sanctis illis elo^ gium diximus; deinde adstantibus omnibus apostolicam impertivimus bene*-dictionem ac plenariam peccatorum indulgentiam et, Deo adiuvante, Pontificale Sacrum absolvimus.

Ita ergo Sanctae novensilis istius praeclarissimae, Teresiae Margaritae a S. Corde Iesu, quae, niveus virginitatis flosculus, integerrimum eluxit vitae innocentiae et regularis observantiae specimen, aliud carmelitici viridarii ornamentum magnificum, Nostris hisce Litteris consecrata memoria, atque omnibus quae inspicienda erant rite perpensis; certa scientia, universa et singula, quae antea memoravimus, Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus, roboramos atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Volumus insuper ut harum Litterarum Decretalium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hiscemet praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero has Litteras Nostras definitionis, decreti, mandati et voluntatis infringere vel eis temerario ausu contraire vel attentare

praesumpserit, mdignati Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die undevicesima mensis Martii, in festo S. Ioseph, Deiparae Virginis Sponsi, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus. .. • .



£8 Ego IANUARIUS Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, Decanus Sacri Collegii.

£8 Ego MICHAEL Episcopus Tusculanus Cardinalis LEGA.

£8 Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Card. SBARRETTI.

£8 Ego Pr. THOMAS PIUS, Ord. Praed. Episcopus Portuensis et S. Bufinae Cardinalis BOGGIANI, Cancellarius S. B. E.

•8 Ego ALOISIUS Episcopus Praenestinus Cardinahs SINCERO.

£8 Ego HENRICUS Episcopus Veliternus Cardinahs GASPARRI.

Ego CAIETANUS tit. S. Agathae Gothorum Presbyter Cardinahs BISLETI.

Ego ALEXANDER tituli S. Augustini Presbyter Cardinalis KAKOWSKI.

Ego ACHILLES tituli S. Bernardi ad Thermas Presbyter Card. LOCATELLI.

Ego ALOISIUS tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis CAPOTOSTI, Datarius.

Ego LAURENTIUS tituli. S. Pancratii Presbyter Cardinahs LAURI, Maior Paenitentiarius.

Ego Fr. ALEXIUS HENRICUS M., O. S. M., tituli S. Susannae Presbyter Cardinahs LÉPICIER.

Ego PETRUS tituli S. Mariae trans Tiberini Presbyter Cardinahs SEGURA Y SAENZ.

Ego EUGENIUS tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinahs PACELLI.

Ego FRANCISCUS tituli S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis MARCHETTI SELVAGGIANI.

Ego Fr. RAPHAEL CAROLUS tituli «S. Praxedis Presbyter Cardinalis Rossi.
Ego IULIUS tituli S. Mariae supra Minervam Presbyter Cardinalis SERAFINI.
Ego ANGELUS MARIA tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Card. DOLCI.
Ego PETRUS tituli S. Crucis in Ierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.
Ego CAMILLUS S. Mariae Scalaris Protodiaconus Cardinalis LAURENTI.
Ego ALEXANDER S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis VERDE.

Fr. THOMAS PIUS O P. Card. BOGGfANI
Cancellarius S. B. E.

C. Card. LAURENTI
S. B, C. Praefectus.

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Can. Alfridus Liberati, *Cane. Apost. Adiutor a studiis.*

Alfridus Marini, *Scriptor Apostolicus.*

EXPEDITA

die tricésima mensis Martii, anno quartodecimo
Alfridus Marini, *Plumbator.*

Beg. in Cane. Ap., vol. LII, *n. 45.* - **Al. Trussardi, *a tabulario***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

TEIPOLITANA-MARONITARUM

NULLITATIS MATR f MONTI (**.BOUTROS** GHASJBEH ABOU-ASMA LOUBBOS)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñae Asmae Loubbos in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 30 Iulii 1935, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel ad infrascriptum subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Asmae Loubbos curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

L. i$(S. F. Morano, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 20 Maii 1935

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Asma Loubbos, défenderesse en cette cause, Nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 30 Juillet 1935, à il heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Oonste-t-ïl de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Mme Asma Loubbos, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 14 Maggio 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Re vini Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Servo di Dio Guglielmo Giuseppe Chaminade, Sacerdote secolare, fondatore della Società di Maria, detta dei Marianisti, e dell'Istituto delle Figlie di Maria Immacolata.

Martedì, 21 Maggio 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie :

1) Introduzione della Causa di Beatificazione, o dichiarazione del martirio del Servo di Dio Quinto Sié, catechista, ucciso, come si asserisce, in odio alla Fede.

2) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Bertilla Boscardin, dell'Istituto di S. Dorotea, Figlie dei Sacri Cuori.

3) Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Francesco Beniamino Richard, Cardinale di Santa Romana Chiesa, Arcivescovo di Torino.

4) Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Carlo Giuseppe Eugenio de Mazenod, Vescovo di Marsiglia, fondatore della Congregazione degli Oblati di Maria immacolata.

5) Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Francesco Faà de Bruno, sacerdote secolare, fondatore del Conservatorio della Beata Maria Vergine del Suffragio e di S. Zita.

6) Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Michele Rua, sacerdote della Pia Società di S. Francesco di Sales.

7) Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Elena Guerra, fondatrice delle Oblate dello Spirito Santo, dette di S. Zita.

8) Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Eugenia Smet, fondatrice dell'Istituto delle Ausiliatrici delle Anime Purganti.

9) Finalmente intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Gertrude Commensoli, fondatrice dell'Istituto delle Suore del Santissimo Sacramento.

An. et yol. XXVII 5 Iulii 1935 (Ser. I I , v. II) - Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE LULUA ET KATANGA CENTRALI'

ERECTIONIS PRAEFECTURAE APOSTOLICAE IN VICARIATUM

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Libenti animo ad digniorem vicariatus apostolici gradum Nos, pro supremo quo fungimur Apostolatus officio, quamlibet provehimus praefecturam apostobcam, quae ob fidelium frequentiam et fidei ardorem, magnum assequuta sit incrementum. Quae cum ita se habeant, prout accepimus, in apostolica praefectura de Lulua et Katanga Centrali in Congo Belgico, sollertibus concredita Ordinis Fratrum Minorum apostolicis curis, Nos, attentis dilecti filii illius Ordinis Ministri generalis Sedi Apostolicae oblatis precibus, nec non venerabilis fratris Ioannis Dellepiane, Archiepiscopi Stauropolitani, Congi Belgici Delegati Apostolici, favorabili voto, de consulto venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, omnibus mature perpensis, iis precibus annuendum censuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Nos, de Apostolicae potestatis plenitudine, praefecturam illam de Lulua et Katanga Centrali in vicariatum apostolicum,

eodem servato nomine iisdemque limitibus, tenore praesentium erigimus, et constituimus. Novo proinde huic vicariatui apostolico eiusque pra tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus, ceteri per orbem vicariatus eorumque Vicarii iure communi vel legitima, consuetudine fruuntur et gaudent; eosque omnibus adstringimus oneribus, et obhgationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigilla aücuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam erectionis,, constitutionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimotrigesimo quarto, die vigesima sexta mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Dominicus Jorio, ***Protonotarius Apostolicus.***
Vincentius Bianchi-Cagliesi, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco Plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. L, n. 6. - **G. Stara Tedde.**

II

DE LIBERIA

ERECTIONIS VICARIATUS APOSTOLICI LIBERIAE

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae magis christiano nomini inter infideles propagando eorumque aeternae saluti facilius procurandae prodesse videntur, ea pro supremo,, quo fungimur, apostolatus officio, sedulo studio praestare debemus. Cum itaque dilectus filius Societatis Lugdunensis Missionum ad Afros Vica-

rius generalis enixe a Nobis postulaverit ut praefectura apostolica Liberiensis, seu Liberiae, in Africa Occidentali, sedulis suorum Sodalium curis et studio concredita, ob auctum in ea fidelium numerum et fidei ardorem, attentis quoque peculiaribus eiusdem praefecturae condicionibus in vicariatum apostolicum erigeretur, Nos de venerabilium fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, omnibusque rerum adiunctis perspectis, oblatis Nobis precibus adnuendum esse censuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, Nos, de apostobcae potestatis plenitudine, tenore praesentium, quam supra diximus praefecturam apostolicam Liberiensem in Africa Occidentali in vicariatum a/postolicum evehimus, erigimus et constituimus, eodem nomine et iisdem prout in praesenti exstant limitibus servatis. Illi vero eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis iura omnia, privilegia et facultates tribuimus, quibus ceteri per orbem vicariatus eorumque Vicarii iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent; eosque omnibus adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die nona mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Joseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco J$Í Plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. L, n. 24. - Al. Trussardi.

III

NIGERIAE SEPTENTRIONALIS

NOVA ERIGITUR. PRAEFECTURA APOSTOLICA DE JOS, ET NIGERIAE SEPTENTRIONALIS PRAEFECTURAE NOMEN IN DE KADUNA MUTATUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praedecessorum Nostrorum vestigia sectantes, omni studio curare debemus ut novi erigantur vicariatus vel praefecturae iis in regionibus, missionalium curis concreditis, in quibus christiana res conspicua, Deo auctore, incrementa susceperit.

Cum itaque missionalium opera, qui in apostolica praefectura Nigeriae Septentrionalis, Societati Lugdunensi Missionum ad Afros commissa, sedulo adlaborant, uberes iam fructus percepti sint, ad hos magis magisque augendos peropportunum visum est ab eiusdem amplissimo territorio partem distrahere et novam ex ea condere Missionem.

Quapropter, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, attento super hac re venerabilis fratris Arthuri Hinsley, Archiepiscopi titularis Sardiani, Delegati Apostolici in Africa, favorabili voto, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, suprema Nostra auctoritate e praefecturae apostolicae Nigeriae Septentrion abs territorio orientalem partem seiungimus, quam in novam apostolicam praefecturam erigimus et constituimus, nomine *de Jos* nuncupandam. Illa vero complectetur civiles provincias de *Plateau* et de *Baciti,* partem provinciae de *Benuè,* ad septentrionem *Benuè* fluminis sitam, et provinciam de *Bornou* usque ad quintumdecimum latitudinis septentrionalis gradum. Novam hanc praefecturam *de Jos* eidem quam antea memoravimus Societati Lugdunensi Missionum ad Afros libenter committimus, cuius sodales sui zeli in regionem illam Christo lucrifaciendam tam praeclara hucusque exhibuerunt testimonia. Eidem vero praefecturae eiusque pro tempore Praefectis omnia concedimus iura, privilegia et facultates, quibus ceterae praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obhgationibus.

Volumus insuper ac decernimus ut praefectura Apostolica Nigeriae

Septentrionalis, territorii parte nt supra *ìmmhmt&y de Raduna* in posterum appelletur.

Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen cuiusvis notam publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis tribueretur Litteris, si exhibitae vel ostensae forent. Nulh igitur hanc voluntatis Nostrae paginam infringere vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die nona mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. G. de Propaganda Fide Praef.

Joseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco *Çfc* Plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. L, n. 25. **- AL Trussardi.**

IV

DE QUEENSTOWN ET DE GARIEP

DISTRICTUS «NORTH GLEN G-REY» A MISSIONE DE QUEENSTOWN SEPARATUR ET PRAEFECTURAE DE GARIEP ADNECTITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Libenti animo pro supremo quo fungimur Apostolatus officio praestare satagimus omnia, quae dominico gregi in partibus infidelium exstanti salubrius ac facilius regundo prodesse videntur. Cum itaque venerabilis frater lordanus Gijlswijk, Archiepiscopus titularis Euchaïtenus, Delegatus Apostolicus in Africa Meridionali, enixe a Nobis exposfculaverit ut districtus civilis de *North Cien Qrey,* ad Missionem sui iuris de *Queenstown* hucusque pertinens, ab ea iustis de causis disfcraheretur et finitimae praefecturae apostolicae de *Gariep* adnecteretur, Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinahum S. Congregationi de Propaganda Fide praeposi-

torum consilio, maius in districtu illo rei catholicae incrementum prae oculis habentes ac certum, Deo auctore, fore sperantes, re mature perpensa, oblatis precibus annuendum censuimus.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine e praefata de *Queenstown* sui iuris Missione de *North Glen Grey* districtum civilem separamus illumque praefecturae apostolicae de *Gariep* tenore praesentium unimus et assignamus.

Quae ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus ac iubemus, contrariis quibuslibet ndnime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nulli igitur hominum hanc voluntatis Nostrae paginam infringere vel ei contraire liceat, sub poenis, si quis hoc attentare praesumpserit, a iure statutis.

Datum Romae apud **S.** Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die nona mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. B OGGI AN I P. Card. FUMASONI BIONDI
Cancellarius S. B. E. ***S. C. de Propaganda Fide Praef.***

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Bcg, in Cane. Ap., vol. L, n. 28. - **Al. Trussardi.**

V

PROMONTORI! BONAE SPEI

INSULAE « SANCTAE HELENAE », « ASCENSIONIS » ET ((DE TRISTAN DE CUNHA », VICARIATUI APOSTOLICO DISTRICTUS OCCIDENTALIS « PROMONTORI! BONAE SPEI » ADNECTUNTUR.

PIUS EPISCOPUS . .

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo spirituali christifidelium, in parvis illis insulis commorantium, *Sanctae Helenae, Ascensionis* et *de Tristan de Cunha* nominibus nuncupatis, quae in Oceano Atlantico exstantes ab Africano continente longe distant,

aptius consuli queat, venerabilis frater Iordanus Gijlswijk, Archiepiscopus titularis Euchaïtenus, in Africa Meridionali Delegatus Apostolicus, a Nobis enixe postulavit, ut insulae illae vicariatui apostolico Districtus occidentalis Promontori! Bonae Spei adnecteretur.

Nos vero, qui nihil antiquius habemus, quam fidelium adhuc missionalium curis egentium, regimini melius ac facilius prospicere, de venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinahum Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, re mature perpensa, oblatis precibus annuendum censuimus.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Nos, de apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium, haec quae sequuntur statuimus ac decernimus: 1) Sanctae Helenae insulam, quae Apostolicis Litteris a s. m. Pio Papa Nono, Decessore Nostro die undecima mensis Augusti, anno millesimo octingentesimo septuagesimo quarto, datis, praefecturae apostolicae Districtus centralis Promontori! Bonae Spei adnexa est, ab eadem distrahimus et vicariatui apostolico Districtus occidentalis Promontorii Bonae Spei adiungimus atque unimus; 2) Ascensionis et de Tristan de Cunha insulas, nulla habita ratione circa iuridicam dicionem, sub qua hucusque fuerint, eidem vicariatui Districtus occidentalis Promontorii Bonae Spei in posterum subiectas volumus.

Quae ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis etiam impressis, cuiusvis vero notarii publici manu subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus haberi fidem volumus, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent.

Datum Bomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die nona mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. L, n. 26. **- Al. Trussardi.**

• VI

DE STANLEY FALLS

ERECTIONIS MISSIONIS SUI IURIS DB BENI IN CONGO BELGICO

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo latius per orbem catholica fides propagari valeat, iii ns potiss miim regionibus nondum evangelica luce conlustratis, procul dubio maxime prodest novas ibi sui iuris condere missiones. Quod quidem nunc faciendum peropportunum ducimus in ea Congi Belgici regione, ubi vicariatus apostolicus de *Stanley Falls* extat, ut uberiores in animarum bonum possint fructus proferri.

Quapropter, de venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, praehabito venerabilis fratris Ioannis Dellepiane, Archiepiscopi titularis Stauro-f politam, in Congo Belgico Delegati Apostolici voto, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa, suprema Nostra auctoritate, e vicariatu apostolico de Stanley Falls eam territorii partem separamus, quae ad orientem vertit, nempe regiones de *Beni* et de *Lubero,* ubi iam ab aliquot annis dilecti filii Augustiniani ab Assumptione Provinciae Belgicae impense adlaborant j et ex ea novam *sui iuris* Missionem erigimus et constituimus ac nomine de *Beni in Congo Belgico* nuncupari volumus.

Nova autem sui iuris Missio his qui sequuntur limitibus circumscribetur: ad orientem, vicariatus apostolici de Uganda finibus, uti modo exstant; ad meridiem, recta linea, quae, ab extrema meridionali parte lacüs Eduardi incipiens, ad locum, ubi *Lowa* flumen vigesimum octavum nieridianum tangit, finem habet; ad occidentem, hoc duodetrigesimo meridiano usque ad punctum j in quo meridianum ipsum in *Ituri* flumen incidit; ad septentrionem, ab eodem puncto *Ituri* fluminis confitentis dexteri cursu usque ad locum, in quo idem flumen vigesimum nonum tangit meridianum; deinde hoc meridiano et parallelo primo, idest praesentibus vicariatus apostolici Lacus Alberti hmitibus. Hanc autem Missionem ita finibus circumscriptam, praefatae Augustinianorum ab Assumptione Congregationi libenter concredimus, certam foventes spem eos, quo par est studio, etiam in posterum adlaboraturos, ut catholica illic religio magis ac magis in dies floreseat.

Quae autem omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus ac iubemus, Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae bisce ipsis Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die nona mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Gard. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASÒNI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

f Dominicus Spolverini, Arch. tit. Larissen., *Protonot. Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

***Loco ïfa* Plumbi**

***Beg. in Cane. Ap., vol. L, n. 23.* - Al. Trussardi.**

VII

ARGENTIN* A

DE NOVA ERECTIONE ET CmCUMSCRIPTIONE DIOECESIUM PROVINCIARUMQUE ECCLESIASTICARUM IN REPUBLICA ARGENTINA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nobilis Argentinae nationis Ecclesia, quae praeclara sui in Petri Sedem obsequii non semel exhibuit testimonia, vigilantes quoque Romanorum Pontificum curas continuo experta est. Succrescente enim in regione illa christifidehum numero fideique ardore, per saeculorum decursum novas pro rerum locorumque adiunctis dioeceses erigendas curaverunt, quae uni hucusque metropolitanae Ecclesiae suffraganeae exstiterunt, Bonaerensi nempe, a s. m. Pio Papa Nono, Decessore Nostro, Apostolicis Litteris *Immutàbili sua voluntate,* tertio nonas Martias anno millesimo octingentesimo sexagesimo quinto constitutae. Nos vero, probe noscentes ac serio considerantes catholicam rem ita illic, auctore Domino, in dies augescere, ut spiritualibus dominici gregis necessitatibus impares prorsus, prout modo exstant, episcopales sedes videantur, quo, aucto Pastorum numero, melius et

efficacius animarum bono consulatur, perutilem esse duximus novam dioecesium provinciarumque ecclesiasticarum tota Argentina Republica constitutionem. Quapropter, praehabito venerabilis fratris Phihppi Cortesi, Archiepiscopi Siracensis, in Republica illa Nuntii Apostolici, favorabili voto, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, ea quae sequuntur statuimus ac decernimus: Decem novas dioeceses in Republica Argentina erigimus et constituimus, scilicet: *Jujuiensem, Riojensem, Mendozensem, Sancti Ludovici in Argentina,, de Rio Cuarto, Rosariensem, Mercedensem, Azulensem, de Bahia Blanca, Viedmensem.* Dioecesis *Jujuiensis* territorio constabit, quo et eiusdem nominis provincia civilis, hucusque ad dioecesim Saltensem pertinente, ac paroecias complectetur: *Ssmo Salvador, San Fedro de Rio Negro, N. S. del Rosario de Ledesma, Perico del Carmen, Perico de San Antonio, Titeara, Tumbaya, Humahuaca, Valle Grande, Chochinoca, Santa Catalina, Rinconada, Yavi* vulgo nuncupatas, quas idcirco a Saltensi dioecesi separamus. Novae huius dioecesis sedem episcopalem in *Jujuy* urbe constituimus; cathedram vero in ecclesia Sanctissimi Salvatoris. Dioecesis *Riojensis* eiusdem nominis provinciae territorium comprehendet, hucusque ad Cordubensem dioecesim spectans, paroecias videlicet: *La Rioja, Aimogasta, Castro Barros, Chilecito, Famatina, Olta, Tama, Ulapes, Villa Unión,* quas propterea ab ipsa seiungimus Cordubensi Dioecesi. Sedem autem episcopalem in *La Rioja* urbe, et cathedram in ecclesia Sancti Nicolai Barensis in eadem urbe exstante constituimus. Dioecesis *Mendozensis* territorio efformabitur, quod a dioecesi Sancti Ioannis de Cuyo avellimus, comprehendens tum provinciam civilem *Mendoza,* seu paroecias: *San Nicolas, N. S. de Loreto, I. Corazón de Maria, Santo Domingo, San José, Guaymallen, Rodeo de la Cruz, Lavalle, Las lleras, Godoy Cruz, C arrodilla, Lujan, Maipú, Rodeo del Medio, San Martin, Junin, Rivadavia, S. Rosa, La Paz, Tunuyan, Tupungato, San Carlos, San Rafael, Malargue, Alvear,* tum territorium seu vulgo *gubernación de N cuquen.* Huius autem dioecesis sedem episcopalem in *Mendoza* urbe constituimus; cathedram vero, donec aliter provideatur, in paroeciali ecclesia Beatae Mariae "Virginis Lauretanae, ad instar ecclesiae cathedralis interim habenda. Dioecesis *Sancti Ludovici in Argentina* paroeciis constabit: *San Iiuis, Saladillo, San Roque, Villa Mercedes, Nueva Galia, Renca, Santa Rosa, San Martin, San Francisco, Lujan,* quorum territorium pariter a dioecesi Sancti Ioannis de Cuyo, ad quam hucusque pertinuit, seiungimus. Urbem vero *S. Luis* ad civitatis episcopalis fastigium extoUimus et in ea exstantem B. M. V. Immaculatae Conceptionis ecclesiam matricem, sub eodem titulo permausuram, cathedralem constituimus. Dioecesis *de Rio*

Cuarto has complectatur paroecias, quas a dioecesi Cordubensi separamus: *La Inmaculada, N. S. de las Mercedes, Gigena, Moldes, Sampacho, Berrotardn, Makenna, La Carlota, Reducción, Laboulaye, U cacha, Lavalle, Serrano, Villa Huidobro, Jovita, Corral Bustos, Isla Verde, Laborde.* Sedem vero episcopalem in *Rio Cuarto* urbe et cathedram in ecclesia B. M. V. Immaculatae Conceptionis fìgimus. Dioecesis *Rosariensis,* cuius territorium e dioecesi S. Fidei in America Meridionali avellimus, has quae sequuntur paroecias saeculares complectetur: *Armstrong, Las Rosas, Montes de Oca, Arequito, Arteaga, Casilda, Chabas, Chañar Ladeado, Los Quirquinchos, San José de la Esquina, Bigand, Alcorta, Constitución, Paz, Santa Teresa, Carmen, Elortondo, Firmat, Lazarino, Magiolo, Rufino, San Urbano, Venado Tuerto, Villa Cañés, Cañada de Gómez, Correa, Froilán Palacios, Santa Teresa {Totoras), Serodino, Villa Eloisa, Acebal, Perez, Pueblo Aguirre, N. S. del Rosario, Santa Rosa, San José, La Concepción, San Antonio, N. S. de Lourdes, La Guardia, N. S. de la Merced, Barrio Bélgrano, Alberdi, Carcarañd, Roldan, Zavalla;* nec non has paroecias regulares: *Aarón Castellanos, San Gregorio, Alvarez, Villa Diego, I. Corazón de Maria, Maria Auxiliadora, N. S. del Perpetuo Socorro, San Francisco Solano, San Miguel, San Lorenzo.* In urbe vero *Rosario* sedem episcopalem constituimus et cathedram in ecclesia matrici B. M. V. a Ssmo Rosario dicata, usquedum altera habeatur aptior ecclesia. Dioecesis *Mercedensis* territorium, quod a dioecesi de Plata disiungimus, quae sequuntur paroecias in primis complectetur: *Mercedes, Suipacha, Navarro, San Andrés de Giles, Rojas, Junin, Sagrado Corazón, General Arenales, Leandro N. Mem, Chacabuco, Rawson, Salto, Carmen de Areco, IX de Julio, French, Chivücoy, Alberdi, Bragado, General Viamonte, Lincoln, Boberts, Luyan, General Pinto, Ameghino, General Villegas, Bunge, Banderaio, Carlos Tejedor, Tres Alagarrobos, Rivadavia, Trenque Lauquen, Berutti, XXX de Agosto, Pehuajó, Mones Cazón, Passo, Carlos Casares, Pellegrini, Saliqueló;* atque praeterea territorii *Gobernación de la Pampa* partem septentrionalem, quae continet sequentes districtus: *Santa Bosa, Rangul, Realicó, Chapaleufú, Marañó, Trenel, Conhelo, Quemú-Quemi, Catriló, Toay, Leventué, Chalileo, Chical-Co.* In *Mercedes* autem urbe episcopalem sedem statuimus, cathedram vero in ecclesia ibidem exsistente sub titulo B. M. V. a Mercede. Dioecesis *Azulensis* territorii parte dioecesis de Piata efformabitur, has complectente paroecias: *Azul, Cachari, Chillar, Generat Belgrano, Las Flores, Pila, Ayacucho, Tandil, Rauch, Juárez, Tapalqné, General Alvear, Roque Pérez, Saladillo, XXV de Mayo, De la Riestra, Ernestina, Bolivar, Laprida, Olavarría, Hinojo, Colonias San Miguel, General Lamadrid.* Huius autem dioecesis sedem episcopalem in urbe *Azul* constituimus et cathedram in ecclesia sub titulo B. M. V. a Ssmo Rosario.

Dioecesis dein *de Bahia Blwica* dioeceseos de Plata territorii parte constituenda, has comprehendet paroecias: *Bahia Blanca, Ing. Wite, Villa Mitre, Punta Alta, Puerto Militar, Patagones, Villarino, Tornquist, Saavedra, Pigile, Arroyo Corto, Puan, Lopez Lecube, Carhué, San Miguel de Gazcón, Guamaini, Coronel Suarez, Colonia II San José, Colonia III Santa Maria, Huanguelén, Caseros, Coronel Pringles, Coronel Dorrego, Tres Arroyos, Orense, Gonzalez Chaves, Déla Garma, Necochea, Juan N. Fernandez, S. Ca/y etano, Loberia, Quequén-,* nec non meridionalem territorii partem *gobernación de la Pampa,* hos amplectentem districtus: *Puelén, Limay, Mahuida, Utracan, Atranco, Guatraché, U cal, Lihuel, Colei, Cur acó, Calen Calen* cum duabus tantum canonice erectis paroeciis *General Acha* et *Guatraché.* Volumus autem ut episcopalis sedes in *Bahia Blanca* urbe sit, et ibidem exsistens ecclesia matrix, Deo in honorem B. **M.** V. a Mercede dicata, ac sub eodem titulo permansura, tanquam ecclesia cathedralis adhibeatur, usquedum aliter provideatur. Dioecesis demum *Viedmensis* quatuor territoria, seu *gobernaciones* amplectetur, nempe: *Bio Negro, Chubut, Santa Cruz,* et *Tierra del Fuego,* quae ab archidioecesi Bonaerensi dividimus ac separamus. Novae autem huius dioecesis sedem episcopalem in *Viedma* urbe, Episcopi vero cathedram in ecclesia matrici sub titulo Beatissimae Mariae Auxiliatricis constituimus. Harum itaque decem novarum dioecesium singulas ecclesias, in quibus Episcopi cathedram constituimus, ad ecclesiarum cathedralium gradum et dignitatem provehimus; eisdemque earumque pro tempore Antistitibus omnia concedimus iura et privilegia, honores, insignia et favores quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque Episcopi iure communi fruuntur et gaudent; itemque omnia Episcopis ipsis iniungimus onera et obligationes, quibus ceteri per orbem Antistites adstringuntur. Cum autem huius temporis adiuncta haud permittant ut novis in istis dioecesibus canonicorum capitula modo instituantur, indulgemus ut pro canonicis ad iuris tramitem consultores dioecesani interim eligantur. Mandamus insuper ut, quamprimum fieri poterit, iuxta Codicis iuris canonici praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus traditas aut tradendas, in unaquaque nova hac dioecesi parvum saltem seminarium erigatur; itemque ut singulae dioeceses, suis sumptibus binos delectos iuvenes, aut modo saltem unum, in Pontificium Seminarium Pium Latinum Americanum de Urbe, non interrupta vice mittant, ut sub fere Romani Pontificis oculis in spem Ecclesiae illi instituantur. Quod vero ad earumdem dioecesium regimen et administrationem attinet, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt. Quod autem ad clerum praecipue spectat, statuimus ut, simul ac unius-

cuiusque dioecesis erectio ad exsecutionem mandata fuerit, eo ipso clerici ecclesiae illi seu dioecesi censeantur adscripti in cuius territorio legitime exstant. Volumus insuper ut acta et documenta omnia, cunctas istas dioeceses, earumque clericos ac fideles respicientia, a singulis dioecesium, a quibus seiunctae sunt novae dioeceses, Cancellariis, quam primum fieri poterit, earumdem Episcopalibus Curiis tradantur, ut in earum archivis serventur. Episcopalem insuper mensam uniuscuiusque huius dioecesis reditus atque oblationes constituent, quae ad hunc finem iam collecta sunt, vel colligentur, iis quas antea memoravimus dioecesibus uti supra erectis et constitutis, opportunum quoque duximus hierarchiam ecclesiasticam aliter in Republica Argentina ordinare. Quapropter, praeter Bonaërensem ecclesiasticam provinciam, unam, uti diximus, illic iam exsistentem, sex alias provincias, tenore praesentium eademque suprema auctoritate Nostra, erigimus ac statuimus, nempe: *Cordubensem in America, De Plata, Paranensem, Saltensem, 8. Fidei in America Meridionali, 8. Ioannis de Cuyo.* A Bonaerensi igitur provincia et ab eius metropolitana ecclesia sedes omnes, quae ipsi hucusque suffraganeae fuerunt, videlicet: Catamarcensem, Cordubensem in America, Corrientensem, de Plata, Paranensem, Saltensem, S. Ioannis de Cuyo, S. Fidei in America Meridionali, S. Iacobi de Estero, Tucumanensem separamus, eique posthac *Mercedensem* et *Amlensem* dioeceses uti suffraganeas assignandus. Provincia ecclesiastica *Cordubensis* efformabitur Ecclesia Cordubensi, quam ad ecclesiae metropolitanae gradum et dignitatem extollimus, nec non dioecesibus *Biojensi* et *de Bio Cuarto,* quas illi tamquam suffraganeas subiicimus. Provincia ecclesiastica *de Plata* amplectetur Ecclesiam *de Plata,* quam ad ecclesiae metropolitanae dignitatem evehimus, atque dioeceses *de Bahia Blanca* et *Vieämensem,* quae illi suffraganeae erunt. Provincia ecclesiastica *Paranensis* eiusdem nominis ecclesia, quam metropolitanam constituimus, constabit, nec non dioecesibus *Corrientensi* et *8. Iacobi de Estero,* quae ipsi in posterum erunt suffraganeae. Item provincia ecclesiastica *Saltensis* comprehendet tum ecclesiam Saltensem, quam ad metropolitanae gradum provehimus, tum dioeceses *Catamarcensem* et *Jujujensem,* quae illi proinde uti suffraganeae erunt subiectae. Provincia vero *8. Fidei* in America Meridionali, huius nominis ecclesiam, quae metropolitana posthac erit, amplectetur et cathedrales ecclesias *Tucumanensem* et *Rosariensem.* Provincia denique ecclesiastica *8. Ioannis de Cuyo* dioecesi S. Ioannis de Cuyo, quam ad metropolitanae ecclesiae gradum extollimus, constabit et *Mendozensi* et *8. Ludovici* ***in*** *Argentina* dioecesibus, quas idcirco ipsi uti suffraganeas subiicimus. Singulis itaque sex novis, quas diximus, metropolitanis ecclesiis, earumque pro tempore Archiepiscopis omnia concedimus iura et privilegia, quibus cete-

rae metropolitanae ecclesiae et illarum Antistites iure communi fruuntur; iisdemque illos oneribus et obligationibus adstringimus. Archiepiscopis vero facultatem peculiariter tribuimus Crucem ante se deferendi et sacro Pallio utendi, postquam tamen hoc in sacro consistorio ab Apostolica Sede de more postulatum et impetratum fuerit. Sex insuper cathedralium ecclesiarum, quae a Nobis in metropolitanas sunt erectae, Capitula ad Metropolitam Capituli dignitatem et gradum pariter evehimus, cum omnibus iuribus et privilegiis, honoribus et praeeminentiis, quibus cetera metropolitana capitula iure communi donantur.

Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda, venerabilem quem supra memoravimus fratrem Philippum Cortesi, in Argentina Republica Nuntium Apostolicum, deputamus eidemque necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; onus vero eidem imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem actorum omnium peractae exsecutionis exemplar infra sex menses, ab his Litteris acceptis computandos, transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine f aetas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus Sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate* scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quibusvis alüs Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem quae hisce Litteris Nostris dismembrationis, erectionis, evectionis, constitutionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae statuta sunt, infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu

temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die vicesima mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis** a **Secretis.

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. L, n. *39.* - **Al. Trussardi.**

VIII

MANILANA

PROVINCIA ECCLESIASTICA MANILANA DISMEMBRATIO ET NOVA CAEBTJANA PROVINCIA ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romanorum Pontificum semper cura fuit ut novae in orbe catholico erigerentur provinciae ecclesiasticae quoties vel ob auctum ecclesiarum suifraganearum numerum vel alias ob iustas causas id expedire in Domino visum fuerit. Cum igitur Apostolicae Sedi expositum fuerit plurimum conferre rei catholicae rectaeque dioecesium administrationi si provincia ecclesiastica Manilana, quae numero dioecesium suffraganearum nimis excrevit, divideretur et altera provincia ecclesiastica erigeretur, Nos, probe noscentes id in animarum bonum cessurum, propositae dismembrationi et erectioni annuendum censuimus. Quam ob rem, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel. eorum qui sua interesse praesumant, consensu, apostolicae potestatis plenitudine dioeceses Ssmi Nominis Iesu seu Caebuanam, Calbayoganam, Iarensem, Zamboagensem, De Bacolod, et Cagayanam a provincia ecclesiastica Manilana distrahimus et ex iis novam constituimus provinciam ecclesiasticam Caebuanam appellandam. Episcopalem idcirco sedem Caebuanam ad ecclesiae metropolitanae gradum et dignitatem evehimus et extollimus cum omnibus iuribus, privilegiis et praerogativis, quibus ceterae metropolitanae ecclesiae iure communi fruuntur. Cuius proinde Praesules pro tempore archiepiscopali titulo decorabuntur, eisque omnia

concedimus iura, privilegia, honores, quibus ceteri Archiepiscopi ad iuris tramitem gaudent, praecipue vero ius intra ânes suae provinciae Crucem ante se ferendi et Sacro Pallio utendi, quo tamen uti poterunt postquam illud in Sacro Consistorio postulatum et obtentum fuerit. Quare venerabilem fratrem Gabrielem Reyes, qui Ss. Nominis Iesu seu Caebuanam sedem in praesenti obtinet, Archiepiscopi titulo, dignitate iuribus et privilegiis iisdem Nostris hisce Litteris augemus atque talem ab omnibus haberi volumus. Dioeceses autem Calbayoganam, larensem, Zamboagensem, de Bacolod et Cagayanam una cum earum clero et populo, ab Archiepiscopi de Manila iure metropolitico subtrahimus, illasque suffraganeas constituimus novae metropolitanae ecclesiae Caebuanae; cuius proinde metropolitico iuri eas una cum earum pro tempore Antistitibus subiicimus.

Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda venerabilem fratrem Guhelmum Piani, Archiepiscopum titularem Nicosiensem, in Insulis Philippinis Delegatum Apostolicum, deputamus, eidemque necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, virum in ecclesiastica dignitate constitutum eique onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar, intra sex menses ab his Litteris datis computandos, transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Volumus insuper ut earum transumptis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, evéctionis, constitutionis, subiectionis, mandati, statuti derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die duodetricesima mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicum,*

Loco *Çfe* Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. L, n. 52. - Al. **Trussardi.**

IX

DE EOUMBAM

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE FOUMBAM IN AFRICA CENTRALI IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

• PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo apostolicae praefecturae in quibus, missionalium opera et studio, christiana res notabiles fecerit progressus, aptius regantur, ibique maius eonsequatur animarum bonum, valde opportunum videtur eas ad potiorem vicariatus apostolici gradum et dignitatem evebi. Cum itaque praefectura apostolica de Foumbam in Africa Centrali ob zelum et sollertes curas Sodalium Congregationis Sacerdotum a S. Corde Iesu, cui Missio illa credita est, non parum postremis hisce temporibus incrementum susceperit, Nos oblatis precibus dilecti filii Superioris generalis eiusdem Congregationis, quibus a .Nobis expostulavit ut praefectura illa in vicariatum apostolicum erigeretur, libentissime annuendum censuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, de venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium S. Congregationi d.e Propaganda Fide praepositorum consilio, praefecturam de Foumbanin vicariatum apostolicum, eodem servato nomine iisdemque limitibus, apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium provehimus, erigimus et constituimus. Novo proinde huic vicariatui eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem vicariatus eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent, eosque omnibus adstringimus oneribus et obhgationibus quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, aut excerptis etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si exhibitae, vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario

hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die vigesima octava mensis Maii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH.- PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius** S. **B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Becanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

***Meg. in Conc. Ap., vol. L, n. 42.* - Al. Trussardi.**

X

DE EAJABURI

MISSIO DE RAJABTJRI IN SIAM IN PRAEFECTURAM APOSTOLICAM ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad Christianum nomen magis propagandum atque enascentis cuiusvis in partibus infidelium ecclesiae regimen facilius reddendum valde quidem iuvat firmior ecclesiae illius constitutio. Ita aliqua sui iuris Missio, quae Evangelii praeconum opera studioque maius susceperit incrementum, iure meritoque ad apostolicae praefecturae primum et vicariatus dein gradum et dignitatem a Eomano Pontifice, cui omnium ecclesiarum summa inest sollicitudo, elevatur. Quae cum ita sint, prout accepimus, in Missione de Eajaburi. in Siam, Societati S. Francisci Salesii commissa, cumque istius Superior generalis expostulaverit ut ad praefecturae apostolicae gradum Missio illa proveheretur, Nos, de consilio venerabilium fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, prae ocuUs habentes tum praeclara de apostolicis operibus in Missione illa vel erectis vel adauctis testimonia, tum venerabilis fratris Columbani Dreyer, Archiepiscopi titularis Adulitani, in Indosinensi regione Delegati Apostolici, favorabile votum, oblatis precibus libenti animo annuendum censuimus. Quare, supplet d, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, de apostolicae potestatis plenitudine Missionem sui iuris de Eajaburi, eodem nomine iisdemque finibus

servatis, ad ampliorem apostolicae praefecturae gradum dignitatemque extollimus, eamque novam praefecturam Societatis quam supra memoravimus S. Francisci Salesii Sodalium curis ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum, uti antea, commissam volumus. Eidem vero praefecturae apostolicae eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceterae per orbem praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent; eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus.

Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen cuiusvis notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini igitur hanc paginam evectionis, constitutionis, concessionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die vicesima octava mensis Maii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco *Cfr* Plumbi

Beg. in Cam. Ap., vol. L, *n.* ***50.*** **- Al. Trussardi.**

XI

DE SHENCHOW

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SHENCHOW IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad potiorem vicariatus apostolici dignitatem libentissime provehimus praefecturas illas apostolicas, in quibus catholicum nomen impensis Missionalium curis insigne, auctore Domino, susceperit incrementum. Quod quidem non parum proficere videtur ad christianam plebem utilius ac

salubrius pascendam et gubernandam. Cum itaque dilectus filius Congregationis Clericorum Excalceatorum Ss. Crucis et Passionis **D.** N. Iesu Christi Praepositus generalis ab Apostolica Sede expostulaverit, ut praefectura apostolica *de Shenchow* in Sinis, suae Sodalitatis Patribus commissa, ob non exiguum fidei incrementum in ea susceptum et peculiaria rerum locique adiuncta, in vicariatum apostolicum constituatur, Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, praehabito quoque venerabilis fratris Celsi Costantini, Archiepiscopi titularis Theodosiopolitani in Arcadia, iam in Sinis Delegati Apostolici, favorabili voto, re mature perpensa, oblatis precibus annuendum censuimus. Suppleto, igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, Nos, de Apostolicae potestatis plenitudine, praefecturam illam *de Shenchow* in vicariatum apostolicum, eodem servato nomine iisdemque finibus, erigimus et constituimus, atque eidem, quam supra memoravimus, Congregationi ad Nostrum et Apostolicae Sedis beneplacitum concredimus. Novo proinde huic vicariatui apostolico eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia et potestates, quibus ceteri per orbem vicariatus eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent; eosque omnibus adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini vero hanc paginam erectionis, constitutionis, concessionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die vicesima octava mensis Maii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E...

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Vincentius Bianchi-Gagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*
Hector Castelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. L, n. 48. - **Al. Trussardi.**

XII

DE UGANDA

NO YUS VICARIATUS APOSTOLICUS DE RUWENZORI ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Martyrum sanguinem semen esse christianorum non in prioribus tantum Ecclesiae aetatibus clarissime patuit, verum etiam per saeculorum decursum et nostris etiam temporibus manifesto apparet. Quod quidem in Ugandia Africae Centralis regione illa plurium Beatorum Martyrum sanguine irrigata et apostolico Patrum Societatis Missionariorum Africae zelo concredita, feliciter evenire novimus ac vehementer gratulamur. In ea namque ac potissimum in vicariatu apostolico de Uganda, qui territorii amplitudine quam maxime patet, fidelium et catechumenorum numerus nec non eruditionis caritatisque opera tantum postremis hisce temporibus increverunt, ut nequeat vicariatus ille ab uno regi et gubernari Pastore. Quapropter, quo fidei christianae incremento et animarum curae melius aptiusque illic consulatur, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, a vicariatus de Uganda territorio occidentalem partem, vulgo *Western Province* nuncupatam, distrahere et novum ibi vicariatum erigere censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum, qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, Nos, de Apostolicae potestatis plenitudine, a vicariatu apostolico de Uganda partem illam seiungimus ac separamus, quae quatuor haec civilia territoria complectetur, nempe de *Bunyoro, Ankole, Toro et Kigezi-*, ac novum ex illa vicariatum apostolicum de *Buwenzori* nuncupandam, erigimus et constituimus, cuius fines iidem erunt ac praefatorum civilium territoriorum confinia. Novum autem vicariatum hunc de *Buwenzori* dilectis Filiis Societatis, quam antea memoravimus, Missionariorum Africae Patribus libenter concredimus. Eidem insuper vicariatui eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura privilegia et potestates, quibus ceteri per orbem vicariatus apostolici eorumque vicarii iure communi fruuntur et gaudent; eosque iisdem adstringimus oneribus et obhgationibus, quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litte-

rarum transumptis aut exeerptis etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus fidem haberi, quae hisce praesentibus tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini igitur hanc paginam erectionis, constitutionis, concessionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die vicesima octava mensis Maii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Dominicus Spolverini, Archiep. Lariss., ***Prot. Apostolicus.***
Vincentius Bianchi-Gagliesi, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. L, n. 46. - **Al. Trussardi.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

BEATISSIMAE VIRGINIS MARIAE A SS.MO ROSARIO SEU POMPEIANA

DE MUTATIONE PRAELATURAE «NULLIUS» FINIUM

DECRETUM

Praelatura *nullius* B. Virginis Mariae a Ssmo Rosario seu Pompeiana praeclarissima est tum Mariani cultus observantia ac fervore, tum praestantia operum religionis, quae sub protectione ac veluti sub oculis Deiparae aluntur et provehuntur, tum etiam Christifidelium frequentia qui, ob peculiarem erga Beatam Mariam Virginem a Ssmo Rosario devotionem, ad eius Basilicam undique veneraturi accedunt. Ut autem memorata Praelatura, inclusa nunc Marialibus Aedibus et adnexis Operibus, congruum aptumque habeat externum territorium, quo uberius vita religiosa ibidem explicari valeat, utque fideles qui in civitate Pompeiana, vel prope continens Sanctuarium incolunt illudque frequentant atque a Sede propriae dioecesis dissiti exstant, pro ipsorum bono ac commodo sub spirituali regimine ac iurisdictione eiusdem Praelaturae maneant, Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, re maturo consilio perpensa, peropportunum duxit, dum industriosa modo impenditur opera ad Basilicam B. **M.** Virginis affabre amplificandam, ambitum quoque Praelaturae esse dilatandum: cernens id et in maiorem Genitricis Dei gloriam et in fidelium utilitatem cessurum. Quare, Apostolicae potestatis plenitudine ac supplet o, quatenus opus sit, quorum intersit eorumve qui sua interesse praesumant consensu, praesenti Consistoriali Decreto statuit, ut Praelatura Pompeiana his, qui sequuntur, circumscribatur Umitibus: ad orientem a via *SarnelU* et via *Cr apolla;* ad meridiem a canale *Bottaro,* via *Astolella,* cursu fluminis *Sarno,* ac dein canale *Fontanelle* et alveo eiusdem nominis; ad occidentem ab extrema parte alvei *Fontanelle,* alveo *Bonifica*

del Sarno, via *S. Antonio* et via *Ponte Zappetto;* ad septentrionem a via *Casone Grotta* et via *Sarnelli.* Territorium itaque supra descriptum a respectivis dioecesibus Nolana et Castri Maris, ad quas ex parte hactenus pertinuit, plene ac perpetuo dismembretur, idemque posthac territorium praefatae Praelaturae esto. Decrevit insuper Sanctitas Sua ut Pontificium Sanctuarium Pompeianum, quod Constitutione Apostolica «Beatissimae Virginis », die 8 Maii 1926 edita, praefatae Praelaturae attributum fuit. eidem, sicut antea, coniunctum remaneat, distinctam tamen retinens iuridicam personalitatem; illudque, una cum adnexis Operibus, Praelatus *nullius* Pompeianus tam in spiritualibus quam in temporalibus administrant sub immediata dependentia Sanctae Sedis.

Ad haec exsecutioni mandanda, eadem Sanctitas Sua deputare dignata est Excmum P. D. Antonium Anastasium Bossi, Patriarcham Constantinopolitanum et Praelatum memoratae Praelaturae, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quamlibet personam in dignitate ecclesiastica constitutam; facto onere transmittendi quam primum ad hanc S. Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Bomae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 8 Mah anni .1935.

Fr. R. C. Card. Bossi, *a Secretis.*

L.,© S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISTO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

25 Aprilis 1935. — Titulari episcopali ecclesiae Tiniensi praefecit E. P. Iosephum Philippe, Superiorem generalem Congregationis sacerdotum a S. C. L, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis Exc P. D. Petri Nommesch, Episcopi Luxemburgensis.

1 Maii. — Cathedrali ecclesiae Tirasonensi Exc. P. D. Nicanorem Mutiloa, hactenus Episcopum Tit. Ilieropolitanum;

— Cathedrali ecclesiae Oxomensi R. D. Thomam Gutiérrez Diez, cano-^ nicum cathedralis ecclesiae Palentinae;

I Maii. — Cathedrali ecclesiae Mondoniensi **E.** D. Benjamin De Arriba Castro, canonicum cathedralis ecclesiae Matritensis;

— Cathedrali ecclesiae Almeriensi B. D. Didacum Ventaja Milán, canonicum Sacri Montis Granatensis;

— Cathedrali ecclesiae Cauriensi B. P. Franciscum Barbado Viejo, Ordinis Praedicatorum.

5 Maii. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Dercensi B. D. Henricum Montalbetti, canonicum ad honorem metropolitanae ecclesiae Mediolanensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Coelestini Endriei, Archiepiscopi Tridentini.

— Cathedrali ecclesiae Anglonensi-Tursiensi Exc. P. D. Laurentium Iacobum Inglese, hactenus Episcopum Candiensem;

— Cathedrali ecclesiae Andriensi B. D. Paulum Rostagno, praepositum-parochum oppidi *Casalgrasso* in archidioecesi Taurinensi;

— Cathedrali ecclesiae Alatrinae B. D. Eduardum Facchini, rectorem Collegii episcopalis Sorani;

— Cathedrali ecclesiae Nolanae B. P. Michaelem Raphaelem Camerlengo, O. Fr. M.

II Maii. — Titulari episcopali ecclesiae Arycandensi R. D. Annuntiatum Serafini, parochum S. Iosephi in civitate *La Plata,* quem constituit Auxiliarem Exc. P. D. Francisci Alberti, Archiepiscopi de Plata.

18 Maii. — Titulari episcopali ecclesiae Nisenae in Lycia R. D. Thomam Me Laughlin, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Thomae Iosephi Walsh, Episcopi Novarcensis.

21 Maii. — Cathedrali ecclesiae Seniensi, cum administratione perpetua dioecesis Modrussensis, R. D. Victorem Buric, professorem in Seminario Seniensi.

29 Maii. — Cathedrali ecclesiae Lingonensi R. D. Georgium Ohoquet, Vicarium Generalem Parisiensem;

— Cathedrali ecclesiae BeUicensi R. D. Amadaeum Maisonobe, rectorem Maioris Seminarii S. Fiori;

— Cathedrali ecclesiae Montis Albani R. D. Eham Durand, parochum decanum in Archidioecesi Aibiensi;

— Cathedrali ecclesiae Ambianensi R. D. Lucianum Martin, parochum in civitate Nanceiensi.

I Junii. — Cathedrali ecclesiae de Santos R. D. Paulum Tarsensem Campos, parochum in civitate S. Pauli in Brasilia.

8 Iunii. — Cathedrali ecclesiae Barrensi R. D. Bodulphum de Oliveira Penna, parochum oppidi *Untre Pios,* in archidioecesi Mariannensi.

II Iunii. — Praelaturae *nullius* S. Luciae* cum ecclesia cathedrali

Pactensi *ad personam* unitae, Exc. P. I). Antonium Mantiero, Episcopum Pactensem.

15 Iunii. — Cathedralibus ecclesiis Maceratensi et Tolentinae* invicem perpetuo unitis, Exc. P. D. Dominicum Argnani, hactenus Episcopum Conversanensem.

III

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE

Excmus P. D. Eirminus Lafitte, Archiepiscopus Cordubensis, ad normam can. 1594, § 2, designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii de Rio Cuarto.

Sacra Congregatio Consistorialis praefatam designationem, die 29 Aprilis 1935, approbare dignata est.

IV

DESIGNATIO METROPOLITANI PRO CONCILIO PROVINCIALI

Excmi ac Revmi Domini: Edvinus Byrne, Episcopus S. Ioannis Portoricensis, et Aloisius Willinger, Episcopus Poncensis, Sanctae Sedi immediate subiecti, iuxta can. 285 Codicis iuris canonici, designarunt Metropolitam S. Christophori de Habana, cuius Concilio provinciali intersint.

Quam designationem Sacra Congregatio Consistorialis approbare dignata est die 20 Februarii 1935.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

MONITUM.

Sacerdos Ioseph Naayem, e dioecesi Amidensi Chaldaeorum, absque debita licentia Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali extra patriarchatum suum adhuc commoratur, per varias dioeceses Americae Septentrionalis pervagando.

Ad normam Decreti « Non raro accidit » editi a Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali die 2 Ianuarii a. 1930, locorum Ordinarii praefatum sacerdotem ad Missae celebrationem ne admittant.

SACRA CONGREGATIO RITUUM"

E OMAN A SEU IANUEN.

CANONIZATIONIS B. PAULAE FRASSINETTI, VIRGINIS FUNDATRICIS CONGREGATIONIS SORORUM A S. DOROTHEA.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio reassumptionis Causae Canonizationis praedictae Beatae in casu et ad effectum de quo agitur.

Beatae Paulae Frassinetti tanta erat cum divina Voluntate consensio, ut summum gaudium in ea adimplenda poneret, dicere solita: *Bei Voluntas paradisus meus.* Generosam Famulam suam Dominus, iustus et magnificus retributor, non solum caelesti praemio iam coronavit, quod beatificationis honoribus die 8 lumi anno 1930 ciimulavit, sed et videtur ulteriori gloria in terris quoque munificentius eam extollere velle, novis eius interventione patratis, uti fertur, signis.

Quapropter postulatoriae litterae Sanctissimo Domino Nostro porrectae sunt, ut eiusdem Beatae canonizationis causa apud Sacram hanc Congregationem resumi queat, inter quas recensentur eae quae datae sunt ab Emo et Emo Cardinali Maiori Paenitentiario et ab Emo et Emo Cardi-

nali Archiepiscopo Ianuensi, a Praeposito Generali S. I. et a Generali Antistita Congregationis Sororum a S. Dorothea, a Beata fundatae.

Instante itaque Emo P. Carolo Mccinelli S. I., causae huius postulatore, in Ordinario S. B. C. coetu die 2 mensis huius habito, Emus ac Emus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum: *An signanda sit Commissio reassumptionis Causae praedictae Beatae in casu et ad effectum, de quo agitur.* Emi ac Rmi PP. Cardinales sacris tuendis ritibus praepositi, omnibus perpensis, audito quoque R. P. D. Salvatore ÏTatucci, Fidei Promotore Generali, rescribere censuerunt: *Affirmative* seu *signandam esse Commissionem reassumptionis Causae Canonizationis B. P aulae Frassinetti, Virginis, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem subsignata die Ssmo D. *IS.* Pio Papae XI a subscripto Cardinali Praefecto, relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu Commissionem Reassumptionis Causae Canonizationis Beatae Paulae Frassinetti, Virginis, signare dignata est.

Datum Romae, die 10 Aprilis a. D. 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACßA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

VISITATIO AUGUSTI SACRAMENTI, IN SACRO SEPULCRO — QUOD VOCANT — RECONDITI PER BIDUUM MAIORIS HEBDOMADAE, PECULIARIBUS INDULGENTIIS DITATUR.

DECRETUM

Adnexas pio XL Horarum exercitio peculiares indulgentias ad visitationem Eucharistici Sacramenti, in sacro Sepulcro (ut aiunt) reconditi per biduum Maioris Hebdomadae, munifice extendens, Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI, in audientia infrascripto Cardinali Maiori suo Paenitentiario die 13 Aprilis vertentis anni impertita, benigne largiri dignatus est ut omnes et singuli utriusque sexus fideles, qui ineffabile sacrae Eucharistiae Sacramentum praefato tempore, in memoriam primae Eius institutionis publicae adorationi singulari ritu solemniter expositum, devote visitaverint et quinquies *Pater, Ave* et *Gloria* ad debitas ob maximum eiusmodi beneficium grates agendas, atque etiam una vice ad mentem Summi Pontificis saltem contrito corde recitaverint, *partialem quindecim annorum indulgentiam* toties quoties, *plenariam* vero semel una et altera die, additis confessione et sacra Communione, lucrari valeant. Praesenti absque ulla Apostolicarum in forma brevi Litterarum expeditione in perpetuum valituro et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae Ap., die 20 Maii 1935.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S.

S. Luzio, *Regens.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 28 Maggio 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Gioacchina de Vedruna, vedova de Mas> fondatrice dell'Istituto delle Carmelitane della Carità.

Martedì, 4 Giugno 1935, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Raffaele Carlo Rossi, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Domenico della Madre di Dio, Sacerdote professo della Congregazione dei Chierici Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. *C.*, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antepreparatoria,* nella quale, dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dallo stesso Ven, Ôervo di Dio.

Martedì, 18 Giugno 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Placido Baccher, Sacerdote secolare, del III Ordine di S. Domenico, nonché la Riassunzione della Causa di Canonizzazione del B. Giuseppe Pignateìli, Sacerdote professo dalla Compagnia di Gesù.

Martedì, 25 Giugno 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Vito Michele di Netta, Sacerdote professo della Congregazione del Santissimo Redentore.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

28 Marzo 1935. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, *Membro della Commissione Pontificia per l'interpretazione autentica del Codice di diritto canonico.*

» » » il Revmo P. Filippo Maroto, Superiore generale dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria, *Consultore della suddetta Pontificia Commissione.*

17 Aprile » Il Revmo P. Maestro Pietro Gagnor, 0. P., *Consultore della S. Congregazione de Propaganda Fide.*

21 Maggio » L'illmo e Revmo Monsig. Filippo Giobbe, *Direttore degli* " Acta Apostolicae Sedis ,,.

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

1 Febbraio 1934. Monsig. Valentino Gadowski, della diocesi di Tarnovia.
7 Aprile » Monsig. Tommaso Wloch, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo Stanczykiewicz, della medesima diocesi.
12 » » Monsig. Michele Ree, della medesima diocesi.
3 Maggio » Monsig. Andrea Mucha, della medesima diocesi.
6 Settembre » Monsig. Guglielmo Arnold, della diocesi di Ribeirâo Prelo.
20 » » Monsig. Alessandro Syski, della diocesi di Luceoria.
27 » » Monsig. Giuseppe Stachyrak, della diocesi di Premislia dei Latini.
28 Febbraio 1935. Monsig. Luigi Fausti, dell'archidiocesi di Spoleto.
7 *Marzo* » Monsig. Alessandro Doniui, della diocesi di Recanati e Loreto.
» » » Monsig. Antonio Faddn, dell'archidiocesi di Sassari.
20 » » Monsig. Olivo Connelli, dell'archidiocesi di Udine.
4 Aprile » Monsig. Angelo Arezzi, dell'archidiocesi di Siracusa.
U » » Monsig. Metodio Kuban, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Monsig. Carlo Heinemann, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Monsig. Luigi Punzólo, della diocesi di Pozzuoli.
18 » » Monsig. Guglielmo Kissling, della diocesi di Basilea e Lugano.
» » » Monsig. Mario Conti, della diocesi di Fidenza.
» » » Monsig. Alfredo Heinzler, della diocesi di Rockford.
» » » Monsig. Guglielmo Me Mielan, della medesima diocesi.

18 Aprile 1935. Monsig. Carlo Nix, della medesima diocesi.
9 Maggio. » Monsig. Giovanni Antonio R. Villasante, dell'archidiocesi di Santiago di Compostella.
» » » Monsig. Francesco Bernardo G. Frencken, della diocesi di Breda.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerarii di S. S. :

15 Dicembre 1928. Sig. conte Guido Palagi del Palagio, dell'archidiocesi di Firenze.
28 Novembre 1933. Sig. conte Carlo Adalberto Puslowski, della diocesi di Pinsk.
28 Dicembre » Sig. conte Carlo Niezabytowski, della medesima diocesi.
1 Marzo 1934. Sig. Stanislao Starowieyski, della diocesi di Lublino.
12 Aprile » Sig. Eugenio Ploski, della diocesi di Plock.
17 » » Sig. Vitoldo Krzetowski, della medesima diocesi.

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S.:

28 Giugno 1934. Monsig. Giovanni Farinon, della diocesi di Santa Maria.
» » » Monsig. Mario Deluy, della medesima diocesi.
9 Agosto » Monsig. Romano Duchiewicz, della diocesi di Tarnovia.
24 Gennaio 1935. Monsig. Urbano Carvalho, della diocesi di Pesqueira.
4 Aprile » Monsig. Giacomo Gavassino, della diocesi di Iglesias.
18 » » Monsig. Rodolfo Schoiber, della diocesi di Sant'Ippolito.
» » » Monsig. Giovanni Pfiugi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tommaso Chromy, dell'archidiocesi di Olomouc.

Camerieri d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerarn di S. S.:

13 Dicembre 1934. Sig. Giovanni Gallivan, dell'archidiocesi di Panama.
24 Gennaio 1935. Sig. Giorgio Jezierski, della diocesi di Lueeoria.
18 Aprile » Sig. Leone Gunnar Gar ti i-Grüner, del Vicariato Apostolico di Danimarca.

Cappellani d'Onore extra Urbem *di S. S.:*

20 Dicembre 1934. Monsig. Casimiro Sokolowski, della diocesi di Lueeoria.
18 Aprile 1935. Monsig. Francesco Klaas, della diocesi di Gurk.
» » » Monsig. Giuseppe Egerbacher, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Auernig, della medesima diocesi.

Am. et vol. XXVII 20 Augusti 1935 (Ser. II, v. II) - Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM **OFFICIALE**

ACTA PII PP. XI

LITTERAE DECRETALES

BEATO IOANNI BOSCO, SACERDOTI ET FUNDATORI PIAE SOCIETATIS S. FRANCISCI SALESII ET INSTITUTI FILIARUM MARIAE AUXILIATRICIS, SANCTORUM CAELITUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Geminata laetitia hac die quam fecit Dominus tota Nobiscum exultât Christi Ecclesia, quae, nuptiali veste induta, in hymnis et canticis, obviam prodit Divino Sponso, mortis et inferorum Victor! magnifico, et sollemnem alius peragit filii sui consecrationem, Ioannis Bosco, Italiae nostrae totiusque catholici orbis decoris praeclarissimi. Et Nos quidem, quibus per labentis huius piacularis anni decursum plures benignissimus Deus praestantissimos virtute viros feminasque sanctitudinis infula decorare concessit, desiderio desideravimus hodiernum Pascha celebrare; hodie namque Nobis, summa Crucifixi Redemptoris Sanguinis virtute innixis, vicaria Eius qua pollemus potestate, illi Sanctorum agmini alium datum est adücere sanctitatis heroëm, qui ob tot ac tanta beneficia, quae christianae civilique reipublicae per innumeram spiritualem sobolem adhuc in dies comparat, in memoria et benedictione erit usque in saecula: Ioannem Bosco dicimus, *quem paucis abhinc annis in Beatorum numerum rettulimus,*

quique iuventutem Nostram — gratum adhuc subit recordatio animum — non modo aspectu suo suoque alloquio recreavit, sed per mirabilium etiam rerum gesta virtutisque praestantiam in sui admirationem rapuit.

Murialdi, in parvo et agresti vico, vulgo *dei Becchi,* prope Castrum Novum Astense, ortum ipse duxit sextadecima die Augusti mensis, anno millesimo octingentesimo quintodecimo, e Francisco Bosco et Margarita Occhiena parentibus, qui rustica quidem erant condicione, sed eximia pietate et bonis moribus instructi. Nondum trimulus patre orbatus, sub amantissimae matris tutela et prudenti disciplina pueritiam et adulescentiam in summa egestate, sed ad religionem, pietatem et morum simplicitatem maxime informatam, transegit. Cito in puero una cum pietate et egregia indole acerrimum eluxit ingenium ac tenacissima memoria, adeo ut in scholis, quas summa cum difficultate celebrare potuit, non solum quae a magistris tradebantur facillime arriperet, sed in armariolo mentis firmiter teneret; et sacros sermones in ecclesia auditos mire coram aequalibus pueris, fere de verbo ad verbum iteraret. Quos quippe, iam tum futuro suo apostolatui praeludens, statutis diebus, festis praecipue, in coetum, quem *a laetitia* nuncupabat, ad ludos congregans, eos in religione et virtute confirmabat et ad christianam vitam ingeniosis artibus instruebat.

Cherii in gymnasio assiduam litterarum studiis operam dedit, quamvis rei domesticae status onerosos pro vita sustentanda sibi imponeret labores.

Anno millesimo octingentesimo trigesimo quinto, Octobri mense, consilio potissimum et opera Iosephi Cafasso, praeclarae sanctitatis sacerdotis, anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto per Nos Ipsos Beatorum honoribus cohonestati, Cherense Seminarium Archiepiscopale ingressus est; ibique philosophicis ac theologicis studiis absolutis, quinta die Iunii mensis, anno millesimo octingentesimo quadragesimo primo sacerdotio auctus est. Sibi oblatis lucrosis officiis recusatis, in taurinensi S. Francisci Assisiatis collegio theologiae morali addiscendae triennium vacavit; quo tempore, B. Iosepho Cafasso duce et magistro, in usu habere coepit quod animo suo, Dei proximique amore flagranti, de sacerdotali ministerio sentiret: caritatis nempe praecipue esse ministerium, ideoque non ad sacerdotis commodum, sed ad animarum bonum et salutem unice obeundum. Quare pauperum tuguria, nosocomia, carceres adire solebat, ut tot miseris opem et solatium effusa caritate praeberet; atque omnibus sacerdotalibus muniis magno animarum fructu fungebatur.

At puerorum et iuvenum prae ceteris curam in deliciis habebat, illorum maxime, qui a parentibus neglecti otiosam et erraticam traducebant vitam inter viarum insidias, quin ullus esset, qui eis de Deo loqueretur eosque

ad honestam vitam formtet. Et hanc qnidem peculiarissimam esse missionem, ad quam a Providmtissimo Deo ipse vocabatur, quamque iam a pueritia in somnio, uti refertur, praeviderat, adulescentes videhcet, intimae potissimum plebis, in salutis tramitem adducere, serio animo recogitans, operi huic perficiendo generoso animo sese totum dare constituit, eo vel magis quod quantum id esset universae civili societati profuturum praesentiebat.

Sanctorum igitur Philippi Nerii et Francisci Salesii spiritu imbutus, quotquot inveniebat adulescentes per vias, cauponas, cavaedia, orficinas amanter ad se advocabat ac suavissima caritate eos alliciebat, ludis et iocis recreabat, adeo ut frequentissimi ad eum, tanquam ad patrem amantissimum, undequaque accurrerent; ac ita Salesianum Oratorium conditum est. Triennio pueros in Ecclesiam S. Francisci Assisiatis congregavit; postea, cum pietatis magister hospitii, a marchionissa Barolo puellis periclitantibus tutandis instituti, electus esset, *Oratorium,* Archiepiscopo consentiente, illuc transtulit. Sed septimum post mensem, cum piae illi mulieri opus esset conclavibus, in quibus puerorum conventus habebantur, Dei Famulus a municipali magistratu, Archiepiscopi auxilio, ecclesiam S. Martini, vulgo *dei Molassi,* usu habuit. At paulo post ob vicinorum querelas, quibus puerorum clamores taedio erant, in vetus desertum coemeterium S. Petri in Vinculis migrare coactus est. Interea quot labores pertulerit, quot simul-, tates, calumnias et persecutiones Ioannes passus sit incredibile dictu est; et mirari oportet praesentem divinam opem, quae fidelem servum suum ita adiuvit, ut qui primitus de loco in locum eiectus, ab omnibus despectus, pauper ac quasi profugus ad suburbanum pratum illud, desertum tunc, quod *Valdoeco* vulgo dicitur, cum suis pueris confugisset, postea vero eo ipso in loco, Divina succurrente Providentia, principem futuri Instituti sui domum et aedes pro adulescentibus aptissime instructas condere potuerit, unde, tamquam ex inexhausto fonte, propagines et eius operis emolumenta latius in dies ac salubrius per orbem difíunderentur. *Oratorio* illo primo, uti diximus, condito et constituto, ubi omnibus manifesta fuit operis huiusmodi utilitas, alia simili forma *oratoria* Ioannes constituit in urbis regionibus, quae omnium miserrimae erant et ab omnibus penitus neglectae, eaque Divo Deiparae Sponso, Angelo Tutelari et S. Aloisio Gonzagae pro sua pietate dicata voluit.

Interea matrem suam, mulierem sane fortem et piissimam, cui suaserat ut, paterna derelicta domo, apostolicas cum ipso curas et angustias divideret, ad se arcessiverat, et, illa adiuvante, prope S. Francisci Salesii Oratorium hospitium[4] pro adulescentibus derelictis, pane, vestitu, tecto caren-

tibus et omnigenae miseriae et aerumnae seductionibus quotidie obnoxiis, in suamet ipsa domo primum instituit; quae, quum pro receptorum multitudine de die in diem affluentium insufficiens omnino esset, in ampliorem domum paullatim conversa est, adeo ut adulescentulos ad quadringentos, anno millesimo octingentesimo sexagesimo, decennio post fere octingentos hospitio haberet. Iuvenes istos nova prorsus paedagogica methodo institutos, ut infra dicemus, primo curae Servo Dei fuerat apud magistros officinatores urbanos collocare, ut in abqua arte se exercerent; post autem, cum perspexisset in officinis ipsis, integrorum licet artificum, iuvenes maiorum insidiis pravisque exemplis plerumque esse obnoxios, de internis aperiendis ofiicinis cogitare coepit, et, providentissime Deo adiuvante, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo tertio sutrinam in hospitio aperire potuit, quam aHarum artium officinae subsequutae sunt, et ipse Dei Servus initio magister erat in iis artibus quas iuvenis ille exercuerat.

Hucusque Ioanni non defuerunt bonae voluntatis homines, sive clerici sive laici, qui ultro et generose in tam salutifero eius opere sese adiutores dederunt; illos vero a suscepto nobilissimo labore officia vel negotia, quibus quisque teneretur, invitos tamen, paullatim abducebant. Quod quidem sibi praecavendum sentiebat Ioannes, quem praeterea sollicitum habebat, vel ab inito apostolatu, timor ne obitu suo omnia ad irritum caderent. Quare prudentissimis viris, quos inter Beato Iosepho Cafasso, consilio adhibitis, ac suadente ipso Summo Pontifice s. m. Pio Papa Nono, novam inire religiosam societatem constituit, ex qua, uni Deo confisus, multos operarios messi multae habiturum sperabat. Regulas itaque seu Constitutiones, novis temporibus maxime accommodatas, conscripsit, easque Apostolicae Sedis iudicio subiectas, servatis omnibus de more servandis, anno tandem millesimo octingentesimo septuagesimo nono Praedecessor Noster quem antea memoravimus Pius Nonus approbavit, sicque *Pia Societas S. ProMcisci Salesii* canonice constituta est.

Ut vero puellis quoque populo natis non aliter ac pueris consuleretur, Ioannes Societati huic sacrarum Virginum Institutum adiecit, quas *Filias Mariae Auxiliatricis* nuncupavit.

Aliud Servi Dei memoratu dignum opus illud fuit, cui nomen vulgo *Figli di Maria,* in oppido primum *Sanpierdarena* constitutum, Augustae Taurinorum postea et in aliis oppidis per orbem diffusum; huiusmodi operis, a praefato Summo Pontifice Pio Nono adprobati, finis erat ecclesiasticam adultorum vocationem excolere.

Nec silentio praetereunda *Cooperatorum* institutio, christifidelium scilicet consociatio, plerumque laicorum, qui Salesianae Societatis spiritu ani-

mati, et cum ea ad omne caritatis opus parati, Parochis, Episcopis et ipsi Summo Pontifici validum pro rerum adiunctis auxilium praeberent: *actionis catholicae* nobile rudimentum. Unio haec, iam ab Apostolica Sede anno millesimo octingentesimo septuagesimo sexto approbata, privilegiis et indulgentiis ditata fuit; eique ipsi Decessores Nostri Pius Nonus et Leo Tertiusdecimus sese inscribi voluerunt; itemque plurimi Sacrorum Antistites et S. B. E. Patres Cardinales, et innumeri christifideles, ita ut, Dei Famulo adhuc vivente, *Cooperatores,* non in Italia solum, sed in omnibus fere catholici orbis regionibus sparsi, ad octoginta fere millia, hodie vero, uti refertur, ad decem centena millia et ultra, numerarentur, quorum auxilio non modo Ioannes suae prodigia caritatis multiplica vit, sed, pietatis et divini cultus vindex ferventissime, multa quoque erexit sacella et sacras aedes, quas inter duo magnificentissima templa, alterum Mariae Auxiliatrici Augustae Taurinorum, alterum Sacratissimo Iesu Cordi in hac alma Urbe ad Castrum Praetorium dicatum, vere utrumque admiratione et memoratu dignum.

Porro actuosa Piae utriusque a se conditae Societatis opera ac valido quos memoravimus Cooperatorum auxilio, Ioannes primigenii taurinensis hospitii instituta in Italiam et Europam propagavit et plures iam orbis regiones, innumeris ubique conditis oratoriis, hospitiis, collegiis, sancta sua operositate complexus est, novae iuventutis educator princeps, nova prorsus, ut antea diximus, methodo, quae quidem in paedagogica disciplina vere excellentissimum ac tutissimum signavit iter. Spectabat namque civilem ac socialem finem; quem tamen religioso subiiciebat, ex quo, uti ex causa effectus difflueret, quum animabus aeternae.procurandae salutis desiderio et zelo potissimum flagraret. Ordinatos istos caritatis sensus tum leges ac regulae, tum ipsa educandi methodus, quae cum religiosa et morali institutione arctissime connexae erant, in oratoriis, in hospitiis, in collegiis referebant. Iuxta divinum illud: *Initium sapientiae timor Domini,* religio integram alumnorum vitam permeare debebat. Itaque in primis et ante omnia iuvenes non modo christianae doctrinae rudimentis eruditos voluit, verum etiam aptis sermonibus et instructionibus adversus neotericorum christiani nominis hostium errores et insidias praemuniendos curavit. Quorum vero fidem tutabatur, eosdem, tum sacramentorum frequentiam commendando, tum aptis sodalitiis virtutum habitum inducendo et illum mutui exempli apostolatum inter alumnos congruis industriis et institutis promovendo, in christianos sensus et mores omni cura informabat. Quod vero ad moralem institutionem proprius et directius pertinet, ea erat Servi Dei educandi methodus, quae assidua vigilantia, affabili sermone,

lenitate praecipue et caritate malefactis impediendis intendit, quam quidem methodum *methodi praevenientis* nomine ipse donavit; nova sane, uti diximus, methodus, qua potius praeveniendo, quam necessitate puniendi, adulescentium animi corrigerentur. Ipsa recreatio Ioanni Bosco educandi medium fuit et pars; cum enim otium, vitiorum patrem, eiusque sociam tristitiam in primis praecavenda censeret, studio et occupatione frequentes interserebat ludos, et nil ei iucundius erat quam salesianarum domuum cavaedia iuvenum clamore, strepitu, tumultu resonantia.

Quo spiritu, qua methodo, quo praecipue magistro et moderatore, quot uberrimi percepti sint fructus, facta edicunt: re sane vera non solum optimi operarii et cives quamplurimi hospitiorum alumni evasere; quamplurimi e salesianis scholis et collegiis exierunt qui, tum civilibus ac publicis, tum militaribus sacrisve rebus addicti, virtute ac religione optimum suis institutoribus testimonium reddidere; quidam vero, uti *Salesiani Oratorii Annales* referunt, vitae innocentia ac pietatis ardore longe excelsius eminuerunt, quos inter memorare placet candidissimum sanctitatis lilium, Venerabilem Dominicum Savio, cuius virtutes heroicitatis gradum attigisse Nos Ipsi superiore anno, die nona Iulii mensis, solemni Decreto ediximus.

Dum Salesiani Sodales et Filiae Mariae Auxiliatricis tam impense christianae civilique iuvenum institutioni dant operam, et oratoria, hospitia, collegia, seminaria, rusticae quoque coloniae ubique conduntur, Ioannes Bosco, animarum zelo incensus, sodales mittere ad Christi Evangelium barbaris gentibus praedicandum iamdiu meditatus, in extremas Americae Meridionalis oras, primum missionalium virorum e sua religiosa f amiba, s. m. Ioanne Cagherò duce, manipulum misit, quem innumeri alii postea Salesiani alumni ad alias quoque orbis partes sequuti sunt; deinde Salesianae quoque Sorores, uti coadiutrices in omnigenis missionariorum operibus, datae sunt. Nec minori animi generositate Dei Famulus italis subvenit in Americam migratis, quos Salesiani sodales ad avitam fidem saepe saepius redegerunt, periclitantes in fide firmarunt, consiliis et auxiliis efficaciter adiuverunt, praecipue asceteria, scholas, collegia pro italicis ephebis aperiendo.

Eodem fervore quo Christi regno novas quaesivit provincias, veteribus in haereticorum et hostium omnium aggressus tutandis strenue adlaboravit Ioannes, qui inter fortissimos et animosissimos viros, qui superiore saeculo catholicam fidem et disciplinam vindicarunt, quam maxime excelluit. Ille namque in magna ac turbulenta tempestate, qua catholica tunc temporis afflictabatur Ecclesia, huc illuc diffusis tum protestantium tum neotericorum erroribus, et speciosis effrenae hominum mentis a

fide aberrantium sophismatibus undique serpentibus strenue obstitit, non sermonibus tantum et disputationibus, sed etiam libris et ephemeridibus, quibus religionis dogmata et Ecclesiae historiam vindicavit, eo quidem consilio, ut populi christiani religioni consuleret eadem ratione iisdemque armis, quibus adversari! librorum et ephemeridum colluvie insidiabantur.

Parili ardore Ecclesiae et Romani Pontificis iura et Ubertatem in sectarum ausus verbis et libris, passim in vulgus editis, fortiter vindicavit; quam ob rem non paucas passus est persecutiones, quas patientissime toleravit et summa cum dexteritate et sagacia, Deo adiuvante, feliciter superavit. Sui temporis indolis et ingenii scrutator subtilis, et rerum novarum aestimator prudens, acute percepit omnia sibi usurpanda esse ad veritatem tuendam et propagandam, quae ab ipsis tenebrarum filiis, quam filii lucis eallidioribus, offerrentur: idcirco studia promovit,, scientiae amorem fovit, nova inventa et humani civilisque cultus progressus in religionis usum et augmentum convertere non dubitavit; hinc primus in Italia festiva asceteria pueris utriusque sexus, scholas dominicales et nocturnas populo natis aperuerat; primus ille systema metricum decimale in Italiae subalpinae scholas induxit et gymnastica exercitia; et musice liberalem iuvenum institutionem exornavit, machinas recentiores et perfectiores in suas admisit officinas.

Item curavit ut utriusque a se conditae religiosae familiae sodales, qui iuvenibus erudiendis operam darent, diplomata in pubUcis athenaeis sibi acquirerent, ne scholas gerere prohiberentur.

Strenuam fidei morumque tutelam cum caritate et prudentia contingens, adversarios ea semper habuit ratione, ut sibi conciliaret; factiosis idcirco temporibus illis christiani nominis inimicos omni persequendi specioso praetextu privavit, cum numquam tolerasset se suaque instituta pohticis rebus immisceri. Gravibus insuper inter Apostolicam Sedem et novensile Italicum Regnum ob factiosas leges sectarumque insidias controversus obortis, tum Romanus Pontifex, tum ipsi Regis administri implexiores quaestiones ei enodandas commiserunt, cum de episcopis eligendis ad plurimas dioeceses pastoribus viduatas ageretur. Enimvero Ioannes Bosco id semper spectavit et ominatus est, ut funestissimum illud dissidium, quod spiritualem patriae suae dilectae unitatem fregerat, in pace et iustitia componeretur; quodque, auctore Deo, nostris hisce temporibus, toto plaudente catholico orbe, feliciter compositum est.

Tot et tam grandia ac benefica opera, sagaci, uti diximus, aetatis nostrae necessitatum intuitu suscepta, et adversus saeculi contrarietates et contradictiones plerumque perfecta, eademque cum virtutum omnium

heroico quidem exercitio coniuncta, quarum fulgori supernaturalem donorum, exstasis, cordium scrutationis, prophetiae, visionum et miraculorum, quibus Servum suum Deus dit a ver at, splendor adiungebatur, omnibus suaserunt Ioannem Bosco providentissimo Dei consilio ad christianam hominum societatis, quae a veritate defecerat, restaurationem promovendam vere a Deo missum fuisse, hominem nempe, qui, humili loco natus, obscurus et pauper, nulla ambitione et cupiditate actus, sed sola Dei et proximi caritate incitatus et Dei gloriae quam maxime cupidus, de christiana civilique republica optime meritus, totum terrarum orbem suo nomine implevit.

Una igitur cum nominis gloria, fama quoque sanctitudinis illum viventem adeo circumdedit, ut nulla fere extaret civitas, non in Italia solum, sed in Europa et in dissitis etiam exteris nationibus, ubi notum sacrumque eius nomen esset. Qua purissima splendidae famae luce, quam nulla nubécula unquam obscuraverat, Ioannes Bosco circumfusus ad mortalis vitae exitum vergebat. Assidui ingentesque enim' labores, quos ipse in actuosisr simo suo apostolatu exantlaverat, illius vires lente confecerant: quod quidem fuit morbi vera natura, qui illum ad sepulcrum adduxit. Labente igitur anno Domini millesimo octingentesimo octuagesimo septimo, aegrotare coepit, et per quadraginta dies tanta patientia ac divinae voluntati subiectione morbi incommoda et dolores, ore semper, ut ei mos erat, leniter sübridens, toleravit, ac tandem, lacrimantibus omnibus suae Societatis Moderatoribus et grandaevis alumnis, qui morienti adstabant, sapientissimis relictis consiliis, extremis sacramentis Ecclesiae pientissime receptis, summo mane pridie kalendas februarias placidissimo exitu ad caelestem patriam migravit. Cadaver sacra veste indutum in templo divo Salesio dicato fuit expositum; immensa vero fuit populi frequentia tum ad illud invisendum, tum ad funebrem illius pompam, cui Episcopi, canonici, parochi, plurimi presbyteri e longinquis etiam oppidis et ingens fidelium numerus ad sex millia circiter interfuerunt; adstabant autem civium millia centum et amplius, quos inter plures qui ex aliis Italiae urbibus, ex Gallia, ex Helvetia venerant; adeo ut potius quam funus vere triumphus aut Sancti rehquiarum translatio videretur. Exequiis in templo Mariae Auxiliatrici dicato persolutis, sacrae exuviae, a civilibus magistratibus facultate concessa, ad Missionum Seminarium, quod paulo ante Dei Servus aperuerat ad Salicis Vallem, haud procul ab urbe, delatae sunt, ibique solemni pompa exceptae, hönestissime sunt compositae.

Demortuo legifero Patre, sanctitatis opinio, quam sibi viventi merito comparaverat, in dies augescere visa est, et ad eius sepulcrum plurimi vel

Honoris causa, vel voti compotes, vel praesens eius auxilium apud Deum precantes, assidue se conferre consueverunt; cumque mira non pauca, Dei Famulo intercedente, a Deo patrata dicerentur, fervens omnium animis desiderium incessit ut Ioannes Bosco in sanctorum catalogo ab bac Apostolica Sede inscriberetur. Itaque vix tertio post obitum anno, instantibus quoque viris ingenio, virtute ac dignitate praestantibus, de eius Beatificationis et Canonizationis Causa apud Sacrorum Bituum Congregationem introducenda agi coeptum est; et, confecto auctoritate ordinaria in ecclesiastica Curia Taurinensi processu, qui informativus dicitur, super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum eiusdem Dei Famuli, eodemque ab eadem Sacra Congregatione sedulo perpenso, s. m. Pius Papa Decimus, Decessor Noster, die vicesima quarta Iulii, anno millesimo non^ gentesimo septimo, introductionis Causae Commissionem signavit. Bite dein absolutis singulis iudiciis Apostolica auctoritate adornatis, Nos Ipsi die vicesima mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo vicesimo septimo, Venerabilem Dei Famulum Ioannem Bosco théologales et cardinales virtutes in gradu heroico exercuisse solemni decreto sancivimus.

De duobus miraculis postea, ipso Dei Servo impetrante, a Deo patratis quaestio acta est, et, omnibus ad iuris normam servatis, Nos die undevicesima Martii mensis anno millesimo nongentesimo vicesimo nono solemniter decrevimus: *Constare de instantánea perfectaque sanatione sororis Provinae Negro ab ulcere rotundo stomachi;* necnon *de instantánea perfectaque sanatione Teresiae Callegari a poli-arthrite acuta post-infectica, aliisque laesionibus, quae aegrotam ad statum marasmi adduxerant.* Decreto vero de *tuto,* quod vocant, eodem anno, die Aprilis mensis vicesima prima, edito, Apostolicis Nostris Litteris die secunda Iunii mensis datis caelestes beatorum honores Venerabili ipsi Ioanni Bosco decrevimus et beatificationis solemnia eadem die in Basifica Vaticana, ingenti cum populi frequentia, et universo plaudente catholico orbe, celebrata sunt.

Insequenti anno, cum in dies invalesceret erga novensilem Beatum christifidelium fervor et pietas, cumque benignissimus Deus novis miris eius gloriam confirmare et augere dignatus esse diceretur, Causa ad eiusdem Beati Canonizationem obtinendam reassumpta est; et die duodevicesima mensis Iunii, a dilecto Filio Francisco Tomasetti, Piae Societatis S. Francisse! Salesii Procuratore et Postulatore Generali dlligentissimo, binae propositae sunt portentosae sanationes, quae Arimini una, Oeniponte altera, Beato Ioanne Bosco intercedente, ab omnipotenti Deo patratae ferebantur; super quibus Processus Apostolici constructi sunt. Quum vero post initum iudicium sanatio, quae Oeniponte evenerat, iustis de causis seposita esset*

de alia mira sanatione, quam, eodem Beato intercedente, Augustae Taurinorum Deus operatus esse dicebatur, processus confectus est.

Prior sanatio ita evenisse narratur: Arma Maccolini, ab Octobri mense, anno millesimo nongentesimo trigesimo, influentiali bronco-pulmonite fuit affecta, quae usque ad februarium mensem sequentis anni perduravit. Circa medium Decembrem mensem eiusdem anni morbo huic phlébites in sinistro crure et coxa accessit, qui morbus adeo in integrum artum invaserai, ut is duplo maior appareret, sublato motu. Porro phlébites, vel in iuvenibus gravis, in senibus autem multo gravior est ob gangrenae discrimen ex arteriosclerosi. Unde duo curantes medici, qui in edicenda diagnosi concordabant, perpensa infirmae septuaginta quatuor annorum aetate et praesertim influentiali affectione, prognosim fere certo infaustam quoad ipsam vitam infirmae edidere: impossibilem autem esse phlebitis sanationem in instanti omnes rei medicae magistri docent. Iamvero Arma nocte quadam sub eiusdem anni finem, invocato Beato Ioanne Bosco per triduanas preces et per particulae ex eius reliquiis artui appositionem, in instanti et perfecte a phlébite sanata est, artu non amplius dolente nec turgido, liber factus est motus, libera flexio. Perfectam esse sanationem, praeter curantes medicos, periti physici, qui Annam iterum atque iterum plures post menses inspexerunt, testati sunt; itemque tres a Sacra Bituum Congregatione adlecti periti in diagnosim, prognosim et in miraculum agnoscendum unanimiter convenerunt.

Altera sanatio, quae, uti diximus, Augustae Taurinorum facta est, ita evenisse narratur: Catharina Lanfranchi, Alexandri Pilenga uxor, arthritica diathesi afficiebatur. Arthrites genua praecipue et pedes attigerat cum organicis laesionibus, et quidem sub gravissima forma, ad functionem quod attinet, non autem ad vitam. Incassum curationibus omnibus cedentibus, quas ab anno millesimo nongentesimo tertio adhibuerat, Lapurdum bis accessit, sed cum ne secunda quidem vice, Maio mense ineunte anni millesimi nongentesimi trigesimi primi, sanationem a Beata Virgine obtinuisset, antequam Lapurdo proficisceretur, Eamdem sic est deprecata: « Quoniam hic, Lapurdi, sanata non sum, da saltem ob religionem, qua erga Beatum Ioannem Bosco teneor, ipse meam sanationem Taurini valeat obtinere ». E Gallia redux, dum iisdem versabatur conditionibus, die sexta Maii ad Taurinensem Beatae Mariae Virginis Christianorum Auxiliatricis Basilicam accedit; a sorore et ab auriga adiuta de curru descendit, in templum ingreditur et contra urnam, Beati Ioannis corpus continentem, sedet et orat. Paulo autem post per viginti circiter horae momenta genuflexa manet. Surgit, ad altare Beatae Virginis accedit, iterum genua nectit. Tunc veluti in se rer

vèrsa sanatam se agnoscit; nullo adiuvante, libere exinde, omnibus stupentibus, qui eam gradiendi impotentem noverant, ambulat, currus et scalas ascendit et inde descendit non amplius impedita. Sanatio exinde perseveravit, uti tres periti physici testati sunt; medici vero curantes, testes et a Sacra Rituum Congregatione periti ex officio deputati miraculum una voce conclamarunt. De utraque igitur sanatione districto iudicio ad iuris tramitem disceptatum est ac tandem Nos die decimanona mensis Novembris, superiore anno, solemniter pronunciavimus: *Constare de duobus miraculis, Beato Ioanne Bòsco intercedente, a Beo patratis, nempe: de instantánea perfectaque sanatione tum Annae Maccolini a gravi phlébite in artu sinistro; tum Catharinae Bilenga, natae Lanfranchi, a gravi morbo arthritico chronico in genibus et pedibus.* Unum denique erat discutiendum, videlicet an, stante duorum miraculorum approbatione post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, *tuto* procedi posset ad solemnem ipsius Canonizationem. Quo quippe dubio de more discusso, Nos, praehabito sive venerabilium Fratrum Nostrorum Cardinalium, sive dilectorum Filiorum Officialium, Praelatorum et Consultorum S. Rituum Congregationis unanimi favorabili voto, die tertia Decembris mensis eodem anno solemniter ediximus *t uto procedi posse ad Beati Ioannis Bosco Canonizationem.*

Postea, ut a Decessoribus Nostris in tanti momenti re sapientissime constitutus servaretur ordo, primum venerabiles Fratres Nostros, S. R. E. Purpuratos Patres in Consistorium, quod *secretum* dicitur, ad vicesimam primam diem Decembris mensis eiusdem anni apud Nos convocavimus, in quo dilectus Filius Noster Camillus Cardinalis Laurenti, Sacrorum Rituum Congregationis Praefectus, de vita, virtutibus et miraculis tum Beati Ioannis Bosco, tum Beati Pompilii Mariae Pirrotti, Confessoris, Ordinis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum sacerdotis professi et Beatarum Mariae Michaelae a Ss. Sacramento, Virginis, Sororum Ancillarum Ss. Sacramenti et a Caritate, fundatricis, atque Ludovicae de Marillac, Viduae Le Gras, Societatis Puellarum a Caritate confundatricis, sermonem habuit, et acta recensuit, quae in eorumdem Beatorum causis Sacra Rituum Congregatio accurato praevio examine admisit et probavit; singulorum deinde Cardinalium suffragia exquisivimus et suam quisque Nobis aperuit sententiam. Quo secreto Consistorio febciter absoluto, habitum est in continenti Consistorium *publicum,* quod vocant, pro solemni Causarum Beatorum istorum peroratione, quam pro Beato Ioanne Bosco dilectus Filius Ioannes Guasco, Consistorialis Aulae Nostrae advocatus, praestitit; Nos vero, quamvis quam maxime exoptare dixerimus Beatos illos Caelites, qui ad Iesu Christi regnum amplificandum tantopere adlabo^

rarunt, sanctitudinis diademate decorare eosque omnibus ad intuendum et imitandum proponere velle, tamen, ut in re tanti ponderis tradita a maioribus instituta omnino servarentur, necessarium esse diximus, antequam Nostram pronunciaremus sententiam, semipublicum quod nuncupatur, haberi Consistorium, in quo iterum S. R. B. Cardinales et cuncti, qui adfuturi sint, Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi suam quisque Nobis mentem aperiret; atque ut interea, ad uberiorem Nobis superni luminis copiam impetrandam, Sanctum Divinum Spiritum adprecarentur, universos admo unimus. Quapropter ad quemquam illorum transmitti iussimus de singulorum Beatorum illorum vita, virtutibus, miraculis et omnibus actis in eorum Causis commentarios, ut, re perspecta ac mature perpensa, suam quisque posset sententiam dare ac Nobis aperire. Consistorium autem hoc, *semipublicum* quod nuncupatur, die quintadecima p. e. mensis Ianuam in Palatio Apostolico Vaticano habitum est, Nosque omnes qui aderant primum allocuti, uniuscuiusque exinde sententiam exquisivimus et suffragia excepimus; ex quibus omnes unanimiter consentire Beatos illos ad Sanctorum Caelitum honores evehendos esse Nostra haud mediocri laetitia accepimus; decrevimus igitur solemnes eorumdem Beatorum Canonizationis ritus in Basilica Vaticana eo quo par esset apparatu et pompa celebrare^ Beato autem Ioanni Bosco in Sanctorum catalogo adscribendo hunc diem condiximus, primum nempe Aprilis mensis, Resurrectionis Domini. Nostri Iesu Christi solemnia. Ad quam rem fauste feliciterque exsequendam ut caelestem Nobis opem interea precibus conciharent, omnes qui aderant enixe in Domino adhortati sumus; atque ut publicum de his omnibus instrumentum conficerent dilectos Filios Protonotarios Apostolicos adstantes sueta forma rogavimus.

Qua auspicatissima a Nobis praestituta die adveniente, universi tum saecularis tum regularis cleri ordines, quam plurimi Romanae Curiae Praelati et Officiales, Abbates, Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchae et venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Petrianam Basilicam adiverunt, apparatu decorata magnificentissimo et iam maxima fidelium, qui ex omnibus orbis nationibus advenerant stipatam frequentia, eamque et Nos solemni pompa ingressi sumus. Mox, Augustissimo Sacramento devote adorato, ad Nostram Cathedram perreximus, ibique sedimus. Tumfdilectus Filius Noster Camillas Cardinalis Laurenti, S. Rituum Congregationis Praefectus et huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto Filio Ioanne Guasco, Consistorialis Aulae Advocato, *instanter* postulavit, ut Nos Beatum Ioannem Bosco summis Caelitum honoribus decorare dignar remur; quod cum iterum ac tertium, *instantius* nempe et *instantissime,* ab

eodem Cardinale per ipsum Consistorialem Advocatum postulatum sit, caelestis Curiae supplicatione prius interposita, ac Superni Spiritus lumine, antequam Nostrum ederetur oraculum, devotissime implorato, Nos, Iesu Christi Vicarius et supremus catholicae Ecclesiae Magister, hanc optatissimam Nostram sententiam sollemniter ediximus: *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae ei christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita ei divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio, Beatum Ioannem Bosco Sanctum esse decernimus ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab ecclesia universali eius memoriam quolibet anno, die natali illius, nempe die trigesima prima Ianuarii, inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.*


Qua Canonizationis formula a Nobis pronunciata, oblatis Nobis precibus a praefato Consistoriali Advocato, Cardinalis Procuratoris nomine, annuentes, has sub plumbo Decretales Litteras fieri expedirique decrevimus; Protonotariis vero Apostolicis ut ad perpetuam eiusdem Canonizationis memoriam publicum conficerent instrumentum, mandavimus. Deinceps, debitis Omnipotenti Deo ob tantum beneficium istud Una cum cuncto clero et populo peractis gratiis, primum novensilis huius Sancti patrocinium ab Ipso aeterno Deo devotissime imploravimus. Ad Aram maximam posthac sacrosanctum Missae Sacrificium inchoaturi accessimus, et post Evangelium adstantes brevi homilia allocuti sumus, in qua de Sancti Ioannis Bosco vita, tot egregie factis referta atque illustrata, quae praecipua Nobis viderentur, haec admirationi imitationique fidelium proponere voluimus; et omnes adhortati sumus ut in hunc christianae sanctitatis heroëm studiosae imitationis causa intueantur; *ita enim,* inquimus, *eo auspice eoque adprecatore, profecto fiet, ut quam Iesus Christus rettulit de mortis deque tenebrarum potestate victoriam, eam nos quoque omnes féliciter assequamur.* Qua homilia, a Nobis habita, apostolicam benedictionem et plenariam peccatorum indulgentiam adstantibus largiti sumus; ac tandem, Pontificali Sacro persoluto, alteram e superiori podio S. Petri plateam prospiciente, sollemnem immenso adstanti populo, nec non *Urbi et Orbi,* benedictionem peramanter impertiti sumus.

Praeclarissima itaque novensilis Sancti huius Nostris hisce Litteris •consecrata memoria, omnibus quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia, omnia et singula quae supra memoravimus, de apostolicae pote-

statis plenitudine, iterum confirmamus, roboramus atque statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Mandamus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel eis ausu temerario contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die prima mensis Aprilis, Dominica Resurrectionis D. N. I. C, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£g Ego IANUARIUS Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, Decanus Sacri Collegii.

£8 Ego MICHAEL Episcopus Tusculanus Cardinalis LEGA.

£8 Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Card. SBARRETTI.

£8 Ego Er. THOMAS PIUS Ord. Praed. Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis BOGGIANI, Cancellarius S. R. E.

© Ego ALOISIUS Episcopus Praenestinus Cardinalis SINCERO.

£8 Ego HENRICUS Episcopus Veliternus Cardinalis GASPARRI.

Ego CAIETANUS tit. S. Agathae Gothorum Presbyter Cardinalis BISLETI.

Ego ALOISIUS tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis CAPOTOSTI,. Datarius.

Ego LAURENTIUS tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis LAURI, Maior Poenitentiarius.

Ego Fr. ALEXIUS HENRICUS M., O. S. M., tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis LÉPICIER.

Ego PETRUS tituli Sanctae Mariae Transtyberim Presbyter Cardinalis SEGURA Y SAENZ.
Ego EUGENIUS tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis PACELLI.
Ego FRANCISCUS tituli S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis MARCHETTI SELVAGGIANI.
Ego Fr. RAPHAËL CAROLUS tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis Rossi.
Ego IULIUS tituli S. Mariae supra Minervam Presbyter Cardinalis SERAFINI.
Ego ANGELUS MARIA tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Card. DOLCI.
Ego PETRUS tituli S. Crucis in Jerusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.
Ego CAMILLUS S. Mariae Scalaris, Protodiaconus Cardinalis LAURENTI.
Ego ALEXANDER S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis VERDE.

Fr. THOMAS PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

C. Card. LAURENTI
S. B. C. Praefectus.

Dominicus Spolverini, *Archiep. Larissen., Prot. Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Can. Alfridus Liberati, *Cane. Apost. Adiutor a studiis.*

EXPEDITA

die vigesima quarta Maii, anno quartodecimo

Alfridus Marini, *Plumbator.*

Dominicus Francini, *Script. Apostolicus.*

Reg. in Cam;. Ap., vol. LUI, n. 1.* - Al. Trussardi, *a tabulario.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

CONGREGATIO MONACHORUM CAMALDULENSIUM UNITUR CONGREGATIONI EREMITARUM CAMALDULENSIUM DÉ ETRURIA.

PIÜSEPISCOPÜS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter religiosos coetus, quibus Christi Ecclesia floret, Camaldulense adnumeratur Institutum, quod, auctore Sancto Romualdo, eremiticae vitae in Occidente instauratorc, ita se evolvit, ut coenobium et eremus ad regularem discipMnam fovendam arnicas sibi manus iugiter darent. Coenobium etenim Camaldulense, suaemet originis vi, est veluti Eremitarum seminarium et primae probationis locus, in quo asceticae austeritati pedetentim initiari, monasticis institutionibus imbui et cunctis spiritualis vitae subsidiis muniri oporteat, quos divina vocatio ducit ad eremum, aeternarum rerum contemplationi unice vacaturos. Quamvis autem temporis decursu, varias ob causas, Apostolicae Sedi permittere visum fuerit ut Congregatio monastica Coenobitarum Camaldulensium oriretur ab Eremitis plane seiuncta, mutatis tamen hodie rerum et personarum adiunctis, magis necessarium videtur ut familiae unitas restituatur, ad hoc praesertim ut inditum Camaldulensium Institutum, viribus omnibus consertis, in posterum firmetur et, favente Dei gratia, in dies augeatur. Omnibus igitur rei momentis attento seduloque studio perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, quae sequuntur de apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium decernimus et constituimus: I) Congregatio Monachorum Coenobitarum Camaldulensium unitur Congregationi Eremitarum Camaldulensium de Etruria, quae in posterum assumet titulum: *Congregatio monachorum Eremitarum Camaldulensium Ordinis Sancti Benedicti.* II) Superior Generalis, dimisso nomine *Maioris, Prior Generalis* vocabitur, qui totius Congregationis et Sacrae Eremi Camalduli, ubi habitualem residentiam habebit, regimen assumet. III) Prior Generalis, durante munere, omnibus gaudebit iuribus et privilegiis abbatialibus, quae hucusque Maiori a Summis Pontificibus concessa sunt. IV) Deinceps in eremum ne admittantur candidati, nisi per integrum annum sedulo in coenobio probati fuerint et monasticis institutionibus imbuti. Annus vero canonicus novitiatus, severa disciplina, in eremo peragatur. V) Ne ulla in posterum dubi-

tatio oriri possit, Constitutiones, quibus modo reguntur Eremitae Carnaidulenses de Etruria, rite conformentur iis omnibus quae hisce Nostris Litteris et specialibus instructionibus edendis continentur. VI) Cum nova quae instauratur vivendi ratio austerior sit, cumque nemini imponendum sit onus, quod ipse sponte non susceperit, singuhs Monachis et Conversis Coenobitis Camaldulensibus, qui Congregationi quam supra diximus Monachorum Eremitarum nomen dare noluerint, fas erit, servatis de iure servandis, ad alium transire coetum religiosum, qui eos recipiat; vel, si quis, in sacris ordinatus, ad aliud Institutum transire noluerit, Episcopum benevolum receptorem inveniat, qui eumdem suae dioecesi incardinare velit. VII) Si qui autem forte sint, qui neque ad aliud Institutum religiosum transire, neque saeculari clero adscribi velint, eos in unicam domum iuxta modum statuendum congregari decernimus. VIII) Bona omnia Congregationis Monachorum Coenobitarum Camaldulensium transferentur ad Congregationem Monachorum Eremitarum Camaldulensium Ordinis Sancti Benedicti. Ad quae autem omnia exsecutioni mandanda dilectum Filium Nostrum Baphaèlem Carolum, tituli S. Praxedis, S. B. E. Presbyterum Cardinalem Bossi, Monachorum Coenobitarum Camaldulensium Protectorem, deputamus eique propterea tribuimus necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, nec non omnes dirimendi controversias in exsecutionis actu quomodolibet orituras; eique onus facimus ad Sacram Congregationem de Beligiosis relationem de peracta exsecutione transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, sublata cuicumque quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica

dignitate constituti munitis, adhibeatur in iudicio et extra illud eadem prorsus fides, quae hisce praesentibus adhiberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini ergo hanc paginam Nostram unionis, statuti, concessionis, decreti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae mfringere, vel eis contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die secunda mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. P., O. P., Card. BOGGIANI
'Cancellarius S. B. E.

Fr. A. H. Card. LÉPICIER, O. S, M,
S. C. de Beligiosis Praefectus

Ioseph Wilpert, ***Collegii Protonot. Apostolicorum Becanus.***
Vincentius ßianchi-Cagliesi, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco Plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. Litt, n. 21. - **Al. Trussardi,** *a tabulario.*

LITTERAE APOSTOLICAE

INTER ARCHIDIQECESES MADRASPOLITANAM ET PONDICHERIENSEM FINES MUTANTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Litteris Apostolicis Nostris die m m. Iulii, an. MCMXXVIII datis, ad bonum provehendum tum Pondicheriensis Archidioecesis tum Madraspolitanae Archidioecesis intenti, quaedam circa fines inter easdem Archidioeceses statuimus, quae decursu temporis minus congrua visa sunt. Totus enim civilis districtus de « North Arcot » nuncupatus a Pondicheriensi seiunctus et Madraspolitanae Archidioecesi tunc temporis unitus est, sed experientia docuit in spirituali regionis praefatae regimine explendo ex huiusmodi totali districtus adnexione haud parvi momenti incommoda gigni. Quae cum ita sint, cumque nihil antiquius sit Nobis quam ut Sacrorum Antistites in animorum salute procuranda aptis instruantur adiumentis, quibus aucti in Domino uberiores fructus suscipiant, haec quae sequuntur decernenda censemus. Nimirum coniati» consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae

Cardinalibus, qui rebus Sacrae CongregatioiiisfPropagandae Fidei praepositi sunt, omnibusque diligenter perspectis rei momentis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, districtus de North Arcot territorium, quod iacet ad meridiem fluminis Cheyyar eiusque affluentis Periya-Ar, nec non finium septentrionalium circumscriptionis civilis de Tiruvannamalai, ita ut idem territorium fere totam civilem circumscriptionem de Tiruvannamalai complectatur, ab Archidioecesi Madraspolitana distrahimus ac separamus et denuo Pondicheriensi Archidioecesi pleno iure unimus, adnectimus atque incorporamus. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare et permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, seu pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi m. Martii MDCCCCXXXH, Pontificatus Nostri undecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. IOSEPHUM TIT. S. IOANNIS AD PORTAM LATINAM S. R. E. PRESB. CARDINALEM MAC RORY, ARCHIEPISCOPUM ARMACHANUM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONGRESSUM EX AUSTRALASIA EUCHARISTICUM MELBURNENSEM.

PIUS PP. XI

Dilecte fui Noster, salutem et apostolicam benedictionem. —• Iam pridem Nobis nuntiatum est, Eucharisticum ex Australia, immo ex tota Oceania Conventum in proximum Decembrem mensem apparari; quod quidem Nobis exstitit gratissimum. Saeculo enim feliciter vertente, ex quo Victoriensis Respublica, eiusque urbs princeps Melburnensis exorta sunt, dignum plane est Christifidelium religione et pietate consüium ab

iisdem susceptum, quod eo spectat, ut pia grataque memoria recolantur beneficia, quae huius saeculi decursu Reipublicae Yictoriensis civibus ceterisque Oceaniae incolis divina providentia contulit. Praeclara igitur praebetur Nobis occasio, ut Nosmet ipsi cum carissimis filiis, qui in illis regionibus commorantur, Deo bonorum omnium auctori debitam laudem tribuentes, plurimas gratias persolvamus, simulque sacra sollemnia, quae ad Sacramenti Augusti honorem provehendum peragentur, Nostra ipsa auctoritate et praesentia quadam participemus. Quamobrem te, dilecte fili Noster, qui tot caritatis vinculis cum Oceaniae fidelibus coniunctus es, quique in supremum Ecclesiae Senatum cooptatus romanae purpuráe magnificentia enites, Legatum Nostrum per has litteras constituimus ac renuntiamus, ut Eucharistico Coetui, qui ex diversis Oceaniae plagis in florentissimam Melburnensem urbem proxime cogetur, Nostro nomine Nostraque auctoritate praesideas. Minime vero ambigimus, quin amplissimos Christo Regi honores praestitum sint omnes filii, qui, Praesulibus eorumque cleris praeeuntibus, ex Australiae regionibus, ex Nova Zelanda et insulis adiacentibus sacris sollemnibus adfuerint. Iis omnibus, Nostram ipse relaturus vocem, paterna quoque vota significabis, quibus maiorem in dies prosperitatem ominamur Australasiae gentibus, quas, pro singulari earum erga Apostolicam hanc Sedem observantia et caritate, longissimus terrarum marisque tractus ex animo Nostro avellere numquam potest. Sollemnia proxima splendidum igitur documentum erunt catholicae unitatis, quae ubique pastores et fideles inter sese et cum supremo Ecclesiae Capite in fide et amore arctissime coniungit. Quod reliquum est, Deum custodem et sospitatorem catholici nominis impense adprecamur, ut opera religionis ac pietatis, quae Oceaniae filii peracturi sunt, gratiae suae rore fecundet, ut laeti uberesque fructus in Ecclesiae et Civitatis bonum et incrementum percipiantur. Quorum quidem caelestium donorum conci-Matrix ac peculiaris dilectionis Nostrae testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, egregio Archiepiscopo Melburnensi ceterisque sacrorum Antistitibus, itemque universo Australasiae clero populoque fideli peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvin mensis Octobris, in festo Domini Nostri Iesu Christi Regis, anno MDCOCOXXXIV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMOS PP. DD. ALEXANDRUM TIT. S. AUGUSTINI S. R. E. PRESB. CARDINALEM KAKOWSKI, ARCHIEPISCOPUM VARSAVIENSEM, AUGUSTUM TIT. S. MARIAE DE PACE S. R. E. PRESB. CARDINALEM HLOND, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET POSNANIENSEM, ATQUE AD CETEROS RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS POLONIAE: DE PLENARIA SYNODO INDICTA.

PIUS PP. XI

Dilecti filii Nostri ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Pergratae Nobis exstiterunt litterae, quas vos, dilecti filii Nostri, ceterique Poloniae Praesules, ad perinsigne Beatae Mariae Virginis sanctuarium Czestocboviae coram Nuntio Apostolico congregati, praeterito mense Septembri ad Nos reverenter misistis. Ipsae enim et testimonium exhibebant amphssimum pietatis atque observantiae, qua Poloniae Pastores fidelesque Apostolicam hanc Sedem ac Nosmet Ipsos prosequuntur, et nuntium afferebant periucundum plenariae Synodi, a vobis in proximum annum indictae. Perhumanum itaque obsequium vestrum grati benevolentisque animi Nostri significatione rependimus; consilium vero per vos susceptum, quod diligentiam in pastorali munere obeundo tam liquido comprobat, vobis vehementer gratulamur, immo eo vehementius, quod capita maximi momenti in Synodo perpendenda ad normam documentorum proponuntur, quae pro temporum necessitatibus litteris Nostris atque admonitis complexi sumus. In primisque enim agetis de Actione Catholica, quam omni ope fovendam provehendamque iugiter commendavimus. Praecipua autem pars Catholicae istius Actionis spectat profecto ad mores fingendos adulescentium, qui secundum Ecclesiae doctrinam, veritatis quidem columen ac fundamentum, edoceri debent. Quare meritam vobis laudem, dilecti filii Nostri ac venerabiles fratres, libenter tribuimus, quod peropportuna auxilia investigare studuistis et usque studetis, ut, sententiis viribusque simul conlatis, incepta tanti momenti ad felicem exitum adducatis. Quod vero attinet ed ephemeridem catholicam, quam primum in vulgus edendam statuistis, id Nobis singularem attulit delectationem. Namque, ut pluries iam declaravimus, nihil hodie aptius ad Actionem Catholicam alendam ac roborandam videtur, nihil prorsus utilius ad mentes praesertim iuvenum sana doctrina christianisque praeceptis erudiendas atque informandas, quam editio cuiusdam diarii integre catholici, quod nempe non modo christianae fidei bonisque moribus non adversetur, sed ad superius bonum persequen-

dum per christianas virtutes quam maxime alliciat atque impellat. Scimus equidem quot difficultates, ob temporum angustias, superandae^ exstent; sed, coniunctis omnium bonorum animis opibusque, etiam ea, quae humanis sunt impervia viribus, dabit ipse Deus, si fervida et constanti prece fuerit exoratus. Nos igitur studia vestra sollertesque conatus paterna benevolentia et favore prosequuti, omnipotentem Deum vobiscum obsecramus, ut piis inceptis propitius faveat. Eiusque munere beneficioque fore confidimus, ut omnia, quae in Synodo plenaria statuta fuerint, ad maiorem prosperitatem istius perquam carae nationis conducant, universaeque rei catholicae bene feliciterque vertant. Horum interea beneficiorum caelestium auspex Nostraeque peculiaris dilectionis testis sit apostolica benedictio, quam vobis, dilecti filii Nostri, ceterisque Poloniae Praesulibus, itemque clero populoque cuiusque vigilantiae commisso, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die i mensis Novembris, in festo omnium Sanctorum, anno MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. D. ALEXIUM TIT. S. CALLISTI S. R. E. PRESB. CARDINALEM ASCALESI, ARCHIEPISCOPUM NEAPOLITANUM, VIGESIMUM QUINTUM NATALEM EPISCOPATUS EIUS AC DECENNIUM IN REGIMINE NEAPOLITANAE ARCHIDIOECESIS EXPLENTEM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Id libenter accepimus, bonos istos fideles, votis optatisque cleri obsecundantes, duplicem propediem eventum celebraturus, quinque videlicet lustra episcopatus tui feliciter peracta et decennium fauste completum, ex quo ipse nobilissir mae istius Sedis regimen suscepisti. Hisce autem sollemnibus proximis aderunt profecto cives ex omni ordine laetitia gestientes, tam populares quam optimates, praeeuntibus egregiis ipsis civitatis magistratibus. Dignum plane est filiorum pietate ac dilectione, tam praeclaram gemini eventus faustitatem sollemniter agere, ut ipsi devotos gratosque animos erga patrem et pastorem exhibeant, qui in animarum bonum inque etiam civilis consortionis utilitatem nulli curae aut labori hac temporis diuturnitate pepercit. Neque enim pastoralis cura et solhcitudo, qua vehementer quidem

flagrabas, quum ecclesias Muranam, **S.** Agathae Gothorum et Beneventanam antea rexisti, est umquam deminuta, sed magis magisque crevit in dies, atque in multiplicibus religionis caritatisque operibus provehendis luculenter hucusque enituit. Illud autem novissime tuae ducitur laudi, quod novas splendidasque Seminarii Maioris aedes e fundamentis excitasti, ut delecti iuvenes in sortem Domini vocati aptius congruentiusque hodiernis necessitatibus pietatem et sacras disciplinas excolerent, iidemque ad gravisssima sacerdotii munera obeunda alacrioribus animis integrisque viribus sese pararent. Nos igitur, tua haec promerita dilaudantes et communi tuorum laetitiae cumulum addere peroptantes, tibi, dilecte fili Noster, paternam iucundamque gratulationem per hanc epistolam Nostram publice palamque exhibemus, ac meritas Deo gratias ob conlata tibi beneficia rependentes, omnia fausta, prospera, felicissima tibi ex animo adprecamur. Quo autem sacrorum eventuum celebratio salutarior populo tuo evadat, tibi ultro concedimus, ut, statuta die, Pontificali Sacro peiacto, adstantibus fidelibus nomine et auctoritate Nostra benedicas, venia omnium commissorum iisdem proposita, ad Ecclesiae praescripta lucranda. Interea in caelestium gratiarum auspicium et caritatis peculiaris Nostrae testimonium Apostolicam Benedictionem tibi, dilecte fili Noster, tuoque Episcopo Auxiliari, itemque clero et populo tuae vigilantiae concredito peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Novembris, in Praesentatione Beatae Mariae Virginis, anno MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I
DECRETUM

Feria IV, die 3 Iulii 1935

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, praehabito debito examine, damnarunt et in indicem librorum prohibitorum absque ulla mora inserendum mandarunt opus, typis Arnoldi Mondadori recenter editum (MDCCCCXXXV), cui titulus:

ANGELO COCLES, *Cento e cento e cento e cento pagine del Libro Segreto di Gabriele D'Annunzio tentato di morire.*

in quo « gareggia la sfrontatezza della immoralità con affermazioni di errori spesso empi e blasfemi ».

Et sequenti Eeria V, die 4 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 5 Iulii 1935.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

II
DECRETUM

Feria IV, die 17 Iulii 1935

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi damnarunt et in indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt novum librum, recenter editum, qui inscribitur:

ALPRED ROSENBERG, *An die Dunkelmänner unserer Zeit. Eine Antwort auf die Angriffe gegen den «Mythus des 20. Jahrhunderts ».* Hoheneichen. Verlag München.

Et sequenti Feria V, die 18 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. ST. D. Pius Divina Providentia Pp. XI in solita audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 19 Iulii 1935.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

19 Iunii 1935. — Titulari episcopali ecclesiae Elatensi R. D. Rogerium Beaussart, Vicarium Generalem Parisiensem, quem constituit Auxiliarem Emi P. D. Ioannis Card. Verdier, Archiepiscopi Parisiensis.

21 Iunii. — Cathedrali ecclesiae Abulensi R. D. Sanctum Moro Briz, canonicum Capituli cathedralis eiusdem dioecesis;

— Cathedrali ecclesiae Terulensi B. P. Anselmum Polanco, Superiorem Provincialem Augustinianorum provinciae Ss. Nominis Iesu in Insulis Philippinis.

22 Iunii. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Soteropohtanae Exc. P. D. Ioannem Franciscum Braga, hactenus Archiepiscopum Curitybensem de Paraná;

— Metropolitanae ecclesiae Reginatensi Exc. P. D. Petrum Monahan, hactenus Episcopum Calgariensem;

— Cathedrali ecclesiae Rossensi R. D. Patritium Casey, canonicum capituli cathedralis eiusdem dioecesis.

5 Iulii. — Cathedrali ecclesiae Berolinensi Exc. P. D. Conradum von Preysing, hactenus Episcopum Eistettensem;

— Titulari archiepiscopali ecclesiae Myrensi B. D. Carolum Serena, Praelatum a consiliis apud Nuntiaturam Apostolicam in Italia, deputatum Nuntium Apostolicum in Bepubliea Columbiana.

6 Iulii. — Titulari episcopali ecclesiae Melensi B . D . Georgium Leech, parochum ecclesiae S. Patricii in civitate *Pottsville,* archidioecesis Phila-

delphiensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Philippi Mae Devitt, Episcopi Harrisburgensis.

8 Iulii 1935. — Titulari episcopali ecclesiae Ionopolitanae Exc. P. D. Eugenium Mariam Le Per de la Motte, hactenus Episcopum Nannetensem.

12 Iulii. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Sardianae B. D. Antoninum Arata, Antistitem Urbanum, deputatum Nuntium Apostolicum in Lettonia atque Estonia.

13 Iulii. — Cathedrali ecclesiae Manizalensi B. D. Aloisium Concha, canonicum theologum Capituli metropolitam Bogotensis;

— Titulari episcopali ecclesiae Cibyratensi B. D. Albertum Mariam Fuchs, canonicum Capituli cathedralis Trevirensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Francisci Bornewasser, Episcopi Trevirensis.

17 Iulii. — Cathedrali ecclesiae Moguntinae B. D. Albertum Stohr, professorem Theologiae in Seminario eiusdem dioecesis.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

i

PBOYISIO ECCLESIAE

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, decreto S. Congregationis pro Ecclesia Orientali diei 11 Iulii anni .1935, titulari episcopali Ecclesiae Comanensi in Armenia praeficere dignatus est B. D. Franciscum Agagianian, Bectorem Pontificii Collegii Armeni de Urbe.

II

NOTIFICATIO

DE CONSTITUENDA PONTIFICIA COMMISSIONE AD REDIGENDUM «CODICEM IURIS CANONICI ORIENTALIS».

Augustus Pontifex, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum Orientalium vota benigne excipiens, ut singulis eorum Ecclesiis per canonicam codificationem provideretur, anno 1929[1] haec statuere dignatus est: 1) ut studia historico-canonica, quae *praeparatoria* vocantur,

[1] *A. A. S.*, vol. XXI, p. 669.

de legibus et consuetudinibus singularurn Ecclesiarum a sacerdotibus, quos Excrni Episcopi Eomam mittendos elegerint, conficerentur; 2) ut canonum schemata a praedictis sacerdotibus delegatis redacta ad Excmos Ordinarios mitterentur, ut de iisdem animadversiones facere possint; 3) ut iuridici singularum Ecclesiarum fontes, canonici praesertim, exquirerentur atque in lucem, cura virorum scientia iuris canonici et historia peritorum, ederentur. Memoratis studiis praeparatoriis Sanctitas Sua eodem anno Commissionem Cardinahtiam praeposuit, cui usque ad diem 18 Novembris elapsi anni desideratissimus praefuit Card. Petrus Gasparri.

Quum autem delegati sacerdotes opus sibi concreditum hisce diebus naviter et fideliter absolverint, atque Excmi Ordinarii Orientales de schematibus canonum suas dederint animadversiones; quumque fontium a praedictis sacerdotibus relatorum plures libri circa Sedis Apostolicae decreta et disciplinas Ecclesiarum Orientalium in lucem editi (Aethiopicae, Armenae, Chaldaicae, Copticae, Maronitae, MelMtae, Bumenae, Euthenae et Syrae) et alii edendi sint, Sanctitas Sua ad redactionem «Codicis Iuris Canonici Orientalis» procedendum censuit, atque huic operi moderando Commissionem pontificiam constituit.

Huius Commissionis est animadversiones et vota quae de canonum praedictis schematibus Emi Ordinarii significaverint perpendere; textum canonum determinare; et redactionem Codicis moderari. Quum autem condendus Codex, non solum ad leges sed etiam ad redactionis rationem quod attinet, populorum ad quorum regimen destinatur referre debeat indolem: aequum Ssmo visum est decernere ut Emi Patres, in praedicto Codice redigendo, opera Consultorum ex Orientalibus clericis praecipue assumptorum utantur.

Praecipit insuper Sanctitas Sua ut singuli tituli vel libri quos, moderante Emo Praeside, Consultores redegerint, ad Ordinarios Orientales Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos, exquirendi eorumdem voti **gratia** ad unam quod attinet redactionis rationem, mittantur.

Commissionem pontificiam constituunt qui sequuntur:

Emus Card. ALOYSIUS SINCERO, *Praeses.*
Emus Card. EUGENIUS PACELLI.
Emus Card. IULIUS SERAFINI.
Emus Card. PETRUS FUMASONI-BIONDI.

A Secretis:

Emus P. Acacius Coussa, B. A.

Consultores:

Excmus P. D. Eranciscus Agagianian, Episcopus tit. Comanensis in Armenia.
Rmus D. Eranciscus Gozman.
Rmus D. Ioannes Balan.
Rmus D. Petrus Dib.
Rmus D. Petrus Sfair.
Rmus D. Cyrillus Korolevskij.
Rmus I). Paulus Hindo.
Rmus P. Garabed Amaduni, e Mechit. Venet.
Rmus P. Ioseph Zajackivskyj O. S. B. M.
Rmus P. Bomualdus Souarn A. A.
Rmus P. Arcadius Larraona C. M. F.
Rmus P. Hippolytus a Sancta Familia O. C. D.
Rmus P. Aemilius Herman S. I.

Commissionis sedes est apud S. Congregationem pro Ecclesia Orientali. Borgo Nuovo 76, Roma (113).

Die 17 Iulii, anni 1935.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius, divina Providentia Pp. XI, decretis sacri Consilii christiano nomini propagando praelucere dignatus est:

8 Aprilis 1935. — Titulari episcopali ecclesiae Voncariensi, R. P. Leonem Klerlein, e Congregatione Sancti Spiritus, quem constituit Vicarium Apostolicum de Kroonstad.

— Titulari episcopali ecclesiae Antiphellitanae, R. P. Ioannem Mariam Aubin e Societate Mariae, quem constituit Vicarium Apostolicum insularum Salomonicarum meridionalium.

18 Iunii. — Titulari episcopali ecclesiae Pertusensi, R. P. Georgium Haezaert, e Congregatione Sancti Spiritus, quem constituit Vicarium Apostolicum de Katanga septentrionali.

18 Iunii. — Titulari episcopali ecclesiae Anemuriensi E. P. Othonem Baible, e Pia Societate Missionum (Pallottini), quem constituit Vicarium Apostolicum Kimberliesem in Australia occidentali.

— Titulari episcopali ecclesiae Polystyliensi E. P. Philippum Coté e Societate Iesu, quem constituit Vicarium Apostolicum de Siichow.

— Titulari episcopali ecclesiae Ariassensi, E. P. Leontium Fernandez Galilea e Congregatione Missionariorum fi horum Immaculati Cordis B.M.V., quem constituit Vicarium Apostolicum de Fernando Poo.

— Titulari episcopali ecclesiae Etennensi, E. P. Franciscum Xaverium Ford e Societate de Maryknoll pro missionibus exteris, quem constituit Vicarium apostolicum de Kaying.

II

NOMINATIONES

Sacra Congregatio de Propaganda Fide, singulis datis decretis, ad suum beneplacitum renunciavit:

8 Aprilis 1935. — E. B. Damianum Tcheng, *Praefectum Apostolicum de Ghaotung.*

— E. P. Petrum Moretti, O. F. M., *Praefectum Apostolicum de Tungchow.*

10 maii. — E. P. Iosephum Giannotti, e Congregatione Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi (fr. Dismam a B. M. V. Perdolente), *Praefectum Apostolicum de Dodoma.*

14 Iunii. — B. P. Modestum Perez, O. P., *Praefectum Apostolicum de SMJcolcu.*

III

DESIGNATIONES

Ad normam can. 1594, § 3, pro appellationibus a suo tribunali in secunda instantia, Ordinarius Archidioecesis Athenarum designavit curiam archiepiscopalem Naxiensem, Vicarius Apostolicus Borneae Hollandicae designavit Tribunal Vicariatus Apostolici de Padang et Vicarius Apostolicus de Padang designavit Tribunal Vicariatus Apostolici Borneae Hollandicae. Quas designationes Beatissimus Pater, in Audientia diei 2 Man 1935, ratas habere dignatus est.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

DECRETUM

DE MODO SERVANDO IN EXAMINANDIS PROCESSIBUS INFORMATIVIS PRO SIGNANDA COMMISSIONE SUPER INTRODUCTIONE CAUSARUM SERVORUM DEI ET PRO CAUSIS CONFIRMATIONIS CULTUS.

Ob indefectibileni Sanctae Matris Ecclesiae supernaturalem spiritus fecunditatem, accedente magis actuosa Sacrorum Antistitum et Postulatorum laudabili sedulitate pro Causis Servorum Dei provehendis, feliciert nunc contingit, ut iugi quodam incremento huic Sacrae Rituum Congregationi examinandi proponantur informativi, uti dicuntur, processus ab Ordinariis locorum instructi pro novis Servorum Dei Causis introducendis. Quod dum animum recreat simul admonet ut tanti momenti causae, plures equidem numero, in ipso primo earum Umine apud hanc Sacram Congregationem, ita diligenti trutina iuxta recepta criteria cribrentur, ut expeditior postea fluat earum cursus, quae dignae pro meritis habeantur.

Porro ea ohm extitit hac in re disciplina ex decretis sa. me. Urbani VIII, ut de signanda Commissione super introductione Causae ageretur in Congregatione generali coram Summo Pontifice, una cum Patribus Cardinalibus, simul adstantibus suumque sufíragium ferentibus Consultoribus universis. Cui postea regulae, cum ea difficilior applicatu evaderet, ne scilicet aliae gravissimae causae in Congregationibus generalibus tractandae praepediuntur, saepius derogatum est; accedente tamen in singulis casibus pontificia dispensatione ad examen de informativo processu pro causae introductione instituendum in Ordinaria, quae dicitur, Congregatione Patrum Cardinalium, absque Consultorum interventu ac suffragio. (Cf. Benedicti XIV, *De Serv. Dei Beatif. et de Beat. Canoniz.,* lib. II, cap. 36, n. €).

Quae demum praxis in can. 2082 Cod. Iuris Canonici recepta est.

Attamen, praesentibus inspectis rerum adiunctis quae supra sunt memorata, opportunum apparet ut, talibus processibus informativis plenius excutiendis, antiquiori disciplinae, congruis adhibitis temperamentis, aliquantulo propius accedatur.

Itaque, firmo manente citato canone de examine processus informativi instituendo in Congregatione Ordinaria, illud tamen addendum simul visum

est, ut pro tali examine in dictis Congregationibus peragendo, praeter S. O. Secretarium, Promotorem Generalem Fidei, et Subpromotorem, adsit quoque ea pars Consultorum qui inscribuntur ***Officiales Praelati)*** iique supradicti omnes suum consultivum votum super dictis causis scripto exaratum legant coram Patribus Cardinalibus, qui postea rem excutient. Quod idem servandum visum est quando in dictis Congregationibus Ordinariis Causae aguntur de Confirmatione vel Extensione cultus.

Quae quidem omnia Ssmus D. N. Pius Pp. XI, gloriose regnans, in audientia subsignata die ab infrascripto Cardinali S. «**R.** C. Praefecto habita, auctoritatis suae robore constitui voluit atque vigere, eademque praescripta, ad instar normae pro dictis causis, posthac servanda iussit. Qua super re praesens Decretum confici atque edi mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 25 Novembris 1931.

C. CARD. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

Il

BONAËREN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VEN. SERVORUM DEI ROCHI GONZALEZ DE SANTA CRUZ, ALFONSI RODRÍGUEZ ET IOANNIS DEL CASTILLO E SOCIETATE IESU.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur.

Opportune incidit in hunc diem memoriae S. Francisci Xaverii sacrum, ut eorum declaretur pro fide propaganda martyrium, qui Societatis Iesu et ipsi alumni, eos susceperunt apud occidentales Indos apostohcos labores, quos ille tanta animi magnitudine et tam copioso fructu in extremis Orientis oris exantlavit. Merito enim dixeris Franciscum Xaverium in eo fervido apostolatus motu, qui moderno ineunte aevo feliciter instauratus est ad infideles populos Christo adiungendos, principem tenuisse locum, suaque flamma plurimos incendisse ad tam nobile opus aggrediendum.

Sed propius ad nostros veniamus héroes Rochum Gonzalez de Santa Cruz, Alfonsum Rodríguez et Ioannem Dei Castillo, omnes sacerdotes Societatis Iesu sodales, qui paullo post decimiseptimi saeculi initia evangelicam praedicationem suo sanguine obsignarunt.

Eorum apostolici laboris campus in meridionalis Americae vastissima plaga late patuit, divisa nunc inter plures nobilis illius regionis Respublicas, .ârgentinensem, Brasiliensem, Paraquariensem, Uruquariensem, quarum unaquaeque eorum triumpho nobilitatur et gaudet.

Inter praeclariora missionalium virorum gesta memorati saeculi decimi septimi, historia arduum illum ac simul felicem conatum recenset, quo, praeeunte P. Lorenzana, missiones, quae dicebantur Paraquarienses ab alumnis Societatis Iesu constitutae sunt, eo fine, ut barbarae adhuc Indorum tribus vagae per montes et silvas, a vexationibus et advenarum incursibus ipsius Hispanici Regis auctoritate protectae, omnique amota oppressione in oppida affabre commodeque disposita, quibus *Reductionem* nomen inditum, libere colligerentur, civilibus artibus christianisque moribus instituendae; eo aptissimo sociali ordine constituto, quem non possis quin mireris. His condendis atque evangelizandis oppidis summo animi ardore incumbebant héroes nostri. Dux erat Rochus Gonzalez de Santa Cruz, aetate provectior, vitae sanctitate et rerum gestarum magnitudine clarus. Is nobili genere ortus ex prosapia hispanica anno 1576 in urbe Assumptione Paraquariensi, post innocentissimam adolescentiam sacerdotio auctus et sacerdotali ministerio in exemplum functus, Societati Iesu se adiunxit ut impensiori etiam studio ad maiorem Dei gloriam adlaboraret. Susceptum inter silvícolas Indos apostolicum munus ea animi fortitudine, eo caritatis impetu viginti annorum spatio ad mortem usque sustinuit, atque exercuit, ut vix credas mortali homini tantum roboris animi suffecisse tot aerumnis laboribusque perferendis. Qui ferocissimi inter Indos populi habebantur, ad eos Christo lucrandos procedebat intrepidus apostolicus vir; et quo numquam mercatorum avaritia aut armorum vis penetraverat, eo Christi praeco, pacis nuncius adveniebat, non alio usus gladio, quam quo utebantur Apostoli ad victoriam: verbo Dei. Difficillimis itineribus anno 1619 ad inexploratas eatenus regiones pervenerat, Uruquarienses dictas ex flumine eius nominis easque ad mortem usque excoluit. Socios dein habuit Alfonsum Rodríguez et Ioannem Dei Castillo.

Ambo, prae Rocho aetate multo iuniores, in Hispania orti et Societati Iesu in adolescentiae flore adlecti, in Americam mense novembri anno 1616, ad urbem Cordubam, missi fuerunt. In America perfuncti studiis et sacerdotio aucti, urgente Christi caritate, arduas illas periculisque obnoxias missiones expetierant.

P. Alfonsus nitidissimi animi candore fulgens, Iesu Christi passionem multis effusis lacrimis recolebat, fervidissima in Deum et proximum caritate aestuabat.

Non minori innocentia morum renidebat P. Ioannes, nec minori fere-

batur caritatis studio pro infidelibus Christo adducendis, quorum iura contra oppressores, ad exemplum P. Rochi, fortiter defenderat. Eum P. Rochus, ad f eros Indos *Caaró* iter faciens, ex oppido S. Nicolai adducit, novaeque *Reductione* die 15 Augusti anno 1628 apud Ijuhi fundatae, quam ab *Assumptione* nuncupat, eum praeficit. Una cum P. Alfonso ultra procedens P. Rochus apud Indos Caaró die prima insequentis novembris *Reductionem* fundat *Omnium Sanctorum.*

Iamque imminebat supremi hora certaminis. Maleficus eius regionis regulus, nomine *Niezu,* qui magicis artibus eos populos deceperat et terrebat, odio abreptus in Christi praecones, qui per sanctissimam Evangelii doctri nam populos ab errore retrahebant, timens ne immania quae adhuc patraverat crimina iam prosequi non posset, sicarios minis territos mittit, qui novos missionarios caede interimant, sacraque eorum omnia vastent.

Dies aderat pro nostris martyribus triumphi et gloriae, decimaquinta memorati mensis novembris. P. Rochus, celebrata Missa, in eo erat ut aes campanum, magna adstante populi caterva, erigerei, quum ex improviso lapideae securis ictu percussus, efiracto capite occubuit.

Conclamante populo, P. Alfonsus, vix ac litato Sacro, accurrit, sicarios sibi obvios ad necem inferendam mansuetissimis hisce verbis compellat: *Filii, quid agitis, quid agitis, filiif* ut olim Iesus proditorem Iudam amicum appellaverat: acceptisque lethahbus vulneribus, in ipso Ecclesiae limine exanimatus procidit. Utriusque martyris cadavera discerpta et combusta, succensum sacellum, direpta et profanata sacra supellex.

Ira amens Niezu eaedem Ioanni Dei Castillo inferendam sicariis mandat, qui eum postridie mane a tergo aggressi devinciunt, fustibus caedunt, mortem ei subeundam edicunt. Tum vero suae mortis vera explorata causa, martyr dum per aspera crudeliter rapiatur saxisque contunditur, Iesum pie invocat, ad caelum cor erigit, donec lapidibus obrutus expirat. Cadaver f eris dilaniandum frustra relictum flammis postea datum.

Fama martyrii vulgata statim magna celebritate est, summisque honoribus receptae martyrum reliquiae, quum quasi ad triumphum in oppidum de *Conceptione* allatae sunt.

Instructi statim ordinarii processus tres, Romamque transmissi fuere. Deficiente tamen super non cultu inquisitione, quam hunc primum Urbaniana decreta praeceperant, res stetit. Gravibus subsecutis postea adversus Societatem Iesu procellis, causa diu siluit, deperditis interim informativis processibus. Quum vero recentius, exquisitissima diligentia adhibita, et reperti fuerint antiqui processus, et documenta coaeva, plurima numero et pondere gravissima, fuerint collecta, novus informativus processus super

fama martyrii in Archiepiscopali Curia Bonaerensi instructus est anno 1.928 et ad Urbem missus.

Praehabito studio Historicae Sectionis huius Sacri Ordinis, ac discussa re in Ordinaria Congregatione diei 5 Iulii mensis anno 1932, Ssmus D. N. Commissionem Introductionis Causae die 13 mensis eiusdem Sua manu signavit. Tum iuxta novissima Motus proprii Ssmi D. N. Pii Papae XI praescripta, loco apostolici processus, ab eadem Historica Sectione accuratissima trutina excussa iterum sunt documenta omnia ad causam pertinentia, et eorum Consultorum excepta suffragia. Quibus praemissis, habitae deinceps fuerunt tres, prout de iure, Congregationes: Antepraeparatoria die 25 Aprilis mensis anni huius; Praeparatoria die 13 insequentis Iunii, ac tandem Generalis coram Ssmo D. N. die 28 nuper praeteriti Novembris mensis. In qua Bmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Belator, sequens dubium proposuit: *An constet de martyrio et causa martyrii, ac de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur.* Omnes quotquot aderant Patres Cardinales, Officiales Praelati atque Consultores suum edidere votum. Ssmus vero, prolatis suffragiis intento exceptis animo, suum pronunciare iudicium in hanc diem 3 Decembris mensis, primam Dominicam sacri Adventus, distulit, interim ad Patrem luminum preces iterat urus.

Quare ad Se accitis Emis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. B. C. Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente, nec non B. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, meque infrascripto Secretario, Sacrosancto Eucharistico Sacrifìcio pientissime oblato, edixit: *Ita constare de martyrio et causa martyrii Venerabilium Servorum Dei Pochi Gonzalez de Santa Cruz, Alfonsi Rodriguez et Ioannis Dei Castillo, ut indulta benigna dispensatione super signis seu miraculis pro Ven. Ioanne Dei Castillo et, quatenus opus sit, pro aliis duobus, ad ulteriora procedi possit.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. B. C. referri mandavit.

Die 3 Decembris anno Domini 1933.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DE CONDITIONIBUS AD LUCRANDAM INDULGENTIAM, QUAM DICUNT, PORTIUNCULAE IN ECCLESIA S. MARIAE ANGELORUM APUD ASISIUM.

DECRETUM

Haud semel, olim et recenter, quaesitum est a Sacra Paenitentiaria, utrum conditiones ad lucrandam indulgentiam, quam dicunt, Portiunculae (confessio, communio, visitatio ecclesiae ac recitatio, ea durante, orationum *Pater, Ave* et *Gloria* ad mentem Summi Pontificis sexies repetita), n. IX Decreti « Ut septimi pieni » diei 10 Iulii 1924 praescriptae, servari debeant etiam in visitatione *Portiunculae* proprii nominis ad S. Mariae Angelorum apud Asisium, contra ibi hucusque receptam traditionem.

Ad quae, omnibus mature perpensis, Sacra Paenitentiaria Apostolica respondet: *Affirmative* et, quod attinet ad recitationem precum, *ad mentem.*

Mens est ut hae preces (sexies *Pater, Ave* et *Gloria)* recitari regulariter debeant in ipso Portiunculae sacello; sed si forte aliquando, ob sacelli ipsius angustiam praesertim in extraordinario visitantium concursu, id absque incommodo servari nequeat, valeant christifideles eas incipere extra ipsum sacellum, prosequi per ipsum transeuntes et absolvere post exitum. Idque toties quoties indulgentiam lucrari exoptent.

Quam quidem resolutionem Sibi relatam Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI, in Audientia infrascripto Cardinali Suo Maiori Paenitentiario die 13 vertentis mensis concessa, benigne approbare et confirmare dignatus est ac, quo solet modo, publicandam mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae Ap., die 18 Iulii 1935,

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S.

S. Luzio, *Megens.*

SACEA ROMANA EOTA

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (MARINI-PROVBNZANO)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Petri Provenzano, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 5 Novembris 1935, hora 11, ad'concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendo, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Petri Provenzano, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. © S. H. Quattrocolo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 19 Iulii 1935.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Pierre Provenzano, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 5 Novembre 1935, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Pierre Provenzano, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, 2 Luglio 1935, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Dott. DAVID ALVÉSTEGUI, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Bolivia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 2 Luglio 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Re vóli Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione -*Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Venerabile Servo di Dio Bernardo Maria Clausi, Sacerdote professo dell'Ordine dei Minimi di S. Francesco di Paola.

Martedì, 16 Luglio 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del Santo Padre si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico u ella causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Giustino de Jacobis, Vescovo titolare di Nilopoli e Vicario Apostolico in Abissinia, della Congregazione della Missione di S. Vincenzo de' Paoli.

Martedì, 23 Luglio 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Particolare*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, nonché i Revmi Prelati Officiali, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sopra le seguenti materie:

1) Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti nella Curia ecclesiastica di Nola e Napoli sopra i miracoli per la causa di Canonizzazione del Beato Giovanni Leonardi, Confessore, Fondatore della Congregazione dei Chierici Regolari della Madre di Dio.

2) Intorno alla validità dei processi apostolici costruiti sopra due miracoli nella Curia arcivescovile di Torino per la causa di Canonizzazione del Beato Giuseppe Cafasso, Confessore, Rettore del Collegio Ecclesiastico di Torino.

3) Intorno alla validità dei processi apostolici, costruiti nella Curia ecclesiastica di Cagliari, sopra i miracoli in specie, per la causa di Canonizzazione del Beato Salvatore da Orta, Confessore, laico professo dell'Ordine dei Minori.

4) Intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Quinto Siè, laico, ucciso, come si asserisce, in odio alla Fede.

5) Intorno al culto, come sopra, non mai prestato al Servo di Dio Placido Riccardi, Sacerdote professo dell'Ordine di S. Benedetto della Congregazione Cassinese.

6) Intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Maria di Gesù, Confondatrice e prima Superiora dell'Istituto delle Piccole Suore dell'Assunzione.

7) Intorno al culto, come sopra, non mai prestato al Servo di Dio Francesco Risat, Superiore Generale dell'Istituto dei Piccoli Fratelli di Maria.

8) Intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Maria Bertilla Boscardin, Religiosa delle Suore di S. Dorotea, Figlie dei Sacri Cuori.

Martedì, 30 Luglio 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Maria de Mattias, Fondatrice delle Suore del Preziosissimo Sangue di N. S. G. C.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

16 Luglio 1935. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Sincero, Segretario della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale, *Presidente della Pontificia Commissione per la redazione del Codice di Diruto Canonico Orientale.*

» » » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Eugenio Pacelli, Giulio Serafini e Pietro Fumasòni Biondi, *Membri della Pontificia Commissione per la redazione del Còdice di Diritto Canonico Orientale.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di S. S.:

16 Luglio 1931. Monsig. Giacinto Canales, della diocesi di San Filippo.
28 Dicembre 1933. Monsig. Antonio Burzynski, dell'archidiocesi di Varsavia.
10 Agosto 1934. Monsig. Edoardo Burkley, della diocesi di Columbus.
» » » Monsig. Giacomo Ryan, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni J. Murphy, della medesima diocesi.
» » » Monsig. David Quailey, della medesima diocesi.
21 » » Monsig. Pietro Stach, della diocesi di Tarnovia.
30 » » Monsig. Francesco d'assisi Caruso, dell'archidiocesi di Rio de Janeiro.
20 Settembre » Monsig. Michele J. Sullivan, dell'archidiocesi di Chicago.
Monsig. Guglielmo A. Cumming, della medesima archidiocesi.
Monsig. Daniele Frawley, della medesima archidiocesi.
Monsig. Edoardo J. Fox, della medesima archidiocesi.
Monsig. Giacomo J. Horsburgh, della medesima archidiocesi.
4 Novembre » Monsig. Arturo J. Luckey, della diocesi di Concordia (U. S. A.).
Monsig. Giovanni A. Duskie, della medesima diocesi.
Monsig. Nicola A. Murphy, della diocesi di Charleston.
Monsig. Giacomo J. May, della medesima diocesi.
Monsig. Giuseppe L. 0' Brien, della medesima diocesi.
11 Monsig. Giovanni Schaffeld, della diocesi di Cleveland.
Monsig. Giuseppe J. Schmitt, della medesima diocesi.
Monsig. Giovanni R. Kenny, della medesima diocesi.
Monsig. Andrea Radecki, della medesima diocesi.
Monsig. Giacomo M. Me. Donough, della medesima diocesi.
Monsig. Giovanni R. Hagan, della medesima diocesi.
» Monsig. Guglielmo A. Kane, della medesima diocesi.
» Monsig. Guglielmo J. Gallena, della medesima diocesi.
12 Monsig. Andrea Koller, della medesima diocesi.
Monsig. Eugenio P. Duffy, della medesima diocesi.
Monsig. Giovanni P. Tracy, della medesima diocesi.
Monsig. Francesco Dubosh, della medesima diocesi.
Monsig. Giuseppe 0' Keefe, della medesima diocesi.
Monsig. Maurizio Griffin, della medesima diocesi.
Monsig. Edoardo A. Kirby, della medesima diocesi.
Monsig. Giuseppe Trivisono, della medesima diocesi.
Monsig. Oldorico Zlamal, della medesima diocesi.
Monsig. Vito Hribar, della medesima diocesi.

12	*Novembre*	*1934.*	Monsig. Michele Domladovac, della medesima diocesi.
20	»	»	Monsig. Cecilio Penula, della diocesi di Nueva Caceres.
»	»	»	Monsig. Antonio Bayona, della medesima diocesi.
10	*Dicembre*	»	Monsig. Taddeo Giuliano Jachimowski, della diocesi di Kielce.
2	*Gennaio*	*1935.*	Monsig. Giorgio Alfredo Colle, dell'archidiocesi di Malines.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Lukcsics, della diocesi di Vesprimia.
3	»	»	Monsig. Ludovico G. Reicher, della diocesi di Galveston.
»	»	»	Monsig. Uberto Campo, della diocesi di Lincoln.
5	»	»	Monsig. Rodolfo Pian, della diocesi di Sebenico.
23	»	»	Monsig. Giulio Mancini, (Roma).
2	*Febbraio*	»	Monsig. Giuseppe Antognini, della diocesi di Lugano.
			Monsig. Emilio Cattori, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

13	*Aprile*	*1935.*	Monsig. Bartolomeo Stanislao Wilson, Vescovo tit. di Acmonia.
15	»	»	Monsig. Giuseppe Scarlata, Vescovo di Muro Lucano.
16	»	»	Monsig. Giacinto Tonizza, Vescovo tit. di Paretonio.
22	*Maggio*	»	Monsig. Beda Beekmeyer, Vescovo di Kandy.
24	»	»	Monsig. Patrizio Giuseppe Clune, Arcivescovo di Perth.
25	»	»	Monsig. Augusto Faisandier, Vescovo tit. di Elatea.
22	*Giugno*	»	Monsig. Giovanni Pranzini, Vescovo di Carpi.
24	»	»	Monsig. Paolo Giuseppe Enrico Nussbaum, Vescovo di Sault Ste-Marie e Marquette.
27	»	»	Monsig. Aurelio Bacciarini, Vescovo tit. di Daulia.
29	»	»	Monsig. Epaminonda Nuñez de Avila e Silva, Vescovo di Taubaté.
6	*Luglio*	»	Monsig. Ettore Lodi, Vescovo tit. di Messene.
8	»	»	Monsig. Lazzaro Miedia, Arcivescovo di Scutari.
9	»	»	Emo Sig. Card. PIETRO LA FONTAINE, del tit. dei SS. XII Apostoli, Patriarca di Venezia.
12	»	»	Monsig. Francesco Giuseppe Ribeiro de Vieira e Brito, Vescovo di Lamego.
»	»	»	Monsig. Eugenio Colomanno Kránitz, Vescovo tit. di Cime.
23	»	»	Monsig. Francesco Maria Kersuzan, Arcivescovo tit. di Sergiopoli.
31	»	»	Monsig. Pietro Giuseppe Hurt, Arcivescovo tit. di Bostra.

An. **et** Vol. XXVII 2 **Septembris** 1935 (Ser. IÏ, v. **II) - Num.** 10

AGTA^POSTOÜCAITÄ

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP, XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ASSAMENSIS

PRAEFECTURA APOSTOLICA ASSAMENSIS IN DIOECESIM SCILLONGENSIS NOMINE EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Uberius ac felicius in dies succrescente catholico nomine in praefectura apostolica Assamensi in India, in votis optatisque erat venerabilium fratrum Archiepiscopi Calcuttensis aliorumque Sacrorum Antistitum, Delegatis quoque Apostolicis consentientibus, ut praefectura illa in dioecesim erigeretur. Nos vero, probe noscentes id non parum iuvare posse dominico gregi salubrius pascendo aptiusque regundo, de venerabihum fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, Iubenti animo votis illis annuere statuimus. Quapropter, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, praefecturam apostolicam Assamensemin dioecesim evehimus ac erigimus eamque ab urbe *Shillong,* in qua sedem et cathedram episcopalem constituimus, *Scillongensem* nuncupati volumus. Eius fines iidem erunt ac praefecturae Assamensis, prout modo exstant. Hanc vero novam cathedralem ecclesiam Scillongensem suffraganeam

constituimus metropolitanae ecclesiae Calcuttensis, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri Calcuttensis Archiepiscopi subiicimus. Ecclesiam autem Ss. Salvatori dicatam in ipsa urbe *SMllong* exstantem, ad catbedraMs ecclesiae gradum et dignitatem provehimus ac ipsi eiusque pro tempore Antistitibus iura omnia, honores, insignia, favores, gratias et privilegia tribuimus, quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque Episcopi iure communi fruuntur, et cum omnibus item oneribus et obhgationibus iisdem adnexis. Cum autem Missio illa, in dioecesim modo erecta, Societatis divini Salvatoris Missionahum curis prius concredita, qui, flagrante per orbem immani bello, ab ea expulsi ac postea in ipsam reverti prohibiti sunt, iam ab anno millesimo nongentesimo vicesimo primo Piae Societati S. Francisci Salesii commissa sit, etiam in. posterum, ad Nostrum et Sanctae Sedis beneplacitum, eiusdem Societatis curis concredita manebit. Cum vero praesentis temporis adiuncta haud permittant, quominus in nova hac dioecesi canonicorum Capitulum erigatur, indulgemus ut, ad iuris tramitem, pro canonicis consultores dioecesani interim constituantur. Mandamus insuper ut quam primum fieri poterit Seminarium saltem parvum pro indigenis pueris ad sacerdotium educandis iuxta Codicis iuris canonici praescripta erigatur. Episcopalem mensam novae huius dioecesis bona cuncta immobilia et mobilia hucusque Assamensi praefecturae pertinentia constituent, nec non oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis ipsa erecta est, praeberi solent, praeter pecuniarium subsidium, quod Pontificium Opus a Propagatione Fidei quotannis illuc mittit. Quod autem attinet ad novae huius dioeceseos Scillongensis regimen et administrationem, ad Vicarii capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Statuimus denique ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii

publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae bisce Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Eomanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini igitur quae hisce Litteris Nostris evectionis, erectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae statuta sunt infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die nona mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI P. Card. FUMAS O NI BIONDI
Cancellarius S. R. E. *S. C. de Propaganda Fide Praef.*

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco % Plumbi

***Reg. in Canc. Apost, vol. LI, N. 9.* - Al.** Trussardi.

II

NIGERIAE MERIDIONALIS

VICARIATUS APOSTOLICUS NIGERIAE MERIDIONALIS DISMEMBRATUR ET BINAE EX EO PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE BENUE ET DE C ALABAR ERIGUNTUR, ATQUE STATUITUR UT RELIQUA EIUS TERRITORII PARS VICARIATUS APOSTOLICUS DE ONITSHA-OWERRI IN POSTERUM DENOMINETUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad enascentis cuiusvis Ecclesiae in regionibus nondum penitus Evangelii lumine conlustratis dominicum gregem magis augendum eumdemque aptius regundum, procul dubio valde prodest latissima territoria iuxta rerum locorumque adiuncta dividere Sacrorumque Antistites multiplicare.

Cum itaque vicariatus apostolicus Nigeriae Meridionalis, in Africa occidentali, dilectorum filiorum Missionalium e Congregatione a Spiritu Sancto curis concreditus, in quo aliquot iam annos sodales quoque fructuose feliciterque, Deo propitio, adlaborant Societatis Sancti Patritii ad exteras Missiones, ob amplissimam territorii latitudinem magnamque incolarum frequentiam ab uno eodemque Antistite regi nequeat, venerabilis frater Arthurus Hinsley, Archiepiscopus Sardianus, iam Delegatus Apostolicus Africae, ab Apostolica Sede enixe expostulaverit ut duae novae in illo erigerentur Missiones, altera Patribus e Congregatione a Spiritu Sancto provinciae Germanicae, altera Sodalibus Societatis praefatae Sancti Patritii committenda, Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Eide praepositorum consulto, omnibus mature perpensis, oblatis Nobis precibus annuendum censuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, de apostolicae potestatis plenitudine ab Apostolici quem supra diximus vicariatus Nigeriae Meridionalis territorio duas seiungimus partes limitibus ut infra definiendas, easque in duas novas praefecturas apostolicas erigimus et constituimus, quarum unam, de *Benue* nuncupandam, praefatae Congregationis a Spiritu Sancto provinciae Germanicae Patribus, alteram vero, cui nomen erit de *Cdlabar,* Societatis S. Patritii ad exteras missiones Sodalibus ad Nostrum Sanctaeque Sedis Apostolicae beneplacitum committimus. Praefecturae Apostolicae *de Benue* territorium, quae septentrionalem vicariatus apostolici Nigeriae Meridionalis regionem complectetur, ad septentrionalem partem *Benue* flumine (praefecturis apostolicis de Kaduna et de Jos) continebitur; ad orientalem partem vicariatu de *Foumban* et praefectura apostolica de *Buea;* ad meridionalem vero eadem praefectura apostolica de *Buea* et provinciis de *Onitsha* et de *Ogoja;* ad occidentalem autem partem *Niger* flumine (vicariatu apostolico Nigeriae Occidentalis). Praefectura apostolica de *Oalabdr,* quae duas provincias civiles orientales antiqui vicariatus, nempe de *Ogoja* et de *Oalabar* comprehendet, sequentibus limitibus circumscribetur: ad septentrionem provincia de Munshi (praefectura apostolica de *Benue);* ad orientem praefectura apostolica de *Buea;* ad meridiem Oceano Atlantico; ad occidentem, provinciis de *Onitsha* et de *Owerri.* Statuimus insuper ut vicariatus apostolicus Nigeriae Meridionalis, territorio imminutus quo praefatae de *Benue* et de *Oalabar* praefecturae apostolicae constituentur, solis duabus provinciis civilibus de *Onitsha* et de *Owerri* posthac constituatur, et earumdem provinciarum nomine in posterum de *Onitsha-Owerri* nuncupetur. Novis ergo praefecturis istis earumque pro tempore Praefectis apostolicis omnia concedimus iura, privilegia et facultates,

quibus ceterae praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus.

Quae omnia ut supra disposita et constituta^ rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen cuiusvis notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini igitur hanc voluntatis Nostrae paginam infringere vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die nona Iulii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LI, n. 2. **- Al. Trussardi.**

III

NATALENSIS

DIOECESIS NATALENSIS IN BRASILIA DISMEMBRATITR ET NOVA DIOECESIS MOSSOROENSIS ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pro ecclesiarum omnium qua urgemur sollicitudine curandum Nobis est si qua exstet in orbe catholico dioecesis tam nimio territorio patens, ut ab uno tantum Antistite quamvis vigilantissimo vix regi queat, illam dividere et alteri eius partem Praesuli gubernandam committere. Quod quidem probe noscens venerabilis Prater Marcolinus de Souza Dantas, hodiernus Cathedralis Ecclesiae Natalensis in Brasilia Episcopus, cum sua dioecesis per amplissimam se extendat regionem, ad maiorem sibi commissi

dominici gregis utilitatem meliusque eius regimen ab Apostolica Sede enixe expostulavit, ut certa quaedam ab eadem separaretur pars, ex qua nova erigeretur dioecesis. Nos autem, de venerabilium fratrum Nostrorum S. **E.** E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consulto, habito quoque favorabili voto venerabilis Fratris Benedicti Aloisi Masella, Archiepiscopi Titularis Caesariensis in Mauretania et apud Brasilianam Rempublicam Nuntii Apostolici, omnibus rite perpensis, oblatis Nobis precibus annuendum decrevimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, a latissimo illius dioecesis Natalensis territorio partem distrahimus, quae binas comprehendit paroecias in urbe *Mussorò* exstantes, nec non paroecias horum quae sequuntur municipiorum: *Areia, Branca, Assu, Augusto Severo, Caravellas, Apody, Beta, Mar* tins, Porto Alegre, Pao dos Ferros, S. Michele de Pao dos Ferros* et *Luiz Gomes;* atque ex illa novam ac distinctam erigimus dioecesim a *Mossorò* urbe *Mossoroensem* nuncupandam, cuius idcirco fines erunt: ad septentrionem Oceanus Atlanticus, ad occidentem Status *Cearà,* ad meridiem Status *Parahyba,* ad orientem vero *Assua* flumen, quod in superiori parte *Piranhas* appellatur. Novae huius dioeceseos, ita a Nobis erectae et constitutae, sedem episcopalem in praefata *Mossorò* urbe, a qua ipsa, uti diximus, nomen mutuabitur, statuimus; quam ideo ad civitatum episcopalium fastigium evehimus, una cum omnibus iuribus et privilegiis, quibus ceterae civitates episcopales in America Latina fruuntur. Paroecialem vero Ecclesiam in honorem Sanctae Luciae Deo dicatam, in eadem urbe exstantem, ad cathedralis ecclesiae gradum et dignitatem extollimus, simulque illi eiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, honores, insignia, favores, gratias et privilegia, quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque Praesules in America Latina iure communi pollent; una item cum omnibus oneribus et obhgationibus, iisdem iure adnexis. Hanc insuper novam Cathedralem Ecclesiam Metropolitanae Ecclesiae Parahybensi suffraganeam constituimus eiusque pro tempore Episcopis eiusdem Parahybensis Archiepiscopi metropolitico iuri subiicimus. Cum autem praesentis temporis adiuncta non permittant quominus in nova hac dioecesi canonicorum Capitulum modo constituatur, indulgemus ut ad iuris tramitem, pro canonicis, dioecesani consultores interim eligantur. Mandamus insuper ut quam primum fieri poterit saltem parvum Seminarium dioecesanum iuxta Codicis Iuris Canonici praescripta et normas a S. Congregatione de Seminariis et Universitatibus Studiorum traditas erigatur; itemque tit nova dioecesis Mossoroensis binos delectos iuvenes, aut modo saltem unum, non intermissa vice, suis sumptibus mittat in Pontificium Seminarium Pium Latinum

Americanam de Urbe, ut ipsi sub oculis fere Romani Pontificis in spem Ecclesiae instituantur. Quod vero attinet ad huius dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ád clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt. Quoad clerum autem praecipue spectat, statuimus ut, simul ac novae dioecesis erectio ad exsecutionem demandata fuerit, eo ipso singuli clerici eidem ecclesiae censeantur adscripti, qui in eius territorio legitime degunt. Episcopalem porro mensam dioecesis Mossoroensis constituent Curiae Episcopalis emolumenta et oblationes omnes^quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis ipsa erecta est, praeberi solent, praeter ea, quae ad hunc finem iam collecta sunt. Decernimus denique ut documenta omnia et acta, eamdem dioecesim eiusque clericos ac fideles respicientia, a Cancellaria dioecesis Natalensis a qua ipsa originem trahit, quam primum fieri poterit, Cancellariae novae dioecesis Mossoroensis tradantur, ut in eius archivo serventur. Quibus omnibus ut supra dispositis atque decretis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda, quem supra diximus, venerabilem Fratrem Benedictum Aloisi Masella, apud Brasilianam Rempublicam Nuntium Apostolicum deputamus, ipsique necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum; atque onus eidem imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem, infra sex menses ab his Litteris datis computandos, peractae exsecutionis actorum authenticum exemplar transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet quorum intersit vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu, notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque auctoritate quavis, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Statuimus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis,

generalibus vel speciaübus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem has Nostras Litteras dismembrationis, erectionis, evectionis, subiectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quarto, die vicesima octava mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANÍ
Cancellarius S. ***B.*** *E.*

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. **C.** *Consistorialis a Secretis.*

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco j$¡ Plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. LI, n. 12. - **Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUARIUM B. M. V. VULGO « DE MONTE SION » NUNCUPATUM, IN DIOECESI NANCEÏENSI ET TULLENSI, BASILICIS MINORIBUS ACCENSETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Seiuntensi in monte, vulgo *Sion* nuncupato, Dioecesis Tullensis intra fines, iam saeculo decimo fere exeunte, parva admodum exstabat Deiparae Virginis in honorem Deo dicata sacra aedes, quae a Comitibus Valdemontensibus, qui tunc temporis in regione dominabantur, pia populi vota excipientibus, initio quarti decimi saeculi est ampliata, atque huius veteris marialis aedis pars adhuc hodierno templo adiuncta servatur. Antiquum enim aedificium, vetustate fatiscens, atque exigua sua amplitudine plane impar ingenti numero peregrinorum, qui in marialibus quibusdam anni sollemnitatibus illuc pie conveniebant, ampliori forma renovatum exaedificatumque est saeculo decimo octavo, atque anno MDCCXLIX sollemniter consecratum. At curantibus tam Epi-

scopo Nanceiensi et Tullensi quam Congregatione Oblatorum B. Mariae Virginis Immaculatae, qui a medietate saeculi proxime praeteriti sanctuarium domusque adnexas provide sollerterque multos annos moderati sunt, turri sacra stilo romanico confecta atque altitudine conspicua ad honorem B. Mariae Immaculatae exornatum est idem templum; quod praeterea, in spatio inter vetus aedificium et turrim eandem, nova ala constructa, versus frontem auctum quoque est. Oblati vero e Congregatione memorata, de mariali Sanctuario eodem optime meriti, in fidelium devotione erga Deiparam de Monte Sion augenda multum laboraverunt, ac reapse peregrinorum more turmatim non modo e Dioecesi Nanceiensi et Tullensi, sed e tota Lotharingia atque e regione fimtima cuiusvis generis cives ad ipsum Mariale sanctuarium pie religioseque, praeterito saeculo maiores vestigiis secuti, confluxerunt, hodieque confluunt. Iam enim Comites Valdemontenses Ducesque Lotharingiae una cum populis eorundem imperio subiectis ad Seiuntense istud Sanctuarium saepe saepius ascenderunt, magna veneratione colentes Beatam Virginem Mariam a Monte Sion, quam Lotharingiae Dominam ac Patronam, Mediatricem ac Parentem optimam dictitabant. Cives vero popularesque e civitatibus Lotharingiae, qui iugiter Nostram Dominam de Monte Sion tamquam peculiarem Protectricem venerati sunt, praesertim post sollemnem coronationem a rec. mem. Decessore Nostro Pio Pp. IX decretam, atque anno MDCCCLXXIII a Cardinali Archiepiscopo Bisuntino Summi Pontificis Legato peractam, Beatam Virginem eandem ipsiusque Sanctuarium celebrant, et magis magisque in dies vivido cultu ac profundo exornant. Nil mirum itaque si hoc anno, sexagesimo ab eadem simulacri Deiparae sollemni pontificia coronatione, Episcopus Nanceiensis et Tullensis, cleri populique dioecesis suae vota etiam excipiens, Nobisque commendans, enixis verbis a Nobis expostulet, ut Sanctuarium dilectissimae Patronae Lotharingiae in Monte Sion titulo privilegiisque Basilicae minoris decoretur. Nos autem animo repetentes venerandam templi Deiparae de Monte Sion historiam, vicissitudines quoque resque adversas, quibus Seiuntense Institutum mariale fuit aliquando graviter affectum, populorum denique e Lotharingia pietatem per tot tantaque saecula insignem continentemque erga Beatam Virginem, precibus Praesulis memorati annuendum ultro libenterque censemus. Quapropter conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Sacrae Rituum Congregationi praepositi sunt, Apostolica Nostra auctoritate perpetuumque in, modum, ecclesiam titulo Beatae Mariae Virginis in Monte Sion, Dioecesis Nanceiensis et Tullensis intra fines, ad *Basilicae minoris* dignitatem evehimus, illique omnia privilegia tribuimus, quae templis hoc titulo honestatis de

iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Iunii, anno MCMXXxm, Pontificatus Nostri duodecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

ECCLESIA COLLEGIALIS SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI IN CIVITATE ET DIOECESI IACIENSI TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DITATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacras inter aedes quibus laciensis civitas decoratur, antiquitate, amplitudine, egregiis artis operibus eminet ecclesia collegialis, Deo in honorem Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli dicata, quae etiam pretiosis Sanctorum reliquiis sacraque supellectili ditatur. Nunc vero, ad divini cultus decorem et magnificentiam augenda, Canonici praedictae Ecclesiae humilibus enixisque Nos precibus efflagitarunt, ut ecclesiam ipsam ad honorem et dignitatem Basilicae minoris evehere dignaremur. Has autem preces cum ornet et cumulet venerabilis fratris Episcopi Iaciensium amplissimum suffragium, optatis his annuendum existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus Congregationi Sacris tuendis Bitibus praepositis, Apostolica auctoritate Nostra, praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum, ecclesiam collegialem Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli in Civitate laci Begalis titulo ac dignitate *Basilicae minoris* augemus, illique tribuimus omnia et singula privilegia et honorificentias, quae Ecclesiis hoc titulo auctis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his,

a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Iulii anno **MDCCccxxxin,** Pontificatus Nostri duodecimo.

B. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

DIOECESIS MAITLANDENSIS BEATA MARIA VIRGO DE PERPETUO SUCCURSU PATRONA CAELESTIS DECLARATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Paterna caritas, qua christifideles omnes complectimur, Nos admonet ut eorum bono spirituali atque emolumento, quantum in Domino possumus, consulamus. Hac profecto de causa cum edoceamur a venerabili fratre Maitlandensium Episcopo dioecesim eius nullum adhuc proprium coelestem Patronum habere, atque admodum esse in votis clero populoque Maitlandensi ut pro Nostra benignitate qua Patronam principalem dioecesis Beatam Mariam Virginem de Perpetuo Succursu constituere dignemur, Nos, piis huiusmodi optatis ultro libenterque concedendum censemus. Itaque, audito quoque Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Eituum Congregationi Praefecto, omnibus rei momentis sedulo studio perpensis, praesentium Litterarum tenore deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine perpetuumque in modum, ad magis magisque in dies fovendam et augendam Maitlandensium christifidelium venerationem pietatemque erga Deiparam, eandem Beatam Mariam Virginem de Perpetuo Succursu praecipuam totius dioecesis Maitlandensis coelestem apud Deum *Patronam* declaramus et constituimus, omnibus et singulis adiectis privilegiis, quae huiusmodi Patronatus propria sunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec, ut in spirituale fidelium Maitlandensium bonum cedant, statuimus, largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare et permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; dioecesi memoratae Maitlandensi plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **xxix** mensis Iulii anno MCMXXXIV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status,*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

3 Augusti 1935. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Rhusiensi praefecit **R.** D. Ioannem de Jong, canonicum capituli metropolitam Ultraiectensis, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis Exc. P. D. Ioannis Henrici Gerardi Jansen, Archiepiscopi ultraiectensis;

—- Cathedrali ecclesiae Omahensi Exc. P. D. Iacobum Hugonem Ryan, hactenus Episcopum titularem Modrenum;

— Titulari episcopali ecclesiae Cymaeae R. D. Petrum Ireton, Antistitem Urbanum, parochum ad S. Annae in civitate Baltimorensis quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis Exc. P. D. Andreae Iacobi Aloysii Brennan, Episcopi Richmondiensis.

S Augusti. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Aeginensi R. D. Xaverium Bitter, deputatum Nuntium Apostolicum in republica Cecoslovaca;

— Cathedrali ecclesiae Palentinae Exc. P. D. Emmanuelem Gonzalez Garcia, hactenus Episcopum Malacitanum;

— Cathedrali ecclesiae Malacitanae R. D. Balbinum Santos Oliveira, canonicum lectoralem capituli metropolitam. Hispalensis.

10 Augusti. — Cathedrali ecclesiae Menevensi B. D. Michaelem Me Grath, parochum loci *Bangor* in eadem dioecesi Menevensi;

— Cathedrali ecclesiae Eargensi R. D. Aloysium Muench, Rectorem Seminarii archidioecesis Milwaukiensis;

— Titulari episcopali ecclesiae Hephaestiensi R. D. Pium Giardina, Vicarium Generalem Archidioecesis Messanensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Angeli Paino, Archiepiscopi Messanensis;

— Titulari episcopali ecclesiae Veliciensi R. D. Iosephum Kolb, canonicum capituli metropolitam Bambergensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Iacobi De Hauck, Archiepiscopi Bambergensis.

13 Augusti 1935. — Metropolitanae ecclesiae Compostellanae Exc. P. D. Thomam Muñiz Pablos, hactenus Episcopum Pampilonensem.

21 Augusti. — Titulari episcopali ecclesiae Dauliensi, E. D. Guillelmum Henricum Mellon, canonicum capituli metropolitam S. Andreae et Edimburgensis, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis Exc. P. D. Jacobi Mae Carthy, Episcopi Candidae Casae seu Gallovidiensis.

25 Augusti. — Cathedrali ecclesiae Pampilonensi E. D. Marcellinum Olaechea Loizaga, presbyterum Societatis S. Francisci Salesii.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

i

INSTRUCTIO

AD CONFICIENDOS PROCESSUS SUPER MATRIMONIO RATO ET NON CONSUMMATO

DECEETUM

Quo facilius Revmi Ordinarii Orientalium Eituum conficere possint processus super matrimonio rato et non consummato, necessarium Sacrae huic Congregationi pro Ecclesia Orientali visum est, pro hisce processibus normas praescribere, quas praefati Revmi Ordinarii observare teneantur.

Praesentem igitur instructionem ab Emis ac Revmis Patribus Cardinalibus huius S. Congregationis, in plenariis comitiis diei 3 iunii v. a. recognitam, Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Pp. XI, in Audientia diei 10 iunii 1935 infrascripto Adsessori concessa, dignatus est adprobare atque iussit publici iuris fieri in Commentario officiali, quod « Acta Apostolicae Sedis » inscribitur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 10 Iunii, anno 1935.

A. Card. SINCERO, Episcopus Praenestinus, *a Secretis.*

L. © S.

I. Cesarini, *Adsessw.*

NORMAE

I

De processu super matrimonio rato et non consummato

1. Cum uni Romano Pontifici sit divinitus commissa potestas, dispensandi super matrimonio rato et non consummato, supplex libellus ad dispensationem obtinendam semper Romano Pontifici erit inscribendus, et ad S. C. pro Ecclesia Orientali transmittendus.

Soli autem coniuges ius habent petendi hanc dispensationem, sive uterque, sive alteruter, altero etiam invito.

2. Supplex libellus continere debet plenam et accuratam totius facti speciem et causas omnes ad obtinendam dispensationem, appositis etiam die, mense, et anno, nec non eparchia in qua orator vel oratores commorantur, et ab oratore vel oratoribus, si fieri potest, subscribi debet.

3. Libellus transmittatur per proprium loci Ordinarium. Ordinarius autem ante omnia curet ut partes inter se reconcilientur, et notitias necessarias et opportunas addat tum de reconciliationis conatu, tum de authenticitate libelli, personis, rebus et factorum adiunctis.

4. Nulli processui super rato et non consummato initium detur, nisi prius obtenta fuerit facultas a Sede Apostolica. Attamen si iudex competens auctoritate propria processum inceperit super matrimonii nullitate ex quocumque capite et ex eo incidenter emerserit matrimonium non fuisse consummatum, processum instruat quoque super matrimonii inconsummatione et super causis dispensationis. Hoc servandum erit praesertim in processibus nullitatis ex capite impotentiae. Expleto vero processu, si matrimonii nullitas non evincatur, acta omnia a loci Ordinario ad S. Congregationem pro dispensatione, si opus sit, impetranda super rato et non consummato mittantur una cum unius vel utriusque coniugis supplici libello.

5. Obtenta vero a Sede Apostolica facultate, Ordinarius, decreto in scriptis dato, in actis asservando, constituat in causa moderatorem actorum seu iudicem instructorem et defensorem vinculi, qui sint sacerdotes scientia et prudentia praediti, necnon actuarium.

Ordinarius potest per se moderatoris actorum munere fungi.

6. Unicus sit moderator actorum seu iudex instructor in inquisitione pro dispensatione super rato et non consummato. Moderator vero actorum, quod attinet ad partium et testium citationem et examen, documentorum visionem vel personarum physicam inspectionem, decretorum intimationem

aliaque huiusmodi, ius habet, iuxta suetas normas, in auxilium vocandi, per litteras rogatorias, alias Curias.

7. Moderator actorum, nisi sit ipsemet Ordinarius, defensor vinculi et actuarius de munere fideliter explendo, ac de secreto servando iuramentum praestent, de quo mentio fiat in actis.

II

De examine coniugum et testium credibilitatis

8. Antequam coniuges et testes examinentur, moderator actorum et vinculi defensor — actuario id in scriptis consignante — de identitate personarum explorent, deinde eos praemoneant de gravi obligatione veritatis dicendae, et speciatim eos edoceant dispensationem dolo, vel fraude contra rei veritatem forte obtentam, minime in foro conscientiae coniugibus esse suffragaturam.

9. Coniuges et testes debent singuli praestare iuramentum de veritate dicenda et de secreto servando super interrogationibus et responsionibus. Moderator actorum, modo efficacior! quo fieri possit iuxta personarum conditionem, explicet sanctitatem iuramenti praesertim quoad veritatem dicendam. De hac monitione, uti de iuramenti praestatione, mentio fieri debet in actis.

10. Coniuges examinentur:

de iis quae matrimonium praecesserunt; utrum liberi an coacti et quas ob rationes in matrimonium consenserint;

qua definita die, ubi et coram quibus matrimonium celebraverint;

an commune vitae consortium statim instauraverint; per quodnam temporis spatium pacifice cohabitaverint et quando animorum aversio facta fuerit; quo denique definito tempore abrupta fuerit vita coniugalis;

an sciant in quo matrimonii consummatio consistat; et utrum matrimonium consummatum fuerit nec ne et quanam de causa.

num copula coniugalis saltem tentata fuerit* et, si forte imperfecta, id honeste explicent;

num adhibuerint fraudes contra completam copulam coniugalem vel contra generationem prolis, et explicent quibus mediis.

Interrogentur praesertim: *a)* si, quando et quibus patefecerint matrimonium non fuisse consummatum;

b) quando et a quibus didicerint matrimonium ratum et non consummatum dispensari posse a Romano Pontifice;

c) a quo tempore consilium inierint de hac dispensatione petenda.

Demum interrogentur super causis pro impetranda dispensatione allatis.

Si coniuges in suis depositionibus nimis inter se conveniant, inquirant prudenter, tum iudex tum defensor vinculi, an adsit collusio; si vero in substantialibus vel in rerum adiunctis magni momenti coniuges discrepent, iterum ad examen vocentur et super discrepantia interrogentur, adhibita etiam, si casus ferat, contestatione inter personas ipsas, ut veritas eruatur.

Antequam coniugum examen absolvatur, moderator actorum eos adhortetur ad vitam coniugalem restaurandam, de qua re mentio fiat in actis.

11. Si reconciliari renuant, tunc moderator actorum utrique coniugi iniungat ut quisque pro sua parte *tres saltem* inducat testes, ad normam sacrorum canonum idoneos et omni exceptione maiores, sanguine aut affinitate sibi coniunctos, sin minus vicinos bonae famae aut alioquin de re edoctos, qui iurare possint de ipsorum coniugum probitate et praesertim de eorum veracitate circa rem in controversiam deductam.

12. Testes credibilitatis, praeter ea quae generaba sunt, interrogentur praecipue circa ipsorum coniugum probitatem, vitae honestatem, praeceptorum Ecclesiae observantiam, sacramentorum frequentiam; circa famam qua gaudent, eorumque veracitatem atque, in specie, si coniugibus, inconsummationem matrimonii sub iuramento aifirmantibus, fides adhibenda sit.

His testibus moderator actorum ex sese, aut ad instantiam defensoris vinculi potest adiungere alios credibilitatis testes, qui vocantur *ex officio;* immo debet, quatenus fieri poterit, si quacunque de causa testes adductos insufficientes existimaverit.

Testimonium credibilitatis robur addit depositionibus coniugum; sed vim plenae probationis non obtinet, nisi aliis argumentis et adminiculis fulciatur, praesertim depositionibus testium de scientia accepta, et inspectione corporali.

III

Examen testium de scientia accepta

13. Posita affirmatione fide digna coniugum de non consummatione, sedulo indagandum erit utrum coniuges tempore non suspecto patefecerint matrimonii inconsummationem et quidem in iis rerum adiunctis, ut hae declarationes nullam aliam causam habere potuerint quam veritatem facti inconsummationis.

Quare praeter testes credibilitatis, a coniugibus inducantur quoque idonei testes de rei veritate edocti, qui appellantur *testes de scientia accepta.*

14. Diligenter igitur moderator actorum tum a testibus credibilitatis tum a testibus de scientia accepta inquirat super iis quae praecesserunt aut sequuta sunt matrimonii celebrationem, quaenam causam dederint discordiae coniugum, si et quas a coniugibus aut ab aliis acceperint notitias circa inconsummationem, quanam causa, quibus verbis patefaetae fuerint, et ob quem finem; praesertim vero inquirat ***quonam definito tempore*** id audiverint:

a) utrum tempore quo vita coniugalis adhuc pacifice ducebatur;

b) an quando iam ortae erant discordiae et vita coniugalis abrupta;

c) an vero postquam fuerit inceptus fortasse processus quem vocant civilem ad divortium obtinendum; aut postquam captum fuerit consilium dispensationem impetrandi et processus canonicus introductus fuerit.

De his temporum, adiunctis sedulo ratio habeatur in interrogationibus faciendis, ut erui possit, cum morali certitudine, num tempore non suspecto tales declarationes factae fuerint.

15. His testibus moderator actorum ex sese, vel ad instantiam defensoris vinculi, alios testes de scientia accepta a coniugibus vel ab aliis, potest ex officio adiungere immo debet, quatenus fieri potest, si id necessarium aut opportunum existimaverit.

IV

*De **inspectione corporali***

• 16. Inspectio corporalis utriusque coniugis vel — nisi ex adiunctis evidenter inutilis appareat — saltem mulieris, fieri debet ad normam iuris.

Ad inspiciendum virum, duo periti medici ex officio deputari debent.

Ad mulierem vero inspiciendam duae obstetrices, in. arte et praxi peritiores ac bonae famae, ex officio designentur, nisi maluerit mulier a duobus medicis ex officio pariter designandis inspici, vel id Ordinarius necessarium habuerit.

* Corporalis mulieris inspectio fieri debet, servatis plene christianae modestiae regulis et adstante semper honesta matrona ex officio designanda.

Mulieris inspectionem obstetrices vel periti, seorsum singuli, exsequi debent.

17. Omnes ex officio deputati iuramentum praestent de munere fideliter, omnique cum diligentia implendo et de iudicio proferendo absque ullo partium studio, itemque de secreto servando.

Praeter alia autem deputati ad mulieris inspectionem prae oculis habeant quae a gravioribus et priidenfioribus in medicina doctoribus

traduntur circa signa certa vel dubia integritatis, praesertim dé hymenis varietatibus et de mediis ad praecavendas fraudes, simulandae integritatis gratia, forte adhibitas.

In viri autem inspectione periti monendi erunt ut artis praesidiis utantur licitis et honestis atque referant, iuxta probata medicinae legalis praecepta, indicia et argumenta non tantum quoad impotentiam, sed etiam circa inconsummationem, attentis adiunctis in casu.

18. Singuli medici vel obstetrices singulas relationes conficiant, intra terminum a iudice definitum, tribunali tradendas.

Peracta autem relatione, periti, obstetrices, ac ultimo, matrona, seorsum singuli, iuramento praestito, ab actorum moderatore interrogentur, secundum articulos a vinculi defensore, inspectis diligenter supradicti» relationibus, concinnatos.

Periti debent indicare perspicue qua via et ratione processerint in explendo munere sibi demandato et quibus potissimum argumentis sententia ab ipsis prolata nitatur, ita ut Sedes Apostolica iudicium sibi efformare possit, non tantum ex conclusionibus peritorum sed etiam ex elementis et descriptionibus relatis.

V

De officio Moderatoris actorum, Defensoris vinculi et Actuarii

19. Moderatoris actorum est curare ut omnia ad normam iuris perficiantur eaque omnia statuere quae aptiora sint ad factorum veritatem eruendam.

20. Officium vero defensoris vinculi est omnibus viribus tueri iura matrimonii, quare semper est citandus in omnibus sessionibus et actibus, processus. Ipsius est: examini partium, testium et peritorum *adesse;* exhibere *interrogatoria* clausa et obsignata, in actu examinis ab actorum moderatore aperienda; *novas interrogationes* ab examine emergentes suggerere; documenta a partibus exhibita *recognoscere.*

Ipse proinde poterit, quolibet causae momento, petere ut ahi testes inducantur vel iidem iterum examini subiiciantur; proponere novas interrogationes sive circa generalia sive circa particularia matrimonii.

21. Tum moderator actorum tum vinculi defensor curent ut interrogationes non sint complexae sed simplices et clarae ut facile ac plene intelligantur; nec suggestivae aut ita factae ut simplici affirmatione vel negatione iisdem responderi possit; sed ita redigantur et fiant ut, examinatus, clariori modo quo potest, promat et explicet notitias quas habet.

22. Tum moderator actorum, tum defensor vinculi diligenter inquirant *circa probitatem et credibilitatem singulorum in iudicium vocatorum vel voeandorum,* exquirendo ab eorum parochis, sin minus a personis fide dignis, litteras testimoniales in quibus declaretur hanc personam, de qua quaeritur, fidem mereri, idque constare ex positivis honestatis et religiositatis signis; veracitatis vero testimonia singula pro singulis requirantur et non globatim, eaque universa erunt asservanda in actis.

23. Actuarii munus est fideliter et continenter referre in actis examinatorum responsiones, non tantum quoad substantiam rei, sed etiam quoad verba, nisi iudex ex gravi et evidenti ratione, satis habeat ut tantum depositionis substantia referatur; — die, mense et anno interrogatorii vel cuiuslibet actus diligenter semper scripto signatis. — Actuario incumbit obligatio acta fideliter custodiendi, ne cuipiam extraneo pateant.

24. Si ob locorum distantiam aliave incommoda pars vel testis nequeat se conferre ad Curiam, neque moderator actorum, defensor vinculi et actuarius possint locum adire, ubi pars vel testis degat, moderator actorum deleget idoneum sacerdotem, illius loci, et, quoad fieri potest, eiusdem ritus, qui adhibita, pro munere defensoris vinculi, alterius sacerdotis opera, iuxta interrogatoria a vinculi defensore exarata, partem vel testem diligenter excutiat eiusque responsiones, ope actuarii, scripto redigat.

Deficiente idoneo sacerdote qui munus defensoris vinculi obire possit, ipse moderator actorum delegatus eiusdem partes agat, facta de re mentione in actis.

Semper autem requiritur actuarius, ad quod munus, in casu necessitatis, scandalo et admiratione remotis, assumi potest etiam laicus.

Hi omnes iuramentum praestare debent de munere fideliter implendo et de secreto servando.

25. Pro examine ahcuius testis in aliena eparchia vel dioecesi commorantis, moderator actorum transmittat ad loci Ordinarium interrogatoria a defensore vinculi proposita* simulque exponat causae adiuncta ut quaesitae notitiae haberi possint a teste cum sufficienti rerum omnium cognitione.

Pertinet ad Ordinarium loci delegare moderatorem actorum, defensorem vinculi et actuarium pro inquisitione in casu, cum facultatibus, de quibus in numero 24.

VI

De conclusione processus

26. Processus ne claudatur nisi defensor vinculi declaraverit sibi nihil superesse inquirendum et moderator actorum attente inspexerit ne quid incompletum vel ambiguum vel contradictorium remaneat: quo in casu, audito vinculi defensore, ea supplere satagat citando denuo, si opus sit, partes vel etiam testes.

27. Clauso processu, defensor vinculi suas redigat animadversiones et tum moderator actorum, tum Ordinarius ipse, nisi munere moderatoris fuerit functus, suum votum promant.

28. Deinde omnia acta iudicialia, in authentico exemplari, lingua magis cognita exarato (latina, italica, gallica vel anglica), una cum indice, mittantur ad hanc Sacram Congregationem.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 10 Iunii, anno 1935.

A. Card. SINCERO, Episcopus Praenestinus, *a Secretis.*

L. & S.

I. Cesarini, *Adsessor.*

II

APPROBATIO

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, decreto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali diei 1 Iunii a. 1935, Constitutiones Congregationis Sororum Indigenarum ritus Chaldaici et Syriaci, quae « Tertiariae Dominicanae Sanctae Catharinae Senensis » vocantur, definitive approbare dignatus est.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

RATISBONEN.

IURIS NOMINANDI CANONICOS

Die 4 martii 1933

SPECIES FACTI. — Ratisbonae, in Germania, est Capitulum collegiale ecclesiae B. Mariae V., ad veterem Cappellani nuncupatum, in quo septem extant canonicatus, quorum quinque conditi sunt prioribus saeculis, sextus fundatus fuit a Baronissa Maria Theresia de Stinglheim anno 1766, postremus vero anno 1862 ex bonis familiae Steuer conlatis. Attamen ob sic dictam pecuniae inflationem, recentiores hi duo canonicatus indotati prorsus manserunt, ita ut hodie tantummodo antiquiores quinque canonicatus conferantur. Et quoad eorum collationem spectat, consuetudo iam a pluribus saeculis invaluit ut Capitulo ius alternum esset cum Episcopo novos canonicos nominandi, in sex cuiuslibet anni mensibus paribus vacantes.

Mense vero augusti anno 1931 cum unus ex his quinque canonicatibus vacare contigerit obitu canonici titularis, propter difficultates inter Episcopum et Capitulum inde exortas, quaestio huic S. Concilii Congregationi enodanda delata fuit.

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. — Vi canonis 403 Codicis I. C. consuetudines, quae sint contra liberam collationem beneficiorum in ecclesiis cathedralibus et collegialibus, reprobatae sunt, et omne privilegium revocatum est. Firmae tamen remanent fundationis leges et ius praesentandi in Concordatis ad normam canonis 1471 concessum.

Iamvero Capitulum, ad sua iura tuenda relate ad antiquiores quinque canonicatus, invocat antecedentem consuetudinem, et privilegia sibi antea concessa, ultima vice per Concordatum inter Pium VII et Regem Bavariae Maximihanum initum. Sed frustra, nam ipsum Capitulum affirmare cogitur: « Fundationis leges ex. istis temporibus non iam existunt ». Si itaque non existunt, nec probari possunt huiusmodi leges, ipsum ius nominationis et electionis peremptam est. Quapropter quoad quinque antiquiores praebendas canonicales, nullum ius electionis Capitulo collegiali competit

propter defectum iuris ex lege fundationis, et electio, vigore canonis 403, ad Episcopum spectat.

Eelate vero ad sextum et septimum canonicatum, haec sunt adnotanda. Canonicatus sextus anno 1766 a Baronissa Maria Theresia de Stinglheim fundatus fuit, quae in testamento ita disposuit: « Est voluntas mea, ut... Capitulum collegiatum, tanquam haeres meus, praeter numerum hucusque existentium canonicorum, adhuc alium canonicum capitularem *nach treffender Ordnung oder turnum* (scilicet: *iuxta vigentem ordinem vel turnum)* ad veram praebendam in perpetuum instituat, qui sicut ceteri canonici chorum frequentare reliquasque obligationes implere debet ».

Capitulum contendit his verbis fundatricem voluisse eidem ius nominandi seu eligendi ad novum canonicatum conferre; nam ordo tunc vigens erat alternatio nominatioms apostolicae in mensibus ^aequalibus, et electionis Capituli in mensibus aequalibus, vi Concordati Viennensis diei 17 februarii 1448; per decretum vero reorganisationis diei 17 augusti 1830 Bex Bavariae sibi reservavit nominationem in mensibus papalibus.

Sed verba a Capitulo supra relata tantum se referunt ad servitium capitulare novi canonici, quod fieri debebit « secundum ordinem vel turnum valentem *(vigentem)* », non vero ad modum providendi memoratum canonicatum. Si fundatrix quid speciale decernere voluisset de modo eligendi ad suum canonicatum, id certe expressis verbis enunciavisset, non vero simplici enunciatione « ad ordinem vel turnum valentem »; et eiusdem voluntatem exscripsisset Episcopus in instrumento confirmationis, et de iure eligendi decretum edidisset. Sed tum in testamento, tum in decreto confirmationis Episcopi diei 24 martii anno 1766, deest quaecumque mentio de methodo observanda circa provisionem canonicatus. Hinc nil mirum si ad novum canonicatum providendum servata fuerit praxis tunc vigens relate ad reliquos canonicatus; imo aliter fieri non poterat. Inde vero excluditur ius electionis Capituli ex lege fundationis.

Ex quibus sequitur sextum canonicatum, de quo in casu, nunc saltem esse liberae collationis.

Septimus autem canonicatus, Steuerensis dictus, fundatus fuit an. 1862 per conversionem cuiusdam beneficii, seu cappellaniae, quod erat iurispatronatus Capituli. Capitulum petiit erectionem novi canonicatus; et huius praebenda constituta fuit fructibus beneficii, quibus Capitulum ex propriis reditibus tantum addidit, quantum necessarium fuit ad sustentandum canonicum pari gradu cum ceteris. Novus autem canonicus omnibus iuribus et oneribus capitularibus, aeque ac ceteri, fruebatur et subiiciebatur.

Canonici, circa electionem seu nominationem ad novum canonicatum, haec ab Episcopo petebant «... in casibus autem futuris ius còlla-

tionis tantum poscere volumus, si vacatio in mense Capituli fiet ». Etsi verba incerta videantur, canonici, loco iuris patronatus et praesentationis singulis vicibus, petunt quamdam commutationem, scilicet ius electionis « si vacatio in mense Capituli fiet ». Hoc ius electionis, sic imminutum, non est lex fundationis, quia canonici nec transactionem nec conventionem ineunt, nec compensationem quaerunt pro iure patronatus, sed tantummodo « ... in casibus futuris ius collationis tantum poscere volumus si vacatio in mense Capituli fiet ». Qui sint autem menses Capituli edocemur textu Concordati inter Pium VII et Regem Bavariae Maximilianum, scilicet: « Rex ad canonicatus in sex mensibus apostolicis sive papalibus nominabit; quoad alios sex menses, in eorum tribus Archiepiscopi et Episcopi, in reliquis vero tribus Capitulum nominabit ». Hoc autem erat ius concordatarium vigens anno 1862. Quid autem intendere potuerint canonici nisi menses canonicales ad normam vigentis Concordati? Ergo acceptabant, imo poscebant, relate ad novum canonicatum, disciplinam quoad alios iam vigentem, nec ullam peculiarem legem fundationis constituebant. In decreto autem erectionis Episcopus haec habet: « Constituimus praeterea ut iuxta eiusdem Capituli votum, patronatus sui iure in praefatum beneficium suppresso, ius nominandi vel eligendi ad novam hanc canonicalem praebendam... ab iisdem personis legitima ratione exerceatur, quibus praedictum ius in reliquas,[7] quae modo existunt, canonicales istius Collegiatae praebendas competere dignoscitur». Episcopus igitur ante omnia ius patronatus suppressit, deinde, nulla facta mentione compensationis, ius nominandi ad novum canonicatum ad easdem leges determinat, quae pro ceteris praebendis vigent. Hinc clare demonstratur nullum peculiare privilegium Capitulo concedi aut competere, nullam legem fundationis constitui, et rem reduci ad ius concordatarium tunc vigens.

Confirmatur conclusio his quae Rex Bavariae decrevit. Regium enim decretum, nihil habens de Capituli antiquo iure patronatus, statuit: « Ius conferendi canonicatum Steuerensem ad nos pertinet, cum mense papali vacat, ceteris mensibus per electionem canonicam Capituli collegialis confertur». Statim Episcopus protestatus est, non contra ipsum decretum, sed contra citatum comma, instans ut ius Capituli circumscriberetur ad Hmites iuris concordatarii tunc vigentis.

Itaque Episcopus non solum non concessit Capitulo ius eligendi ad novum canonicatum, etsi restrictum, uti legem specialem fundationis, sed etiam expresse curavit ne lex fundationis putari posset. Ius ergo Capituli eligendi ad septimum canonicatum eundem exitum sequi debuit quam ius ehgendi ad alios canonicatus, et una cum hoc exstinctum est.

RESOLUTIO. —In plenariis autem comitiis, die 4 martii 1933 habitis, Emi Patres huius S. Congregationis ad propositum dubium: *Utrum ius nominandi canónicos, sive veteres sive recentiores, competat uni Episcopo; an eidem cum Capitulo in casu;* responderunt: *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Quam resolutionem, in Audientia diei 8 eiusdem mensis, referente subscripto S. Congregationis Secretario, Ssmus Dnus Noster Pius Pp. XI approbare et confirmare dignatus est.

I. BRUNO, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

MASSILIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI AEMILIAE DE VIALAR, FUNDATRICIS INSTITUTI S. IOSEPHI AB APPARITIONE.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Ea est divinae sapientiae et bonitatis in animarum sanctificatione oeconomia, ut dum gratiarum aliorumque caelestium donorum suavitate eas ad superna allicit, tribulationum simul amaritudinibus earum fidelitatem probet ac firmet, Archangelo Baphaële sanctum Tobiam monente: *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te* (Tob., 12, 13). Unde fit, ut quo maior est sanctitatis gradus, ad quem Deus velit hominem evehere, quo maiori dilectione eum prosequatur, eo gravioribus animi corporisve doloribus eundem affici et premi iubeat: idque sapienter et amanter.

Homo enim, doloribus subiectus, virtutum omnium exercitio instruitur, atque ad supereffluentem gloriam consequendam praeparatur: scriptum est enim: *quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in*

nobis (2 Cor., 4, 17). Quare nullum est invenire sanctum, quin multis tribulationibus fuerit obnoxius. Cuius divinae oeconomiae egregium profecto exemplum contemplamus in Beato Patriarcha Ioseph, Catholicae Ecclesiae Patrono, cuius festum hodie celebramus. Qui quantumvis ineffabihbus gaudiis fuerit recreatus, nihilo minus tamen etiam acerbissimos dolores passus est. Hanc autem gaudiis et doloribus quasi alternantem sanctitatis viam etiam Ven. Aemilia de Vialar, S. Ioseph cultui addictissima, emensa est.

Anna, Margarita, Adelaides, Aemilia de Vialar in. oppido Gaillac Galliae Narbonensis, ex Barone Augusto Antonio, et Antonia Aemilia de Portal, generis nobilitate conspicuis, die 12 Septembris mensis a. 1797 nata est. Matre pietatis magistra immatura morte abrepta, apud Sorores a Nostra Domina Parisiis commorans, ad sacram synaxim ibi primitus accessit, christianaeque perfectionis ac litterarum rudimenta posuit. Post biennium a patre domum revocata, domesticis negotiis praeficitur, praecipue vero educandi fratris, aetate minoris, cura ei concreditur: quod autem temporis reliquum erat, pietatis et caritatis operibus, in animarum salutem et infirmorum levamen, totum impendebat. Oblatas sibi honestissimas nuptias pluries recusavit, virginitatis emisso voto. Firmum quippe iam inerat eius animo propositum se suaque omnia Deo donandi : ac divino quodam instinctu ad animarum lucra quaerenda, ferebatur. Interim licet domesticis distenta curis, animo altiora volvebat, succrescente in dies caritatis fervore, quem oratione, mortificationis studio, piis misericordiae operibus alebat. Victrix quoque sui, fervidum naturae ingenium adeo plene gratiae subiecit, ut vetulae cuiusdam ancillae quotidianam arrogantiam ac fastidiosissimam morositatem annis ferme viginti, miro patientiae exemplo, benignissime toleraverit; qua ardua exercitatione, providus Deus, eam ad maiora pro sua gloria patranda et sustinenda praeparavit.

Iamque vocanti Deo obsequens, in ipso natali oppido, die festo Nativitatis Domini, anno 1832* prima *Instituti s. Ioseph* fundamenta iecit, cui postea *ab AppaHtione* titulum adiunxit, eo fine ut Angeli divinae Incarnationis arcanum fidelissimo Patriarchae revelantis, apparitionem recoleret. Miseros omne genus solari, puellas ad pietatem et litteras educare, fidem inter acatholicos et infideles propagare, per novam hanc religiosam familiam Serva Dei sibi proposuerat. Archiepiscopus Albiensis Franciscus de Gualy, religiosum habitum, regulas a Serva Dei, prudentum consilio ducto, paulo post conscriptas, et Institutum approbavit. Tribus post armis, Algeriensi regione Gallico imperio vix subiugata, ab Augustino, germano fratre, qui illic consiliarii munere fungebatur, ut nosocomii curam

cum nonnullis Sororibus assumeret, in Africani invitata, religiosis votis nuncupatis, Icosium alacris advolavit. Porro quos diu exoptaverat apostolicos labores, gestienti animo, generosa suscepit, studuitque operibus magnanima cordis vota aequare.

Cbolerica lue grassante, Aemilia cum suis sororibus heroica infirmis curandis refulsit caritate: qua permoti non pauci, seu mahumeticae sectae addicti, seu acatholici, veram fidem sunt amplexati. Tantae virtutis fama non solum Icosium pervasit, sed et ad Urbem pervenit; quapropter Cardinabs Sacrae Congregationis de Propaganda Pide Praefectus litteras gratulatorias ad Aemiliam misit.

Iamque ultra ad Hypponem ac Constantinam animosa processerai, operamque suam ac sororum in illo infidelitatis campo strenue impendens, uberes pro Christo fructus percipiebat. Sed *inimicus homo superseminavit zizania,* commoto in Aemiliam eiusque Institutum falsis praeiudiciis Episcopi Algeriensis animo, qui novus ad eam sedem tunc primo erectam a. 1838 advenerat. Grave admodum tale infaustum discidium Aemiliae accidit, quae, licet Apostolicae Sedis benevolentia et tutamine suffulta, ex illo tamen dilecto laborum campo misere eiecta est, quem suis virtutibus et magnificis operibus illustraverat. Quam iniuriam beneficiis omne genus ipsa rependit.

Nec minorem passa est iacturam opera infidi suorum bonorum procuratoris. Non ideo tamen Aemilia, Deo unice confisa, omnia pro eius amore sustinens, infracto animo ab incepto destitit. Plurimas enim fundavit religiosas domos in Europa, Africa, Asia, ingentes fructus reportans.

Apostolica Sedes a. 1842 laudis, quod dicitur, decretum in favorem Instituti concessit; anno autem 1870 definitivo modo hoc approbavit.

Meritis plena, supremum diem, acrius aggravato morbo, quem in caritatis opere exercendo pluribus anteactis annis contraxerat, sanctissime obiit die 24 Augusti mensis a. D. 1856 Massiliae, quo principem Instituti domum, Servo Dei Episcopo Eugenio de Mazenod favente, transtulerat.

Sane praeclara haec virgo, magnitudine animi ad ardua suscipienda, constantia in adversis perferendis, mirabile exstat christianae fortitudinis atque caritatis exemplum.

Annis millesimo nongentesimo vicesimo tertiofet quarto in Massiliensi Curia Ordinaria auctoritate super sanctitatis fama, virtutum et miraculorum constructus est processus, rogatoriales autem in Eupellensi, Tolosana, Neo-Eboracensi, Euremondensi, Algeriensi, Carthaginensi, Albiensi, Lugdunensi et Melitensi Curiis habiti sunt. Interim aliae duae et de scriptorum perquisitione et de bturgico cultu non exhibito inquisitiones peractae.

Die 25 Novembris mensis a. 1924 decretum super scriptis editum est

ab hac S. **C.** Item insequenti anno die 19 Maii Ssmus D.N. Pius Papa XI benigne Sua manu Commissionem Introductionis Causae obsignare dignatus est, die vero 22 Iunii mensis eodem anno de obedientia Urbanianis decretis praestita edictum est.

Apostolicis processibus Massiliae et Lutetiae Parisiorum confectis, pro eorum et ahorum ordinaria auctoritate constructorum validitate die 14 Novembris mensis a. 1928 editum fuit decretum.

Hisce omnibus de iure servatis, ad disceptandum de virtutibus deventum est. Antepraeparatoria S. H. C. Comitia die 10 Februarii mensis a. 1931 coram Emo Cardinali Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostiem et Albanen., Causae Ponente seu Eelatore, habita fuere; Praeparatoria vero in Vaticanis aedibus die 29 Iulii elapsi anni: postremo Generaba coram Ssmo D. N. die 19 Februarii mensis. In quibus idem Emus Cardinahs Eelator Dubium proposuit discutiendum: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Quotquot aderant, Emi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores suum quique tulere suffragium, quo benigne excepto, Beatissimus Pater suam sententiam aperire distulit, ut caeleste lumen, ingeminatis precibus, imploraret.

Hanc autem diem inclito Patriarchae Ioseph sacram, cui Ven. Aemiha Institutum a se conditum uti peculiari Patrono commisit, Ssmus D. N. elegit, ut hoc approbationis decretum promulgaretur. Quapropter Emis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. E. C. Praefecto, et Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Causae Eelatore, ad Se arcessitis, nec non E. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, meque infrascripto Secretario, sacrosancta litata Hostia, edixit: *Ita constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servae Dei Aemiliae de Vialar in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur, ut ad ulteriora procedi queat.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. E. C. referri mandavit.

Datum Eomae, die 19 Martii a. D. 1935.

£8 C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI SEMINARI E DELLE UNIVERSITÀ DEGLI STUDI

BANDO DI CONCORSO A BORSE DI STUDIO

Í. È aperto, per sacerdoti italiani, il concorso per titoli a n. 10 borse di studio di L. 3000 ciascuna, così distribuite :

n. 2 per il conseguimento della Laurea in Teologia presso una delle Facoltà teologiche romane;

m 2 per il conseguimento della Laurea in Filosofìa presso una delle Facoltà ecclesiastiche romane di Filosofia;

n. 2 per il conseguimento della Laurea in *Utroque Iure* presso il Pontifìcio Istituto *Utriusque Iuris;*

n. 2 per il conseguimento della Laurea in Lettere presso l'Università Cattolica del S. Cuore in Milano ;

n. 1 per il conseguimento della Laurea in Scienze fisiche e matematiche presso una Università civile;

n. 1 per il conseguimento della Laurea in Scienze naturali e chimiche presso una Università civile.

II. 1 concorrenti debbono far pervenire — entro il 30 settembre 1935 — alla S. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi (Piazza S. Maria in Trastevere, *24)* la relativa domanda, corredata dei seguenti documenti:

a) commendatizia dell'Eccmo Vescovo diocesano;

b) prospetto, autenticato dalla Revma Curia, dei voti riportati nelle singole materie agli esami finali di ciascun anno del corso liceale-filosofico-teologico;

c) i concorrenti alle borse per il conseguimento della Laurea in Lettere, in Scienze fìsiche e matematiche e in Scienze naturali e chimiche, debbono aggiungere il certificato di maturità classica o scientifica, ovvero di Laurea in Teologia.

III. Per la esecuzione del presente Concorso viene emanato un apposito Regolamento.

Roma, dal Palazzo di S. Callisto, *VS* Agosto 1935.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

4 Novembre 1934. S. E. Bma Monsig. Antonio Riberi, Arcivescovo tit. di Darà, *Delegato Apostolico di Africa per le Missioni.*

11 Marzo 1935. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore dell'Unione Apostolica dei Preti secolari del S. Cuore di Gesù.*

» » » L'Eflio e Rmo Sig. Cardinale Pietro Segura y Saenz, *Protettore dell'Istituto delle Suore del Verbo Incarnato del Ssmo Sacramento* (Messico).

19 » » L Tilmo e RITIÓ Monsig. Primo Principi, *Referendario del Sïip. Tribunale della Segnatura Apostolica.*

3 Aprile » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore delle Suore dei SS. Cuori e dell'Adorazione perpetua* (Parigi).,

10 >> » L'Eolo e Revmo Signor Cardinale Lorenzo Lauri, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Carità di Nostra Signora della Mercede* (Granata).

26 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore della Congregazione dei Preti di S. Maria di Tinchebray* (Séez).

3 Maggio » L'Illmo Sig. avv. Camillo Corsanego, *Avvocato Concistoriale.*

» » » L'Illmo Sig. avv. Filippo Re, *Avvocato Concistoriale.*

7 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore delle Terziarie Domenicane della Congregazione di St. Mary of the Springs* (East Columbus-Ohio).

30 » » L'Ululo e Revffio Monsig. Alberto Canestri, *Prelato Uditore del Tribunale della S. Romana Rota.*

3 Luglio » L'Illrno e Revmo Monsig. Giovanni Teodori, *Prelato Uditore del Tribunale della S. Romana Rota.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

18 Ottobre 1932. S. E. Rma Monsig. Antonio Dos Santos Cabrai, Arcivescovo di Bello Horizonte.

22 Febbraio 1935. S. E. Rma Monsig. Giovanni Carroll, Vescovo di Lismore.

10 Giugno » S. E. Rma Monsig. Tommaso Valeri, Arcivescovo di Brindisi.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

5 Febbraio 1935. Monsig. Cario Bailarín, dell'archidiocesi di Zara.
12 » » Monsig. Nicola Causa, della diocesi di Pozzuoli.
25 » » Monsig. Giuseppe H. Meehan, della diocesi di Newark.
» » » Monsig. Eugenio P. Carroll, della medesima diocesi.
» » , » Monsig. Michele J. White, della medesima diocesi.
1 Marzo » Monsig. Luigi Audrieux, della diocesi di Monaco.
12 » » Monsig. Guglielmo J, Flynn, dell'archidiocesi di Santa Fè.
25 » » Monsig. Francesco Tschann, dell'Amministrazione Apostolica di Innsbruck.
13 Aprile » Monsig. Stefano Duggan, della diocesi di Hartford.
» » » Monsig. Daniele Giuseppe Dineen, della diocesi di Great Falls.
29 » » Monsig. Guglielmo Serivani, della diocesi di Piacenza.
7 Maggio » Monsig. Rodolfo Pian, della diocesi di Sebenico.
17 » » Monsig. Carlo D. Wood, della diocesi di Charleston.
» » » Monsig. Adalberto Breisach, della diocesi di Csanad.
28 » » Monsig. Gregorio J. Me Lellan, della diocesi di Charlottentown.
» » » Monsig. Francesco Mennini, della diocesi di Larino.
3 Giugno » Monsig. Domenico Piacente, della diocesi di Ruvo e Bitonto.

Prelati Domestici di S. S. :

5 Febbraio 1935. Monsig. Simeone Palcich, dell'archidiocesi di Zara.
» » » Monsig. Antonio Devescovi, della medesima archidiocesi.
6 » » Monsig. Giuseppe Eugenio Madden, della diocesi di Winona.
» » » Monsig. Giacomo Treanor, della medesima diocesi.
11 » » Monsig. Giuseppe Delfìs-Nepveu, della diocesi di Valleyfield.
» » » Monsig. Giuseppe Giorgio Payette, della diocesi di S. Giovanni di Quebec.
» » » Monsig. Tommaso 0' Dwyer, della diocesi di Los Angeles S. Diego.
14 » » Monsig. Giulio Bois, dell'archidiocesi di Regina.
» » » Monsig. Pietro Felice Hughes, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giorgio Barry O' Toole, della diocesi di Goledo (Ohio).
lo , » » Monsig. Tommaso Quirk, della diocesi di Wheeling.
25 » » Monsig. Edoardo C. 0' Reilly, della diocesi di La Trosse.
» » » Monsig. Giuseppe Riesterer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Alberto J. Dorrenbach, della medesima diocesi.
26 » » Monsig. Enrico Virleux, della diocesi di Lilla.

8	*Marzo*	*1935.*	Monsig. Cirano J. Whalen, della diocesi di Grand Rapids.
»	»	»	Monsig. Tommaso Lorenzo Noa, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Stanislao Pietrasik, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Edoardo Devoghel (Belgio).
11	»	»	Monsig. Stanislao Bronikowski, della diocesi di Gulma.
»	»	»	Monsig. Giovanni Giuseppe Van der Velden, della diocesi di Aquisgrana.
»	»	»•	Monsig. Luciano Pietro Bossens, della diocesi di Friburgo.
12	»	»	Monsig. Giuseppe Passini, dell'archidiocesi di Modena.
14	»	»	Monsig. Stanislao Bulanda, della diocesi di Tarnovia.
15	»	»	Monsig. Giuseppe Mamet, della diocesi di Port Louis.
18	»	»	Monsig. Primo Principi (Roma).
21	»	»	Monsig. Giuseppe Geoffroy, della diocesi di Digione.
»	»	»	Monsig. Enrico M. Herzog, della diocesi di Harrisburg.
26	»	»	Monsig. Antonio Ramalho, della diocesi di Jaboticabal.
27	»	»	Monsig. Gabriele Guardabascio, della diocesi di Ariano.
29	»	»	Monsig. Giuseppe Cardinali, della diocesi di Piacenza.
4	*Aprile*	»	Monsig. Giovanni Maria Archer, della diocesi di Perpignano.
»	»	»	Monsig. Giovanni Pinnel, dell'archidiocesi di S. Antonio (Texas).
6	»	»	Monsig. Edmondo Loutil, dell'archidiocesi di Parigi.
12	»	»	Monsig. Carlo Gonfalonieri (Roma).
*	»	»	Monsig. Diego Veruni (Roma).
»	»	»	Monsig. Tommaso Hennessy, della diocesi di Grand Rapids.
16	»	»	Monsig. Leone Mury, della diocesi di Autun.
»	»	»	Monsig. Guglielmo Hemmik (Roma).
»	»	»	Monsig. Guglielmo PIhak, della archidiocesi di Olomuc.
29	. »	»	Monsig. Giovanni Di Barros Uchoa, della diocesi di Campos.
»	»	»	Monsig. Enrico J. Wient-jes, della diocesi di Reno (Nevada).
»	»	»	Monsig. Ugo A. Meisekothen, delia medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Patrizio J. Connors, della medesima diocesi.
30	»	»	Monsig. Francesco Stramigioli, della diocesi di Pesaro.
2	*Maggio*	»	Monsig. Luigi Maria Carbone, dell'archidiocesi di Lanciano.
3	»	»	Monsig. Vincenzo Gelai, del Patriarcato di Gerusalemme.
»	»	»	Monsig. Ferréol .Tobin, della diocesi di S. Giovanni di Quebec.
»	»	»	Monsig. Giovanni Foiba (Ungheria).
»	»	»	Monsig. Guglielmo Tower (Ungheria).
4	»	»	Monsig. Giovanni Battista Bosio, della diocesi di Brescia.
»	»	»	Monsig. Federico Wenckheim, della diocesi di Sabaria.
8	»	»	Monsig. Ciro Scotti, della diocesi di Ischia.

14	*Maggio*	*1935.*	Monsig. Luciano Savin, del Vicariato Apostolico delia Gujana Francese.
20	»	»	Monsig. Giovanni O' Grady, della diocesi di Omaha.
»	»	»	Monsig. Vittore Von Ernst, della diocesi di Basilea.
25	»	»	Monsig. Salvatore De Angelis (Roma).
28	»	»	Monsig. Federico Callori di Vignale (Roma).
»	»	»	Monsig. Teófilo Enrico Kern, dell'archidiocesi di **S.** Giuseppe di Costarica.
3	*Giugno*	»	Monsig. Gaetano Guonzo, della diocesi di Ruvo e Bitonto.
»	»	»	Monsig. Francesco Aresta, della medesima diocesi.
7	»	»	Monsig. Francesco Canessa, dell'archidiocesi di Genova.
11	»	»	Monsig. Guglielmo Kraemer, della diocesi di Green Bay.
13	»•	»	Monsig. Guglielmo Plamondon, della diocesi di Burlington.
14	*	»	Monsig. Tihamér Totli, dell'archidiocesi di Agria.
21	»	»	Monsig. Costante Chimenton, della diocesi di Treviso.
26	»	»	Monsig. Francesco Bickford, dell'-archidiocesi di Westminster.
1	*Luglio*	»	Monsig. Luca Leone Mandeville, della diocesi di Lincoln.
»	»	»	Monsig. Vittore Mlejnek, della medesima diocesi.
2	»	»	Monsig. Amabile Chassaigne, della diocesi di Clermont.
6	»	»	Monsig. Giovanni Barili, della diocesi di Parma.

NECROLOGIO

2	*Aprile*	*1935.*	Monsig. Pasquale Gioia, Vescovo di Molfetta, Giovinazzo e Terlizzi.
12	»	»	Monsig. Fedele Olivas Escudero, Vescovo di Ayacucho.
ÌO	*Giugno*	»	Monsig. Gorgoni© Brandsma, Vescovo tit. di Bargala.
3	*Agosto*	»	Monsig. Giovanni Ludovico Clerc-Renaud, Vescovo tit. di Elea.
4	»	»	Monsig. Matteo Ly-yun-ho, Vescovo tit. di Tlos.

An. et Vol. XXVII 15 Octobris 1935 (Ser. II, v. II) - ffum. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

BELEMENSIS DE PABÂ, SANTAREMENSIS, SS. CONCEPTIONIS DE ARAGUAYA

PRAELATURA « NULLIUS » XINGUENSIS ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Animarum bonum postulat ut dioeceses, quae ob nimiam territorii amplitudinem ab uno vel diligentissima Pastore regi nequeant, dismembrentur et exinde novae constituantur ecclesiasticae circumscriptiones. Cum igitur constet fideles regionis circa flumen *Xingu* in Statu ***Para,*** in Brasiliana Bepublica, quam longissime abesse a suorum Ordinariorum sedibus ac propterea spiritualibus paene carere subsidiis, Nos tantae necessitati subveniendum duximus.

Quare, de venerabilium fratrum Nostrorum S. **E.** E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consulto, accedente etiam consensu venerabilium fratrum, tum Antonii Lustosa, Archiepiscopi Belemensis de Para, tum Amandi Augustini Bahlmann, Episcopi titularis Argensis, Praelati *nullius* Santàremensis, tum Sebastiani Thomas, Epi-

scopi titularis Plataeensis, Praelati *nullius* SS. Conceptionis de Axaguaya, suffragio insuper habito venerabilis fratris Benedicti Aloisi Masella, Archiepiscopi titularis Caesariensis in Mauretania, Nostrum apud Brasilianam Rempublicam Nuntium, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, ea quae sequuntur apostolicae potestatis plenitudine statuimus atque decernimus: Territorium regionis quam supra diximus circa flumen *Xingù,* duo efformans municipia, idest *Porto de Moz* et *Altamira,* quorum primum duas complectitur paroecias, scilicet *Porto de Moz* et *Soîizet,* alterum vero unam tantum, eiusdem nominis ac municipium, *Altamira* videlicet, ab archidioecesi Belemensi de Para et a praelaturis *nullius* Santaremensi et Sanctissimae Conceptionis de Araguaya pro parte ad unamquamque spectante, seiungimus et separamus ac in novam et distinctam praelaturam *nullius* a *Xingù* flumine *Xinguensem* nuncupandam erigimus, erectamque per praesentes declaramus.

Huius igitur novae praelaturae fines iidem erunt ac duorum municipiorum, quibus, ut diximus, ipsa constituitur, ut modo exstant. Sedem huius novae praelaturae Xinguensis in urbe *Porto de Moz* statuimus; ecclesiam vero Deo in honorem S. Blasii dicatam, in eadem urbe exstantem, ad gradum ecclesiae praelatitiae evehimus, eique eiusque pro tempore Praelatis omnia concedimus iura et privilegia quibus ceterae praelatitiae ecclesiae earumque Praelati iure communi gaudent, cum adnexis oneribus et obligationibus.

Hanc autem praelaturam Xinguensem suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Belemensis de Para, eiusque Praelatos metropolitico iuri Archiepiscopi Belemensis de Para subiicimus. Quum vero praesentis temporis rerumque adiuncta haud permittant ut Canonicorum Capitulum in hac nova praelatura modo instituatur, indulgemus ut interim, pro canonicis, Consultores dioecesani eligantur.

Quod insuper attinet ad huius praelaturae regimen et administrationem, ad ipsorum clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, rite servanda, iubemus quae sacri canones praescribunt, sartis tectisque dispositionibus Concilii Plenarii Americae Latinae anno millesimo octingentesimo nonagésimo nono Bomae celebrati. Quoad clerum praecipue spectat statuimus ut, simul ac praelaturae erectio ad exsecutionem mandata fuerit, eo ipso clerici ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime exstant. In dotem autem ipsius praelaturae assignâmes et attribuimus oblationes, subsidia et bona quaecumque quae ad hoc in posterum conferantur, praeter ea quae iam collecta sunt. Statuimus quoque ut ab hac etiam modo erecta praelatura, eiusque sumpti-

bus alendi, duo delecti iuvenes, aut modo saltem unus, in Pontificium Seminarium Brasilianum de Urbe non intermissa vice mittantur, ut ibi, sub oculis fere Romani Pontificis, in spem Ecclesiae instituantur. Mandamus denique ut documenta omnia et acta quae territoria respiciunt ex quibus nova haec praelatura efformatur, quamprimum fieri poterit a cancellariis archidioecesis Belemensis de Para nec non praelaturarum Santaremensis et SS. Conceptionis de Araguaya tradantur Xinguensis praelaturae Curiae, ut in eius archivo religiose serventur.

Rebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus quem supra diximus venerabilem fratrem Benedictum Aloisi Masella in Brasiliana Republica Nuntium Apostolicum, eidemque propterea necessarias et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, atque onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses, ab his Litteris datis computandos, authenticum exemplar transmittendi peractae exsecutionis actorum. Volumus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque, quibus omnibus per praesentes derogamus. Nemini autem has Litteras Nostras dismembrationis, erectionis, evectionis, subiectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere, vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesum-

pserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die decimasexta mensis Augusti, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGÍANI
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Canc. Ap.,' vol. LI, n. 14. - **Al. Trussardi.**

II

PORTALEGRENSIS IN BRASILIA

A DIOECESI PORTALEGRENSI IN BRASILIA PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA PRAELATURA « NULLIUS » VACCARIENSIS ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Dominici gregis regimini procul dubio maxime prodest recta catholici orbis circumscriptio, quae ut temporum locorumque adiunctis aptius respondeat, sedulo curare debemus dioeceses nimio territorio patentes dividere et novas exinde ecclesiasticas circumscriptiones constituere ne ullum christifideles in aeterna salute assequenda detrimentum capiant. Cum itaque venerabilis Frater Ioannes Becker, Archiepiscopus Portalegrensis in Brasilia, prae oculis habens suam archidioecesim latissime patere, atque, ea de causa, fidelium in regionibus ab archiepiscopali sede longe dissitis commorantium ob difficilem ad eam accessum, negotia religiosa non sine gravi incommodo expediri posse, a Nobis postulaverit ut archidioecesis ipsa arctioribus circumscriberetur limitibus atque, seiuncto territorio, novae erigerentur dioeceses, Nos, suffragante quoque venerabili Fratre Benedicto Aloisi Masella, Archiepiscopo titulari Caesariensi in Mauretania et penes Brasilianam Rempublicam Apostolico Nuntio, oblatis precibus

annuendum censuimus. Quare Nos, ab archidioecesis Portalegrensis in Brasilia territorio parte separata et nova hac ipsa die dioecesi « Caxiensi » erecta, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine ab ipsa archidioecesi alteram territorii partem, finibus infra enunciandis circumscriptam, seiungimus et ex ea novam erigimus praelaturam « nullius » ab urbe *Vocearía* « Vaccariensem » nuncupandam, erectamque per praesentes declaramus. Nova praelatura territorio constabit pertinente ad haec tria municipia, videlicet: *Vocearía, Born Jesus* et *Lagoa VermelJia,* quae septem has comprehendunt paroecias: *Nostra Signora delVOlivo, Ypiranda, S. Paolo, Sananduva, Cacique Doble, Fwquinha,* et *Born Jesus.* Praelaturae igitur fines fidem erunt ac praef atorum municipiorum fines externi. Huius praelaturae sedem in urbe *Vocearía* statuimus, a qua, ut iam diximus, praelatura ipsa nomen mutuatur; atque ecclesiam *Dominae Nostrae de OUveira* dicatam in eadem urbe exstantem, ad praelatitiae ecclesiae gradum et dignitatem evehimus; quibus civitati et praelatitiae ecclesiae eiusque pro tempore Praelatis omnia tribuimus iura et privilegia; nec non onera et obligationes eis imponimus, quae ceteris praelatitiis ecclesiis earumque Praelatis ad tramitem iuris sunt propria. Hanc autem praelaturam Vaccariensem metropolitanae ecclesiae Portalegrensis in Brasilia suftraganeam constituimus, eiusque Praelatos metropohtico iuri Archiepiscopi Portalegrensis in Brasilia subiicimus. Mandamus insuper ut ab hac quoque praelatura Vaccariensi eiusque sumptibus duo delecti iuvenes, aut modo saltem unus non intermissa vice in Collegium Brasilianum de Urbe mittantur, ut sub oculis fere Romani Pontificis in spem Ecclesiae instituantur. Quod vero ad eiusdem praelaturae regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Quo ad autem clerum praecipue attinet, volumus ut, simul ac praelaturae erectio ad exsecutionem mandata fuerit, clerici omnes ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime exstant. In ipsius autem praelaturae dotem assignamus et attribuimus oblationes, subsidia et bona quaecumque, quae ad hoc cogerentur, praeter ea quae iam ad hunc finem collecta sunt. Rebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia executioni mandanda, quem supra memoravimus, venerabilem Fratrem Benedictum Aloisi Masella deputamus, eique propterea tribuimus necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, atque onus

eidem impommus ad S. Congregationem Consistorialem, intra sex menses ab bis Litteris datis computandos, authenticum exemplar peractae exsecutionis actorum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta- quaecumque etiam ex eo quod quilibet, quorum intersit vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et in excogitato, defectu notari et impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Statuimus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce ipsis Litteris tribueretur si exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem hanc paginam Nostram dismembrationis, erectionis, evectionis, subiectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die octava mensis Septembris, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PLUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

† Dominicus Spolverini, *Archiep. Larissen., Prot. Apostolicus.*
Lodovicus Kaäs, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LI, n. 46. - **Al. Trussardi.**

= in - .

PORTALE GRENSÎS IN BRASILIA

AB ARCHIDIOECESI PORTALEGRENSI IN BRASILIA PARS SEIUNGITUR EX QUA NOVA DIOECESIS CAXIENSIS ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae spirituali christifidelium saluti magis profutura videntur, ea Nos ubique terrarum praestare debemus. Cum autem ad dominicum gregem pascendum regendumque summopere prosit recta orbis catholici ecclesiastica circumscriptio, Nobis, pro supremi, quo fungimur, apostolatus oificio, dioeceses nimis amplas, iuxta temporum et locorum adiuncta, arctioribus limitibus circumscribere et novas exinde dioeceses erigere curandum est. Benigne propterea excipiendas duximus preces quas venerabilis Frater Ioannes Becker, Archiepiscopus Portalegrensis in Brasilia, attenta nimia suae archidioecesis territorii amplitudine, Apostolicae Sedi nuperrime porrexit, instante quoque venerabili Fratre Benedicto Aloisi Masella, Archiepiscopo titulari Caesariensi in Mauretania et penes Rempublicam Brasilianam Apostoiieo Nuntio, ut ex suae archidioecesis territorio pars seiungeretur et novae exinde Dioeceses erigerentur. Quapropter Nos, rebus omnibus mature perpensis, ex eiusdem Dioecesis territorii parte, nova hac ipsa die praelatura Vaccariensi erecta, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinahum S. Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, suppieto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, apostolicae potestatis plenitudine ab archidioecesi Portalegrensi in Brasilia alteram territorii partem, finibus infra describendis contentam, separamus et ex ea novam dioecesim « Caxiensem » ab urbe *Caxias* nuncupandam erigimus, erectamque per praesentes declaramus. Nova haec Dioecesis territorio constabit pertinente ad novem istamunicipia, videlicet: *Caxias, Prata, Alfredo Chaves, Antonio Prado, Pento Concalves, Garibaldi, Nova Trento, S. Francisco de Cima da Serra,* et *Torres.* Huius autem Dioecesis fines iidem erunt quam fines externi praefatorum municipiorum. Ipsius dioecesis sedem in urbe *Caxias*, a qua illa, ut iam diximus, nomen mutuatur, constituimus, eamque ad civitatis episcopalis fastigium extollimus; Episcopi vero cathedram in ecclesia Deo in honorem S. Teresiae a Iesu dicata, in praefata urbe exstante, constituimus, ipsamque propterea

ad cathedralis ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, eique eiusque pro tempore Episcopis honores, insignia, favores, gratias, privilegia et iura omnia tribuimus, quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque Praesules ex iure communi pollent. Cathedralem vero Caxiensem eiusque Antistitem iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri per orbem cathedrales et episcopi adstringuntur. Novam Cathedralem Ecclesiam Caxiensem suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae Portalegrensis in Brasilia, illiusque Episcopum iuri metropolitico Archiepiscopi Portalegrensis in Brasilia subiectum volumus. Cum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus Cathedrale Capitulum in eadem dioecesi Caxiensi modo instituatur, indulgemus ut interim, pro canonicis, dioecesani consultores ad tramitem inris instituantur. Volumus insuper ut ab hac quoque nova dioecesi, eiusque sumptibus alendi, duo delecti iuvenes aut modo saltem unus, non intermissa vice in Urbem mittantur ut ibi in Collegio Brasiliano nuper erecto, sub oculis fere Bomani Pontificis in spem Ecclesiae instituantur. Mandamus etiam ut in Caxiensi dioecesi, quamprimum fieri poterit, saltem parvum Seminarium iuxta Codicis Iuris Canonici praescripta et normas a S. Congregatione de Seminariis et Universitatibus Studiorum traditas, erigatur. Quod vero attinet ad huius Dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis vel Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, aliaque iura et officia, servanda iubemus quae sacri canones ad rem praescribunt. Quoad clerum praecipue spectat, statuimus ut, simul ac novae dioecesis erectio ad executionem mandata fuerit, eo ipso clerici omnes ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime exstant. Episcopalem dioecesis mensam constituent curiae emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus praeberi solent, praeter ea quae ad hunc finem iam collecta sunt. Decernimus denique ut documenta omnia et acta, quae novam dioecesim eiusque clericos ac fideles respiciunt, a cancellaria archidioecesis Portalegrensis in Brasilia, a qua ipsa originem trahit, curiae dioecesis Caxiensis quam primum fieri poterit tradantur, ut in eius archivo religiose serventur.

Quibus omnibus ut supra dispositis atque decretis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus, quem supra diximus, venerabilem fratrem Benedictum Aloisi Masella, Nuntium Nostrum penes Rempublicam Brasilianam, ipsique propterea necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, atque onus eidem imponimus ad S. Congregationem Consistorialem intra sex menses, ab his Litteris datis computandos, peractae executionis actorum authenticum exemplar

transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabibter observari debere; et, si secus super bis a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Statuimus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen ahcuius notam publici subscriptis, ac sigillo ahcuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce ipsis Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem hanc paginam Nostram dismembrationis, erectionis, evectionis, subiectionis, concessionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die octava mensis Septembris, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr.TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

f Dominicus Spolverini, *Archiep. Larissen. Prot. Ap.*
Lodovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LI, n. 45. - **Al. Trussardi.**

IV

DE YENCHOWFU

VICARIATUS APOSTOLICUS « DE TSAOCHOWFU » ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

A Romano Pontifice, cuius est universae Ecclesiae bono prospicere, ea quae in spiritualem salutem, praesertim -fidelium in regionibus Missionalium curis concreditis cedunt, sollicito studio praestanda sunt.

Cum itaque vicariatus apostolicus de Yencbowfu, in provincia de Shantung in Sinis, Societatis Divini Verbi sodalibus concreditus, territorio latissime pateat atque postremis hisce annis, sive quoad fidelium et catechumenorum numerum, ' sive quoad mirum missionalium operum incrementum, ita profecerit ut ab uno, vel diligentissime, Antistite aegre regi possit, visum est partem ab illo seiungere, alteri committendam Pastori. Quapropter Nos, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Pide praepositorum consilio a praefati vicariatus de Yenchowfu territorio, de apostolicae potestatis plenitudine, partem separamus has quae sequuntur subpraefecturas civiles complectentem, videlicet de *Tsaochowfu,* cui nomen quoque de *Iloohihsien, Chuancheng, Tingtao, Tsaohsien, Shanhsien, Chengwii, H u y eh, Yuineheng, Tungminghsien,* nec non partem subpraefecturae de *Changyuan,* ad orientem *Flavi* fluminis positam. Hanc territorii partem a vicariatu de *Yenchoivfu* seiunctam in novum ac distinctum vicariatum, de *Tsaochowfu* nuncupandum, erigimus, impsumque curis Societatis Divini Verbi Sodalium, qui tanta sui zeli in regione illa exhibuerunt testimonia, libenter, ad nutum tamen Sanctae Sedis, committimus. Huius novi vicariatus limites iidem erunt ac fines externi subpraefecturarum civilium quibus ipse constat. Vicariatui igitur ita a Nobis erecto et constituto eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus^ ceteri per orbem vicariatus eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter omnibus adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Lit-

terarum transumptis aut exeerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, ac sigillo viri in. ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam Nostram seiunctionis, erectionis, constitutionis, concessionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die decimasecunda mensis Novembris, Pontificatus Nostri anno tertio decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

f Dominicus Spolverini, Archiep. Lariss., *Proton. Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco *>£t* **Piumhi**

Beg. in Cane. Ap.. vol. LI, n. 52. **- Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I •

ECCLESIAE S. AGATHAE ET S. MARIAE NOVAE IN URBE AD HONOREM ET PRAEROGATIVAS ECCLESIARUM STATIO NALIUM EVEHUNTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam.—-E religiosae pietatis observantia iam a remotis vigenti aetatibus per sacrum quadragesimale tempus Romana in Urbe cotidie in statas certasque Ecclesias populus advocatur, ubi, cum sacrae habeantur stationes, fusis Deo supplicationibus et sanctorum Martyrum visis et cultis reliquus, ad christianae virtutis certamina inflammatur et ad paschalia celebranda mysteria purior et alacrior accingitur. Quamvis vero sacrarum stationum titulis, praerogativis, privilegiis praefinitae Ecclesiae praefulgeant, tamen haud raro contigit ut, cum sive fidelium commodum sive sacrorum locorum status, sive amplificandae huius largitatis voluntas deposeeret, alia alii substituía aut accensita sit. Piae liber-

tatis nunc studio permoti atque votis optatisque obsecundantes, quae Dilecti Fini Nostri Caietanus Bisleti, Card. Titularis S. Agatbae, et Franciscus Marchetti Selvaggiani, Card. Titulo S. Mariae Novae, Noster in Urbe in spiritualibus Vicarius Generalis, Nobis protulerunt, laudatas Ecclesias, nempe diaconiam S. Agathae et titulum S. Mariae Novae, perpetua huiuscemodi favoris et decoris accessione honestare et augere statuimus. Quae duae Ecclesiae cum memoriis gloriisque sint insignes, Nobis haud exigue sunt carae. Altera enim haud modo, curis praesertim eiusdem dilecti Filii Nostri Caietani Card. Bisleti affabre restituta, pristino splendore fulget, verum etiam novissime auspicato illic inventis exuviis Sanctorum Martyrum Hippoliti, Adriae, Paulinae, Mariae, Neonis, qui usitato nomine Martyres Graeci appellantur, necnon Nominandae aliorumque, quorum nomina latent, eisdem rite recognitis sollemnique religione ibidem reconditis nobilior evasit, eo vel magis quod optatissima erga Orientalem Ecclesiam amoris pignora, servat. Alteram vero sitam in Urbis parte antiquitatis monumentis inlustri, facilem aditu populique celebratam frequentia id quoque Nobis commendat, quod tum clarum Templum est Deiparae Virgini sacrum, tum, praeter complures Sanctorum Martyrum reliquias, Corpus quoque Sanctae Franciscae Romanae tuetur, atque antiquitus saepe decorata fuit veneranda praesentia Imaginis Ssmi Salvatoris Aeheropitae vocatae, quae, cum a Patriarchio Lateranensi ad Basilicam Liberianam sollemni pompa duceretur, ibidem sistebat, antequam in perantiqua Diaconia S. Hadriani. Idcirco duas has Ecclesias S. Agathae et S. Mariae Novae auctoritate Nostra in perpetuum ad honorem et praerogativas Ecclesiarum Stationalium e veli entes easdemque sacrarum indulgentiarum concessione ditantes, quibus ceterae huiusmodi fruuntur, id quoque decernimus, ut in Ecclesia S. Agathae statio quotannis eodem die, quo in titulo S. Pudentianae, celebretur, idest feria tertia post Dominicam tertiam Sacrae Quadragesimae; in Ecclesia autem S. Mariae Novae eodem die quo in titulo S. Apollinaris, idest feria quinta post Dominicam Passionis.

Hae vero celebritates, cura in primis eorum quibus officium incumbit, ea diligentia et navitate peragentur quam rei gravitas et Nostrae liberaìitatis gratia efflagitat. .Non obstantibus in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum, sub anulo Pisca/toris, die v m. Martii an. MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

IN OPPIDO ET PRAEFECTURA APOSTOLICA DE YENKI IN MANCIURIA ABBATIA S. CRUCIS ERIGITUR E CONGREGATIONE OTTILIENSI ORDINIS SANCTI BENEDICTI.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ab hodierno Archiabbate Sacratissimi Cordis Iesu ad S. Ottiliam, moderatore supremo Congregationis Ottiliensis ex Ordine Sancti Benedicti, edocemur intra fines Praefecturae Apostolicae de Yenki monasterium ex Ordine S. Benedicti exsistere in oppido de Yenki, quod nunc Prioratus est tantum titulo S. Crucis e Congregatione Ottiliensi Benedictina, quamvis iam numero monachorum ac bonis aedificiis que necessariis ad regularem vitam monasticam floreat. Bogat propterea Nos ipse Archiabbas ut eundem Prioratum nunc ad Abbatiae dignitatem evehamus, adeo ut ita monachis missionariis, qui in regione novae domui abbatiali finitima in Evangelium praedicandum incumbunt, opportunum vitae ac disciplinae monasticae centrum praebeatur, indigenis vero Christianis sive Coreanis sive Sinensibus ad amplectendam vitam religiosam occasio atque ansa facilius detur. Nos autem, quibus nihil antiquius est, quam ut religiosorum regularis vita aptis praesidiis modisque foveatur, optatis huiusmodi ultro libenterque adnuendum censemus. Conlatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrae praepositis Congregationi pro Begularium Sodalium negotiis pertractandis, praesentium Litterarum tenore, apostolica Nostra auctoritate, Prioratum in oppido de Yenki intra fines Manciuriae ex Ordine Sancti Benedicti atque e Congregatione Ottiliensi sub titulo Sanctae Crucis in *Abbatiam* sui iuris, eodem titulo retento, constituimus, eandemque Congregationi Ottiliensi ex Ordine Sancti Benedicti unimus, nec non privilegiorum eidem Congregationi concessorum, servatis de iure servandis, participem facimus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Abbatiae Sanctae Crucis de Yenki, sic per Nos constitutae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i m. Augusti, an. MDCCCCXXXIV, Pontificatus Nostri decimo tertio.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

DIOECESIS BRICTTNORIENSIS B. MARIA V. « DEL LAGO » CONSTITUITUR PATRONA PRINCIPALIS ATQUE S. CATHARINA V. M. ET S. RUFFILLUS EP. M. DECLARANTUR PATRONI SECUNDARII. ITEM S. CATHARINA V. M. CIVITATIS BRICTINORn ET S. RUFFILLUS EP. C. CIVITATIS FORIPOPILIÏ PATRONI PRINCIPALES CONFIRMANTUR.

PIUS PP. XI

Ád perpetuam rei memoriam. — Quum Brictinoriensis Dioecesis suo apud Deum praecipuo Patrono careat, Ven. Frater Franciscus Gardini, eiusdem Dioeceseos Episcopus, communia vota expromens tum Capituli Ecclesiae Cathedralis, tum Cleri et Magistratum^, Nos enixe rogavit, ut Beatissimam Virginem, vulgari nomine « del Lago » nuncupatam, quam singulari veneratione Brictinorienses prosequuntur, praecipuam Patronam totius Dioeceseos, Sanctos vero Catharinam Virginem et Märtyrern, nec non Ruffillum Episcopum et Confessorem Compatronos declarare seu confirmare suprema Nostra Auctoritate dignemur. Petiit insuper idem Ven. Frater ut Sancta Catharina Virgo et Martyr principalis Patrona Civitatis Brictinoriensis, et Sanctus Ruíñllus, Episcopus et Confessor, praecipuus Civitatis Foripopilii Patronus, a Nobis similiter confirmentur. Quibus precibus et piis votis libenti animo Nos obsecundare volentes, audito Dilecto Filio Nostro Sanctae Bomanae Ecclesiae Protodiacono Cardinali Sacrae Bituum Congregationis Praefecto, omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Beatissimam Virginem Mariam sub enunciato vulgari titulo « del Lago » *praecipuam Patronam,* Sanctos vero Catharinam, Virginem et Märtyrern, et Buffillum, Episcopum et Confessorem, *Patronos secundarios* seu *Compatronos* totius Brictinoriensis Dioeceseos nominamus, atque confirmamus, adiectis iuribus et privilegiis liturgicis, quae huiusmodi coelestium Patronatuuni propria sunt. Praeterea, indulgemus, ut festum Ss. Deiparae Virginis sub enunciato titulo quotannis Sabato ante Dominicam post Ascensionem D. N. Iesu Christi ritu duplici primae classis cum octava celebretur et recolatur. Pari autem Apostolica Nostra Auctoritate Sanctam Catharinam, Virginem et Märtyrern, Patronam principalem civitatis Brictinoriensis et Sanctum Burfiìlum, Episcopum et Confessorem, Patronum principalem civitatis Foripopilii nominamus et confirmamus, simulque indulgemus, ut eorundem Patro-

norum festum, servatis de iure servandis, statis diebus ritu duplici primae classis cum octava quotannis celebretur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Haec edicimus, statuimus; decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant, sive spectare poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Martii, an. MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri decimoquarto.

B. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

IV

STATUTA, QUAE AD C UE AM SPIRITUALEM MILITUM CATHOLICORUM EXERCITUS GERMANIAE SPECTANT, ADPROBANTUR.

PIUS PP. XI

Decessores Nostros vestigiis secuti, iam anno millesimo nongentesimo tricesimo tertio, die x m. Septembris, Nos Ipsi inter Sanctam Sedem et Germanicam Rempublicam habuimus ratam sollemnem Conventionem, quae cum additis Protocolli Finalis declarationibus iam die vicesima Iulii memorati anni pacta est. In articulo vero septimo ac vicesimo eiusdem Conventionis, cum ea summatim sint statuta quae ad spiritualem curam militum catholicorum exercitus Germanici spectant, decretum est etiam ut propriae et definitae regulae quoad curam eandem spiritualem, Litteris Nostris Apostolicis sub anulo Piscatoris obsignandis, audito Gubernio Germaniae, describerentur. Quae quidem regulae, latino sermone exaratae, a Sacra Congregatione negotiis ecclesiasticis extraordinariis praeposita recognitae sunt earumque tenor hic est qui sequitur; videlicet:

STATUTA AD CURAM SPIRITUALEM MILITUM EXERCITUS GERMANICI SPECTANTIA

I

Ordinarius castrensis, qui ex Apostolicae Sedis concessione episcopali dignitate fulgebit, ad hoc constitutus est, ut curae spirituali catholicorum ad exercitum Reipublicae Germanicae pertinentium efficaciter et fructuose consulatur.

II

Episcopus castrensis nominatur ab Apostobca Sede, servatis iis quae in art. 27 sollemnis Conventionis inter Sanctam Sedem et Rempublicam Germanicam die 20 Iulii 1933 initae statuuntur necnon ratione habita eorum quae in C. I. C. de qualitatibus promovendorum ad Episcopatum sancita sunt.

III

Episcopus castrensis iurisdictione ordinaria pollet, eademque ceteris Ordinariis non obnoxia, in omnes catholicos militum praefectos, ipsos et milites, necnon in omnes etiam e civium ordinibus qui iuxta leges nunc vigentes officiis exercitus addicti sunt, i. e. qui in copiis Reipublicae Germanicae stipendia merent, atque simul in eorum familias, itemque in membra catholica familiarum, quarum paterfamilias catholicam fidem non profitetur.

Obligatione applicandi Missam pro populo, expositionem Romano Pontifici faciendi de statu administrationis ecclesiasticae sibi commissae necnon visitationis ad Limina debitis temporibus perficiendae, Episcopus castrensis pariter tenetur sicut et ceteri Episcopi, qui iurisdictione ordinaria fruuntur.

Facultates Episcopo castrensi necessariae ut suam iurisdictionem exerceat, eidem, cum nominatur, immediate ab Apostolica Sede tribuuntur.

IV

Vocabulo familiae designantur unice propinqui ex parte patrisfamilias, nempe: uxor et filii, sive proprii sive adoptivi, usquedum vicesimum primum aetatis annum expleverint et in domo paterna degermt.

Iurisdictioni Episcopi castrensis subtrahuntur uxor a viro legitime separata, atque liberi qui una cum eadem matre cohabitant: ii omnes iurisdictioni Ordinarii loci subiiciuntur.

V

Iurisdictioni Episcopi castrensis subsunt in iis, quae militum cura pastoralis deposcit, tum scholae militares, tum aedificia omnia militaria (Kasernen, Festungswerke, etc.), necnon nosocomia et carceres unice militibus destinata, item ecclesiae et oratoria, quae unice militibus usui sunt quaeque vulgo « Garnisonkirchen » appellantur.

Quod vero ad alias ecclesias attinet, quae tantum certis diebus vel horis militibus usui sunt, pacta opportuna conficiantur cum rectore ecclesiae vel, si opus sit, cum iis qui aedificia possident aut administrant, accedente adprobatione Episcopi loci.

VI

Episcopo castrensi ius esto decretum condendi, quo ea omnia statuantur, quae sacram disciplinam sacerdotum castrensium provehant et foveant et fideles ipsi concreditos ad religionem catholicam fructuose profitendam admoveant. Curet igitur, ut, habito consilio cum Gubernio, religionis officia una cum militiae muneribus recte et opportune concilientur. Porro huiusmodi decreta antequam promulgentur Apostolicae Sedi subicienda sunt, ut eidem copia detur, si res ferat ac mutua consensione, aliquid immutandi Tel addendi.

VII

Episcopus castrensis et sacerdotes in exercitu animarum curae stabiliter Tacantes a Gubernio Germanico stipendia percipient praevisa legibus super stipendiis in Germania vigentibus, expleto autem cum laude munere, pensiones ad Germanorum iuris statuta metiendas.

Ut opportune provideatur honestae sustentationi cleri, qui a cura castrensi, iure pensionis congruae nondum acquisito, dimittitur, tempore muneris castrensis ad aream nummariam pro pensionibus in dioecesi, cui incardinatus est, quotannis certam pecuniam tamdiu solvet, donec firmum •comparaverit ius percipiendi ex aerario militari, expleto munere, tantum pensionis quantum parochi emeriti in dioecesi, cui ipse incardinatus est, expleto munere percipiunt.

Hoc in casu ecclesiastico viro castris addicto ius est tantum pecuniae recipiendi quantum, pensionis sibi parandae causa, in aream nummariam pro pensionibus in dioecesi immiserit, sine autem usuris: quod cum aes ipse susceperit, nihil ab eadem arca deposcendi ei fas sit.

VIII

Sedes Episcopi castrensis eiusque Curiae, iuxta canones C. I. C. instructae, Berolini esto, ubi cura Gubernii loca congrua cum Ordinario tum Uuriae instituenda erunt. Quin etiam danda erit opera ut huic fini apta domus attribuatur.

Episcopus castrensis ad iuris canonici praescripta Curiam instituat. Deliget Vicarium generalem, qui potestate ordinaria ei adiutricem operam praestabit in iis omnibus quae ad spiritualem curam catholicorum in Germania militiae munera obeuntium pertinent (can. 366 § 1). Vicarius generalis munere quoque officialis ad normam can. .1573 § 1 fungi poterit, quamdiu, propter negotiorum exiguitatem, Episcopus alium officialem -•ab eo distinctum ad id ei accensendum opus non esse aestimaverit.

Omnes causae contentiosae de vinculo matrimonii, etiam in prima instantia, non coram tribunali castrensi sed coram tribunali Ordinarii loci tractandae erunt, qui ad normas iuris canonici competens erit. In casibus cc. 1990-1991. C. I. C. praevisis declaratio nullitatis spectabit ad Episcopum loci, non vero ad Ordinarium castrensem, qui tamen cognoscere potest causas de separatione tori, mensae et habitationis.

In causis criminalibus sacerdotum castrensium, pro quibus C. I. C- pluritatem iudicum vel praescribit vel commendat (can. 1576), ius esto Episcopo dioecesis, cui conventus incardinatus est, si pro sua prudentia opportunum iudicaverit, ecclesiasticum virum, tribunalis dioecesani membrum, deputandi, qui tribunali ab Episcopo castrensi constituto pro hac causa pleno iure cooptandus est.

Pro causis actis coram Episcopo castrensi tribunal secundae instantiae esto penes Episcopum Berolinensem.

IX

Cum vi muneris sui Episcopus castrensis praesit curae spirituali militum, cordi ei erit praecipue institutionem religiosam catholicorum sibi subditorum fovere, ad ecclesiastica sacramenta suscipienda faciliorem eis. aditum reddere ac legum ecclesiasticarum observantiam omni ope provehere.

Sacerdotes castrenses tenentur legibus ecclesiasticis non solum generalibus, sed etiam particularibus territorii, in quo versantur, praesertim iis, quae obligationes clericorum et cultum divinum spectant.

X

Ut electio capellanorum minorum catholicae rei benevertat et iam ab initiis par sit gravitati officii ipsis committendi, curent locorum Antistites, quos idcirco Ordinarius castrensis adibit, ut nonnisi viri probatae virtutis, de quorum idoneitate et dignitate plane ipsis constet, ad tam difficile munus- obeundum accenseantur. Idcirco solum illorum ratio habeatur, qui ab Ordinario proprio proponuntur vel saltem, additis testimoniis idoneitatis, et dignitatis, efficaciter commendantur.

XI

Nominatio omnium sacerdotum castrensium pertinet ad Ordinarium castrensem, collatis cum Beipublicae potestatibus, quarum res interest, consiliis. Episcopo castrensi liberum iudicium esto, num de nominatione* huiusmodi rogari oporteat sententiam Episcopi quoque, intra cuius terri-

torium nominandus officium parochi castrensis obiturus sit. Antequam tamen nominatio fiat, eidem Episcopo praevius dandus est nuntius.

Aggregatio ad clerum castrensem non secumfert excardinationem a propria dioecesi.

XII

Parochi castrenses ceterique sacerdotes ad sacrum ministerium in exercitu obeundum legitime deputati iurisdictioni Episcopi castrensis subsunt et ab eo iurisdictionem ac facultates necessarias accipiunt. Episcopo castrensi ius est eos sede et officio mutare, praevio hac de re communicato nuntio cum Ordinariis locorum quorum res interest.

XIII

Sacerdos castrensis, si ab Ordinario castrensi dimittatur, relabitur ipso facto sub iurisdictionem Ordinarii, a quo licentiam transeundi ad clerum castrensem antea obtinuit.

XIV

Episcopi castrensis est paroecias militares erigere vel erectas immutare,, earumque fines statuere. Tamen is ad id peragendum ne procedat, nisi de iis, priusquam conficiantur, Episcopos, quorum res interest, edocuerit.

Quod si sacerdos castrensis etiam ultra fines sui muneris in bonum animarum ceterorum fidelium operam suam impendere velit, facultatem petat ab Ordinario loci.

XV

Ubi sacerdotes castrenses praesto non sunt, curet Episcopus castrensis — praehabito consensu Ordinarii loci — ut spirituali bono militum a clericis singulorum locorum congrue consulatur.

XVI

Ne vero dubitationes vel abusus oriantur, caveat Ordinarius castrensis ut testimonium iurisdictionis vel facultatis concessae sacerdotibus in cura pastorali castrensi operam navantibus litteris consignatum tradat, ut ipsi, si opus sit, facultatem, qua praediti sunt, probare valeant.

XVII

Locorum Ordinarii propenso animo curabunt ut Episcopo castrensi eiusque capellanis pro necessitate praesto semper sint, tum usus ecclesiarum, tum opera sacerdotum pro ministerio pastorali castrensi; Episcopus

vero castrensis vicissim curabit, nt sacerdotes castrenses grato animo huiusmodi officia rependant ac praesertim clericis locorum in sacris muneribus obeundis auxilium ferant.

Si controversia in sacro ministerio aut in qualibet re, quae ad forum ecclesiasticum spectat, inter clerum castrensem et clerum dioecesanum oriatur, pro bono et aequo componatur ab Ordinariis utriusque partis; quod si fieri nequeat, Apostolicae Sedi deferatur.

XVIII

Quod attinet ad administrationem sacramentorum et ad functiones paroeciales, servetur ius commune, haud spretis tamen legitimis consuetudinibus locorum.

In potestate paroeciali capellanis militaribus Reipublicae Germanicae concessa continetur etiam potestas assistendi matrimoniis fidelium sibi vi iurisdictionis exemptae subditorum — ea tamen lege, ut quoad validitatem matrimoniorum haec potestas intellegenda sit cumulativa cum Ordinario et parocho loci vel sacerdote ab alterutro delegato.

In iis, quae spectant ad celebrationem matrimonii, vigeant praescripta can. .1097 C. I. C.

XIX

Ut acta ac documenta quae ad curam animarum pertinent rite serventur ac, data necessitate, facilius reperiantur, studeat sacerdos curae animarum castrensi addictus, ut omnia acta paroecialia (sc. circa Baptismata, Oonfirmationes, Matrimonia et decessus) citissime et diligentissime peculiaribus libris mandentur ac eorum exemplar authenticum quotannis ad Curiam castrensem mittatur.

XX

Caveat Episcopus castrensis ut, si agatur de sacrificio Missae celebrando sub divo, diligentissime serventur praescripta can. 822 § 4 et ea quae Sacra Congregatio Sacramentorum in epistola uniformi Ordinariis Italiae die 26 Iulii 1924 data (cfr. *Acta Ap. Sedis,* vol. XVI, n. 9, p. 370) edidit. Consideret praesertim quod in laudata epistola uniformi statutum est, scilicet Sanctae Missae extra ecclesiae septa celebrationem ad saeculares celebritates aut politica festa religioso honestanda decore prorsus vetitam esse.

Missam sub divo, servatis servandis, tantum in castris et in iis locis celebrari sinat, quae peculiariter militibus destinata sunt: sin alibi, etiamsi condiciones a can. 822 § 4 et a laudata epistola uniformi impleantur, licentiam Ordinarii loci petat.

XXI

Vacante Episcopi castrensis munere, nisi aliud a Sancta Sede cautum sit, iurisdictio et facultates huius muneris propriae interim a Vicario generali castrensi exercebuntur, ea tamen lege ut hoc tempore nihil innovetur.

Itaque motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, suprascripta «statuta ad curam spiritualem militum exercitus Germanici spectantia» plenissime adprobamus eisdemque Apostolicae sanctionis robur adiicimus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectant, plenissime suffragari sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xix m. Septembris an. MDCCCOXXXV, Pontificatus Nostri decimo quarto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

i

I

AD EMUM P. D. CAROLUM IOSEPHUM TIT. SS. QUATTUOR CORONATORUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM SCHULTE, ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM, XXV EPISCOPATUS ANNUM EXPLETURUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quinque Episcopatus lustra, praeclaris operibus meritisque insignia, sunt profecto inter maxima Dei beneficia referenda. Pio igitur opportunaque consilio fideles isti, praeeuntibus sacris administris, meritas divinae Liberalitati gratias die faustitatis tecum persolvent, tibique filialem observantiam et laetitiam aperte significabunt. Nos autem in primis, qui plane perspectas habemus animi ingeniique tui dotes egregias, ac singulare novimus studium, quo Altissimi gloriam bonumque animarum prosequeris, in partem gaudii tui venire percupimus ac paternas tibi gratulationes Nostras deferre exoptamus. Integro enim tempore, quo, primum inter christifideles Pader-

bornenses ac deinde in perampla ista nobfiissimaque Ecclesia, pastorale officium obiisti, per cuncta ditionis tuae loca perque universas gravissimi ministerii partes, relucentem flammam apostolici tui ardoris omnes conspexerunt. Quin immo, quum teterrimum illud bellum aestuaret, plures quoque advenae ex qualibet natione, miseri in captivitate degentes, industriam et caritatem tuam lenimenque sortis persenserunt. Hanc itaque faustitatis tuae opportunitatem libenter nacti, tibi, dilecte filii Noster, de impigro frugiferoque episcopali munere hactenus gesto vehementer gratulamur, novamque gratiarum copiam ac praemia minime defutura a supremo rerum Dominatore tibi adprecamur. Tu ergo ex iucunda sacri eventus celebratione novas sume vires novosque animos ac spiritus, ut maiora in posterum et etiam asperiora, si gregis bonum expostulaverit, persequi valeas. Etenim, si quondam regimen archidioecesis istius inter gravissimas difficultates iniisti, at non minores hodie exstant. Agitur nunc profecto de tuenda christiana fide, de integritate servanda eorum morum, qui, tam diuturno saeculorum decursu, tot varias dissimilesque gentes ad humanum civilemque cultum adduxere. Perge igitur, Dilecte Fili Noster, salutaria incepta perficere et nobilissimas officii tui partes sustinere. Scientiarum quidem litterarumque incrementa, iusta fraternaque inter operum datores et opifices concordia, cetera innumera pietatis caritatisque opera per Actionem Catholicam provehenda, quibus naviter usque incubuisti, non minus Christifidelium communitati, quam patriae civilique consortioni prodesse manifesto videntur. Interea, quo proximus dies, sancto Iosepho dicatus, geminatam tibi allaturus laetitiam, sollemnior evadat, facultatem eidem tribuimus, ut, sacris pontificali ritu operatus, adstantibus fidelibus Nostro nomine Nostraque auctoritate benedieas, plenam commissorum veniam eisdem proponens, usitatis Ecclesiae conditionibus lucrandam. Divinarum autem gratiarum praenuntiam ac praecipuae caritatis Nostrae testem, tibi, Dilecte Eili Noster, Episcopis tuis Auxiliaribus, universoque clero et populo tuae vigilantiae concredito Apostolicam Benedictionem amantissime impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die **x** mensis Martii, anno **MDCCCCXxxv,** Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. EUGENIUM TITULO SS. IOANNIS ET PAULI, S. R. E. PRESBYTERUM OAEDINALEM PACELLI A PUBLICIS NEGOTIIS, QUEM, ANNO IUBILARI REDEMPTIONIS EXEUNTE, LEGATUM MITTIT AD SOLLEMNIA LAPURDI IN TRIDUUM PERAGENDA.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Anno Sancto ad exitum feliciter vergente, praefiniti imminent dies, in quos piaculares supplicationes Lapurdi. sollemniter peragendas per Litteras Nostras « Quod tam alacri » superiore mense Ianuario publice palamque ediximus. Mox igitur ad prodigiale Massabiellense specus .omnes convenient, sive corpore, sive animo, quotquot ex omni gente ac natione veri nominis christiani in terris commorantur. Omnes profecto, inquimus, qui semetipsos divino Bedemptoris sanguine irroratos esse meminerint, ad immaculatam perdolentemque Matrem oculos mentesque convertent, atque, tam augusta pqtentique filiorum interprete, per suavem quandam communemque vim, caelestem exorabunt misericordiarum Patrem, ut pax alma redeat aegris mortalibus, arrideatque tandem melioris temporis aurora. Has itaque próximas supplicationes Nos quidem in primis, ut in sacro nuper Consistorio confirmavimus, peculiari quodam modo ac ratione participare volumus, iisque per Legatum Nostrum praesentes adesse exoptamus. Quo autem celebritatis eiusmodi participatio ac praesentia Nostra luculentius adpareat, a cunctisque Lapurdum conventuris vividius altiusque persentiatur, tibi ipsi, dilecte fili Noster, qui sollicitudines omnium Ecclesiarum tantopere Nobiscum participas, proque officio tuo cotidiano talis es, ut vere proprieque Legatus a latere Nostro mitti ac vocari queas, perhonorificum huiusmodi munus libentissime demandamus, minime sane dubitantes id et tibi admodum gratum et omnibus celebritati adfuturis periucundum. Te igitur, dilecte fili Noster, per has litteras Legatum Nostrum eligimus ac renuntiamus, ut Nostram gerens personam sollemnibus Lapurdi in triduum peragendis nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Pro certo autem habemus, te, pro studiosa tua eximiaque erga Deiparam observantia ac veneratione, pro eadem ipsa, qua polies, apud Sanctam Sedem auctoritate purpuratique Patris amplitudine, itemque ob egregia ac singularia, quibus enites, et animi et facundiae ornamenta, quemadmodum in recenti ad Bonaërensem civitatem legatione, cuius eucharistici triumphi adhuc late per orbem personant, ita in sacra hac piacularique missione, omnibus sane exemplo atque-

incitamento exstiturum. Quo vero proxima sollemnia uberiorem fructuum copiam Christifidelibus adferant, tibi ultro damus, ut, statuta die, Sacro sollemniter peracto, benedictionem Nostro nomine adstantibus impertías, plenam admissorum veniam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Interea, ut omnia prospere feliciterque succedant a Deo precati, secundi exitus concüiatrix, paternaeque voluntatis Nostrae testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, iisque omnibus, qui celebrationi intererunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xii mensis Aprilis, in festo Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. D. ALAFRIDUM ILDEFONSUM TIT. SS. SILVESTRI ET MARTINI IN MONTIBUS S. R. E. PRESB. CARDINALEM SCHUSTER, ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM, NOVAM MAIORIS SEMINARII SEDEM VENEGONI INAUGURALEM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Suavi semper maximaque oblectatione perfundimur, quoties ad praenobilem istam Archidioecesim mentis oculos animumque convertimus. Peracceptus igitur Nobis optatissimusque exstitit nuntius allatus, sacra istic, apparari sollemnia ad novam, peramplam augustamque Seminarii Maioris sedem fauste inaugurandam, venustamque eius Ecclesiam auspicali ritu consecrandam. Quot sane praeclara Dei beneficia iucundosque eventus in Nostram revocat memoriam sacrum istud clericorum Seminarium! Bevocat enim Seminarium seu Seminaria, ubi caelestes afflatus atque invitamenta ad sacerdotium ineundum intime percepimus, ubi ad sinceram pietatem doctrinamque sacram instituti atque eruditi sumus, ubi deinceps divinis initiati mysteriis, primum habuimus in deliciis magisterium obire iuvenumque fingere mores. Quapropter, si praeterito vitae tempore, praesertim quum Ecclesia ipsa Ambrosiana Nobis commissa fuit, florens istud sacrae iuventutis viridarium magnopere Nobis exstitit cordi, impraesentiarum quoque idem, licet corpore absentes, et carissimum habemus et peculiari gratia favoreque prosequimur. Tibi itaque, dilecte fili Noster, qui tantas curas in adolescentis cleri bonum profectumque impendis, quique perhumanum iniisti consilium novas Seminarii aedes

die Nobis singulariter grato dedicandi, ponendique in eiusdem atrio signum Nostram referens effigiem, de pastorali sollicitudine deque filiali officio paterne gratulamur, meritasque gratias ex animo palamque profitemur. Tu vero ipse, augustus Nostrae mentis interpres, significare omnibus velis, Nos summo animi studio ac benevolentiae ardore praesentes fore sollemnibus proximis, quibus intererunt, ut libenter audivimus, cuncti quoque Episcopi regionis istius ac primores ex omni ordine cives atque magistratus. Quo autem Nostra faustae celebrationis participatio manifestior appareat, carissimo ipsi Seminario sacram pyxidem ad Dominicum Corpus custodiendum porrigendumque, haud levi opere artificioque confectam, paterno dono mittendam curavimus. Tibi, praeterea, dilecte fili Noster, facultatem damus, ut, sacris peractis caeremoniis, Nostro nomine Nostraque auctoritate adstantibus benedicas, plenam admissorum veniam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Conciliatrix interea ac praenuntia caelestium gratiarum praecipuaeque Nostrae dilectionis testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, ceterisque Langobardiae Praesulibus, itemque Seminarii moderatoribus, magistris atque alumnis, universoque clero et populo tibi concredito amantissime in Domino impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xxi mensis Aprilis, in festo Paschae Besurrectionis D. N. I. C, anno MDOCCCXXXV, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

S. PAULI *IN* BRASILIA-BRIGANTIENSIS-CAMPINENSIS

COMMUTATIONIS FINIUM

DECRETUM

Cum nuper expostulatum fuerit ab Apostolica Sede ut limites inter dioecesim Brigantiensem et archidioecesim S. Pauli, nec non inter eamdem dioecesim Brigantiensem et dioecesim Campinensem, cohaererent cum limitibus civilibus, Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, perpendens petitionem cessuram in bonum spirituale fidelium, eidem benigne annuendum censuit. Quare, attento favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Benedicti Aloisi Masella, Archiepiscopi titularis Caesariensis in Mauretania et Nuntii Apostolici in Brasiliana Republica, nec non consensu Excñíi ac Revmi Leopoldi D narte Silva, Archiepiscopi S. Pauli, Excmi ac Revmi Mauritii Iosephi da Rocha, Episcopi Brigantiensis, et Excmi ac Revmi Francisci de Campos Barreto, Episcopi Campinensis, de Apostolicae potestatis plenitudine, atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, statuit, vi praesentis Consistorialis decreti, ut binae portiones territorii, quarum una in municipio *Itatiba,* altera in municipio *Juqueri,* pertinentes ad archidioecesim S. Pauli, ab eadem archidioecesi dismembrentur ac dioecesi Brigantiensi perpetuo incorporantur; item parva pars territorii municipii *Pamaliyba,* quae continetur in dioecesi Brigantiensi, ab eadem disiungatur et archidioecesi S. Pauli attribuatur; ut ea pars territorii municipii *Amparo,* quae spectat ad dioecesim Brigantiensem, ab ista separetur et dioecesi Campinensi adscribatur; mutatis hac ratione finibus praefatarum dioecesium.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda idem Ssmus Dominus deputare dignatus est memoratum Excmum P. D. Benedictum Aloisi Masella, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate con-

stitutum, onere imposito ad hanc S. Congregationem mittendi quamprimum authenticum exemplar actus exsecutionis peractae. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Eomae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 16 Martii 1935.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ffî S.

V. Santoro, *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

NOTIFICATIO

Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, in audientia dierum 1 et 22 mensis Iunii, anno 1935, Cardinali a Secretis S. Congregationis pro Ecclesia Orientali et Cardinali Paenitentiario Maiori respective concessis, statuere dignatus est, ut, fideles quoque orientales cuiuscumque ritus in iis quae Indulgentias respiciunt Sacram Paenitentiariam adeant.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romae, die 21 m. Iulii a. .1935.

SACRA CONGREGATIO RITUM

i

PARISIEN.

BBATIPIOATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE A IESU CONFUNDATRICIS INSTITUTI PARVULORUM SORORUM AB ASSUMPTIONE.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

«O bona mater caritas, quae sive foveat infirmos, sive exerceat provectos, sive arguât inquietos, diversis diversa exhibens, sicut filios diligit universos. Cum te arguit mitis est, cum blanditur simplex est... Ipsa est

quae, Deum homini placans, hominem Deo reconciliavit. Laesa non provocat, sed spreta te revocat... Liceat laesa, licet offensa, si conversus fueris ad illam, obviabit tibi quasi mater honorificata. Contemptus oblita sui; ruet in amplexum tui » (S. Bern. Ep., ad Fulconem, in init.). Graphice his verbis caritas Servae Dei Mariae a Iesu describitur.

Ipsa enim quasi filia in Deum, et quasi mater in proximum ardentissima flagrans caritate, omnibus omnia facta in infirmorum curam se impendit ut eorum animas Christo lucrifaceret; quam pretiosam hereditatem transmisit Parvularum Sororum Instituto, quod ipsa, Servo Dei Stephano Fernet primitus impellente, favente et moderante, in actum deduxerat.

Maria Antonia Fage, die 7 Novembris mensis anno 1824 Parisiis nata, sequenti die baptizata fuit. Quum pater uxorem et filio!am vix natam deseruisset, mater puellae, Susanna Mutinot, suarum manuum labore aegre victitabat. Antonia, vixdum quinquennis, divinae caritatis inpulsu permota, coaequalibus suis pro suo modulo conciones habere solebat, ut eas puellas ad Dei amorem alliceret. Quum litterarum rudimenta apud quasdam Beligiosas Sorores poneret, ad sacram synaxim primitus accessit. Non multo post, cum tredecim esset annorum, demortua matre, a piis quibusdam coniugibus uti filia amanter excepta, apud eos usquedum ad alendam vitam sibi sufficeret permansit. Tribulationibus velut ignis probata, pietatis operibus dedita, mirabiles in caritate progressiones fecitj quae ad magna in Dei Ecclesia facinora patranda eam praepararunt.

Animos adolescentium operariarum, seu in officina sororum Binet seu in altera Mesnard, suae curae commissarum quasi amantissima mater, ad pietatem bonamque frugem, educavit. Tertio Ordini S. Dominici, sub Catharinae nomine, adscripta, sanctae Senensis Virginis virtutes et zelum imitans, patientis Christi imaginem in suo corde referre sategit, crucis amore ad quaeque perferenda comparata. Sed iam divina consilia in ea maturescebant.

Servus Dei Stephanus Pernet, e pia Societate Presbyterorum ab Assumptione, « animarum zelo succensus, non sine divinae providentiae instinctu et auxilio... ad instituendam novam Sororum familiam animum admovit, quibus munus infirmis in suis domiciliis adsistendi esset concreditum, ut per hoc infirmorum et suarum familiarum animae Christo lucrifierent » (Decr. Intr. causae St. Pernet). Hic Dei Famulus anno 1864 mediante, vixdum Mariae Antoniae Fage occurrit, eam ad tantum opus a Deo praeparatam comperit. Verum vir Dei, ne praepropera ageret, quae mente volvebat, effusis precibus, enixe Domino commendabat: sequenti autem anno in actum deducere incepit. Antoniam, ab officina Mesnard abstractam, ut ad religiosam vitam formaret, matri Eugeniae a Iesu, Religiosa-

rum ab Assumptione fundatrici, et matri Franciscae Eugeniae de Malbosc tironum magistrae commisit: Antonia autem brevi temporis spatio adeo profecit, ut ad novam religiosam familiam regendam aptissima fuerit habita. « Gratias Domino ago, P. Pernet aiebat, me talem erga filias matrem invenisse, quae corde magno et animo volenti, hoc arduum opus perficeret ».

Porro Antonia, assumpto Mariae a Iesu nomine, prius privata vota anno 1866, emisit, quae post acceptum religiosum habitum renovavit. Institutum Parisiis fundatum, approbantibus Cardinali Archiepiscopo Guibert eiusque coadiutore Servo Dei Beniamino Bichard, deinde Archiepiscopo pariterque Cardinali, brevi temporis spatio mire auctum et propagatum, anno 1897 decretum quod dicitur *laudis,* anno vero 1901 approbationis definitivum decretum *amplissimis verbis* ab Apostolica Sede meruit obtinere. De Instituto hoc, S. Ioannes Bosco anno .1.883 edixit: « Opus Dei est: magna in Ecclesia operabatur: constanter pergite ». Et iure merito. Hoc enim vel ab initio uberrimos referebat fructus: abiurationes ab haeresi, adultorum baptismata, matrimoniorum legitimationes benefactaque omne genus. Quos fructus Deus quasi praemium virtuti largitus est tum patris Pernet, cum matris Mariae a Iesu. Quae zelo gloriae Dei et salutis animarum exaestuans, cruci Christi fideliter subnixa, de se humilhme diffidens sed in Deo unice confidens, vincens in bono malum, patri Pernet vel in minimi s obediens, aegerrima semper valetudine laborans, numquam animo decidens, extremam pauperiem, impiorum calumnias, bonorum diffidentiam, daemonis insectationes, animi angores, belli et seditionum pericula fortissime sustinuit: filiabus suis exemplo et verbo ad asperam Instituti vitam amplectendam et adamussim exequendam animum addens.

Tot tantisque meritis cumulata, morientium sacramentis roborata, die 18 Septembris mensis anno 1883 sancto exitu ad Dominum evolavit, caeleste regnum ab Eo receptura Cuius regni adventum in terra iugiter anhelavit.

Plures seu spirituales gratias seu corporales sanationes videtur Deus, servae suae intercessione, operatus. Quare in Parisiensi Curia annis 1921-22 Ordinaria auctoritate processus constructus est. Die 28 Iulii anno 1926 S. B. C, scriptis examinatis, nihil obstare edixit, quominus ad ulteriora procedi quiret.

Eapropter Emus P. Marianus Bodriguez O. S. A., huius Causae Postulator legitime constitutus, apud S. H. C. ut Causa introduceretur enixe rogavit. In Ordinario itaque sacrae Congregationis Coetu hesterna die ad Vaticanas Aedes habito, Emus ac Emus D. Cardinahs Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Causae Ponens seu Belator, Dubium proposuit: *An signanda sit Commissio Introductionis*

Causae praedictae Servae Dei in casti et ad effectum de quo agitur, et super hac de more retulit. Emi ac Emi PP., hac audita relatione, nec non auditis Officialium Praelatorum scripto datis suffragiis, audito praesertim E. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali: attentis quoque Postulatoriis litteris quinque Emorum Cardmalium, plurium Archiepiscoporum. Episcoporum, Abbatum, Generalium Congregationum Moderatorum, praesertim Presbyterorum ab Assumptione, Societatis Mariae et Generalis Superiorissae Parvularum Sororum, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt: *Affirmative,* seu *signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem subsignata die Ssmo D. N". Pio Papae XI relatione ab infrascripto Cardinali, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis Causae Servae Dei Mariae a Iesu, Instituti Parvularum Sororum ab Assumptione confundatricis, signare dignata est.

Datum Eomae, die 27 Martii a. D. 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

SABINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI PLACIDI RICCARDI, SACERDOTIS MONACHI PROFESSI ORDINIS S. BENEDICTI CONGREGATIONIS CASINENSIS.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

«Ausculta, o fili, praecepta magistri et... admonitionem pii patris libenter excipe et efficaciter compie ». Hoc saluberrimo monito, occidentalium monachorum Patriarcha Benedictus, sapientissimam regulam exorditur monastici sui Instituti, quod barbarorum mores emollivit, civilem societatem in ruinam labentem ab interitu vindicavit, innumerosque filios per saeculorum decursum ad sanctitatis culmen adduxit. Hanc vocem Thomas Eiccardi generose auscultavit, monasticam vitam in Ordine S. Benedicti professus, atque « ab ipsius numquam magisterio discedens, in eius doctrina

ad mortem usque perseverans, passionibus Christi per patientiam participavit, ut regni eius mereretur esse consors » (Ibid.).

Natus hic est in oppido* *Trevi* intra Spoletanae Dioecesis fines, anno 1844, die Praecnrsoris Domini Nativitati dicato. Thomae nomen in sacro baptismate fuit ei impositum. Eius parentes Franciscus et Maria Stella Paoletti, singulari pietate in exemplum conspicui, novem liberorum christianae educationi summam curam impenderunt. Thomas quum octo ageret annos, in litteris instituendus Lucariniano Collegio, ibi fiorenti, creditus est, quo ob politicas perturbationes clauso, seu domi seu Spoleti humanioribus studiis sedulo incubuit, spiritus sui moderatore usus sacerdote Petro Bouilli, cuius excessum nuper Spoletani cives, uti pauperum patris, unanimiter complorarunt. Anno 1865 philosophicis disciplinis in Collegio Angelico Ordinis Praedicatorum operam daturus, Urbem petiit.

Non sine beatae Virginis secreto impulsu sacram Lauretanam Domum sequenti anno peregrinus devote invisit: ubi dum preces effunderet, subita animi commotione excitus, lacrimarum imbrem profundens, prima ad perfectiorem vitae statum divinae vocationis germina in se oriri persensit.

Urbem cum remeasset, spiritualibus exercitationibus, ad S. Eusebii apud Patres Societatis Iesu, summa cura attendit, seque ad Ordinem S. Benedicti, solitudinis studio, allici impellique percepit.

Nec mora. Novembri mense a. 1866 in Monasterio S. Pauli de Urbe in « Postulantium » numerum adscitus, singulari pietate ac regularum observantia inclaruit, et die Epiphaniae Domini sequentis anni tirocinium inchoavit, assumpto Placidi nomine.

Dominica II post Epiphaniam, SSmo Nomini Iesu tunc sacra, anno 1868, simplicia, quae dicuntur, vota nuncupavit. Philosophicarum disciplinarum curriculo expleto, theologicis maximo sui animi gaudio operam navavit. Eodem anno prima clericali Tonsura, minoribusque Ordinibus fuit insignitus. Duobus post annis sacros Subdiaconatus et Diaconatus Ordines suscepit.

Mutato interim Eomae politico regimine et iniquis legibus contra ecclesiastica iura latis, quasi transfuga, militari carceri addictus fuit, dein ob valetudinis debihtatem liber evasit, et in dilectum Monasterium rediit. Die 25 Februarii mensis anno 1871 Sacerdotio fuit initiatus. Variis muneribus sive intra Monasterii septa, sive extra, summa diligentia et animarum emolumento functus est.

Abbatialis Vicarius apud Moniales S. Magni, Ameriae, regularem observantiam fortiter suaviterque instaurare est aggressus.

Tironum magisterium in S. Pauli Monasterio, difficillimis in adiunctis, per biennium summa prudentia et subditorum utilitate obivit: Ameriamque reversus inceptum opus mire complevit.

Farfensi B. M. Y. sanctuario rector datus, viginti circiter annorum spatio, fere ad mortem usque, ibi permansit. Divinum cultum pene desertum ad novam suscitavit vitam. Confluentem populum christiana catechesi erudire, verbo Dei excolere, eique sacramenta indefesse, nulli parcens labori, nulli parcens industriae, ministrare sanctum habuit. Summe paupertatem dilexit, egenisque quidquid prae manibus haberet effusissima caritate largiebatur. Orationis studio apprime deditus, quod sibi officia, quibus detinebatur, reliquum faciebant temporis, totum precationibus rerumque caelestium contemplationi diu noctuque impendebat. Asperis paenitentiis corpusculum domabat.

Non hominem sed angelum Missam celebrantem dixisses, in cuius praeparatione, praeter fere quotidianam exomologesim, duas insumebat horas, alteramque post celebratum sacrum in gratiarum actione.

Dominicae passionis cultor assiduus, pium Viae Crucis exercitium pluries in die iterabat. Beatissimam Virginem, cuius precatoriam coronam iugiter prae manibus gestabat, Eiusque castissimum Sponsum S. Ioseph, suavissima religione colebat. Pio quoque affectu sanctum patrem Benedictum, Sanctum Franciscum Assisiensem, cuius Tertio Ordini adolescens adscribi voluit, aliosque Sanctos prosequebatur. Ad animas in purgatorio igne detentas efficacius sublevandas indulgentias lucrari summopere satagebat.

Sed iam hominem, qui tanta pro Dei gloria et animarum salute operatus fuerat, aeterna requies manebat. Die 17 Novembris mensis anno 1913 apoplexia fuit adeo graviter tentatus, ut sacra unctione fuerit munitus. Verum aliquantulum convalescens, ad S. Pauli de Urbe monasterium fuit delatus.

Morbo in peius gradatim rúente, atque paralysi artuum usum impediente, ipse divinae voluntati plene submissus, orationi iugiter intentus, sacrosancta Eucharistia quotidie refectus, animi angores, atque corporis molestias et dolores, invicta patientia, et mirabili animi fortitudine toleravit. Tandem die 15 Martii mensis anno 1915 sacro oleo inunctus placido exitu animam Deo reddidit.

Decem post annis eius exuviae e romano coemeterio ad Farfensem Basilicam fuerunt translatae, confluente, etiam ex viciniis, Sabino populo, eum sanctum conclamante. Qua existente fama, in Sabinensi Curia informativae inquisitiones fuerunt peractae, aliaeque duae rogatoriales Ameriae et Coloniae Agrippinae, annis 1928-1930.

Servatis omnibus de iure servandis, die 9 Maii mensis elapso anno a sacra hac Congregatione super Servi Dei scriptis editum est decretum. Quum itaque nihil obstaret quominus ad Causae Introductionem procedi quiret, instante Emo D. Anselmo Tappi-Cesarini, postulatore legitime

constituto, die 26 mensis huius Emus ac Emus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Eelator, in Ordinario S. H. C. coetu dubium proposuit: *An signanda, sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Emi PP., audita Emi Cardinahs Ponentis relatione, nec non Officialium Praelatorum suffragiis scripto exaratis, auditoque E. P. D. Salvatore Catucci, Fidei Promotore Generali, attentis quoque postulatoriis litteris trium S. E. E. Cardinalium, plurium Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Civilis Magistratus Farae Sabinae, enixe Causae Introductionem expetentium, omnibus perpensis rescribendum censuerunt: *Affirmative,* seu *signandam esse Commissionem si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem subsignata die Ssmo D. IST. relatione a subscripto Cardinali Praefecto, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis Causae D. Placidi Eiccardi, Monachi professi O. S. B. Congregationis Casinensis, signare dignata, est.

Datum Eomae, die 27 Martii a. D. 1935.

C. Card. LATJEENTI, *Praefectus.*

L. $ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 12 Ottobre 1935, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in Udienza solenne S. E. il Sig. Conte BONIFACIO PIGNATTI MORANO DI CUSTOZA, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Regno d'Italia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO

Si rende noto che le domande di ammissione degli ecclesiastici allo studio della Sacra Congregazione del Concilio, per la pratica giuridica, amministrativa e catechistica, si ricevono nella Segreteria della stessa Sacra Congregazione dal 20 ottobre al 10 novembre 1935.

Roma, 30 settembre 1935.

G. Bruno, *Segretario.*

TRIBUNALE DELLA SACRA ROMANA ROTA

AVVISO

Si fa noto che le domande di ammissione allo *Studio* della Rota, per il corrente anno giuridico, si ricevono negli Uffici del Tribunale fino al 20'Novembre.

1 Ottobre 1935.

A. Massimi, *Decano.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

26 Luglio 1935. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi, *Protettore dell'Istituto delle Madri Pie di Ovada* (Acqui).

11 Agosto » S. E. Bma Monsig. Carlo Serena, Arciv. tit. di Mira, *Nunzio Apostolico in Colombia.*

» » » S. E. Revma Monsig. Saverio Bitter, Arcivescovo tit. di Egina, *Nunzio Apostolico in Cecoslovacchia.*

12 » » S. E. Bma Monsig. Paolo Giobbe, Arcivescovo tit. di Tolemaide di Tebaide, *Nunzio, Intemunzio Apostolico in Olanda.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

20 Luglio 1935. S. E. Bma Monsig. Filippo Me Devitt, Vescovo di Harrisburg.

19 Agosto » S. E. Bma Monsig. Tommaso Francesco Lillis, Vescovo di Kansas City.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

L'Ordine dello Speron d'Oro:

7 Marzo 1935. A S. E. il signor Conte Cesare Maria De Vecchi, Ministro dell'Educazione Nazionale nel Regno d'Italia.

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

14 Ottobre 1934. A S. E. il signor Getulio Vargas, Presidente della Repubblica del Brasile.

19 Febbraio 1935. A S. E. il signor Bali Edoardo Salazar, Gran Priore del S. Ordine di Malta per Napoli e per la Sicilia.

15 Marzo » A S. E. il signor dott. Carlo De Estrada, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Argentina presso la Santa Sede.

23 » » A S. E. il sig. Oscar R. Benavides, Presidente della Repubblica del Perù.

25 Marzo 1935. Al sig. Principe D. Lelio Nicolò Orsini, dei Duchi di Gravina, Brigadiere Generale nel Corpo delle Guardie Nobili Pontificie.

La Placca dell'Ordine Piano:

30 Maggio 1935. Al sig. comm. Luigi Hirschbühl, Capitano Comandante della Guardia Svizzera Pontificia.

La Commenda con placca dell'Ordine Piano:

14 Ottobre 1934. Al sig. Generale Pantaleone Pessoa (Brasile).
29 Marzo 1935. Al sig. Mario Geronazzo, dell'archidiocesi di Milano.

La Commenda dell'Ordirne Piano:

14 Ottobre 1934. Al sig. comm. Giovanni Severiano Da Fonseca Hermes (Brasile).
16 Febbraio 1935. Al sig. Conte Ildebrando Silvestri Faà, Esente nel Corpo delle Guardie Nobili Pontificie.
15 Marzo » Al sig. comm. Corrado Rolandone, Consigliere dell'Ambasciata dell'Argentina presso la S. Sede.
***3** Aprile* » Al sig. Conte Giuseppe Dalla Torre di Sanguinetto (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

14 Ottobre 1934. Al sig. Jorge Latour (Brasile).
» » » Al sig. Djalma Pinto Ribeiro Lessa (Brasile).
». » » Al sig. Argeu de S. Machado Guimarâes (Brasile).
» » » Al sig. Ruy Ribeiro Couto (Brasile).
» » » Al sig. Giovanni Carvalho de Moraes (Brasile).
» » » Al sig. Francesco D'Alamo Louzada (Brasile).
» » » Al sig. Giacomo Sloan Charmont (Brasile").
» » » Al sig. Adolfo Camargo Neves (Brasile).
» » » Al sig. Armando Salles de Oliveira (Brasile).
» » » Al sig. Edgardo Rangel Do Monte (Brasile).
» » » Al sig. Nemesio Dutra (Brasile).
16 Febbraio 1935. Al sig. Francesco dei marchesi di Nannarini, Guardia Nobile Pontificia.

La Cran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

14 Ottobre 1934. Al sig. Giuseppe Carlo de Macedo Soares, Ministro degli Affari Esteri nella Repubblica del Brasile.
» » » Al sig. Antonio Carlos Ribeiro De Andrada (Brasile).
» » » Al sig. Edmondo Pereira Lins (Brasile).

27 Febbraio 1935. A S. E. il sig. Valentino Hóman, Ministro dell'istruzione Pubblica in Ungheria.

25 Marzo » A S. E. il sig. Carlo Concha, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica del Perù.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

3 Aprile 1935. A Sua Altezza Bhupindra Singh Mohinder Bahadur Yadu Vanshavatans Bhatti Kul Bbushan, Maharaja Dhiraj di Patiala (India).

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 Aprile 1935. Al sig. Conte comm. Salvatore Tagliavia, dell'archidiocesi di Palermo.

12 » » Al sig. Marchese Giovanni Evangelista Bisleti, Esente nel Corpo delle Guardie Nobili Pontificie.

La Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

30 Maggio 1935. Aì sig. comm. Arcangelo De Mandato, Colonnello Comandante della Gendarmeria Pontifìcia.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

16 Febbraio 1935. Al sig. Tiberio Csurgay (Ungheria).

4 Marzo » Al sig. Osvaldo Giacomo Finney, del Vicariato Apostolico dell'Egitto.

25 » » Al sig. Luigi Gallo Porras (Perù).

30 » » Al sig. Felice Gaio, dell'archidiocesi di Milano.

19 Maggio » Al sig. Stefano Killick, Lord Mayor di Londra, dell'archidiocesi di Westminster.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 Ottobre 1933. Al sig. Antonio Ponzio, dell'archidiocesi di Milano.

26 Giugno 1934. Al sig. avv. Domenico Romano, della diocesi di Mileto.

» *Luglio* » Al sig. ing. Lino Fermi, dell'archidiocesi di Genova.

3 Settembre » Al sig. Antonio Louça de Moraes Carvalho, dell'archidiocesi di San Sebastiano di Rio de Janeiro.

19 » » Al sig. Pietro Salvaneschi, della diocesi di Vigevano.

14 Ottobre » Al sig. Renato Lago (Brasile).

» » » Al sig. Walder Sarmanho (Brasile).

» » » Al sig. Rubens Ferreira de Mello (Brasile).

» » » Al sig. Acyr do Nascimento Paes (Brasile).

10 Novembre 1934. Al sig. Carlo Cushwa, della diocesi di Cleveland.
» » » Al sig. Giacomo D. Contillon, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Michele P. Mooney, della medesima diocesi.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

14 Ottobre 1934 Al sig. Capitano di Mare e Guerra Americo Araujo Pimentel (Brasile).
16 Febbraio 1935. Al nob. sig. Fabio Petrucci, Cadetto nel Corpo delle Guardie Nobili Pontifìcie.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

14 Ottobre 1934. Al sig. Renato Costa De Almeida (Brasile).
15 Novembre » Al sig. Giovanni Me Carthy, dell'archidiocesi di Filadelfia.
25 Febbraio 1935. Ai sig. dott. Francesco Cadart, della diocesi di Arras.
26 » » Al sig. avv. Giorgio Eremia (Rumenia).
8 Marzo » Al sig. Giorgio W. Weadock, della diocesi di Grand Rapids.
» » » Al sig. Giacomo Tommaso Me Allister, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Giacomo Lorenzo Me Inerney, della medesima diocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

14 Ottobre 1934. Al sig. Capitano Tenente Luigi Saidanba da Gama (Brasile).
Al sig. Capitano Tenente Carlo Carvalho Rego (Brasile).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 Ottobre 1934. A S. E. il sig. Ministro Luigi Avelino Gurgel do Amaral (Brasile).
» » » A S. E. il sig. Ministro Maurizio Nabuco (Brasile).
» » » A S. E. il sig. Ministro Ronald de Carvalho (Brasile).
» » » A S. E. il sig. Ministro Giuseppe Gioacchino Moniz de Aragâo (Brasile).
26 Febbraio 1935. Al sig. Ed vino Barclay, Presidente della Repubblica di Liberia.
» » » Al sig. Arturo Barclay, già Presidente della Repubblica di Liberia.
8 Marzo » Al sig. Barone comm. Federico Brugmann de Walzin, dell'archidiocesi di Malines.
11 Maggio » Al sig. prof. comm. Augusto Milani, Decano degli Avvocati Concistoriali.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 Ottobre 1934. Al sig. Generale Francesco Pinto (Brasile).
» » » Al sig. Carlo Celso De Ouro Preto (Brasile).
» » » Al sig. Carlo Massimiano de Figueiredo (Brasile).
30 Marzo 1935. Al sig. avv. Massimo Della Porta, dell'archidiocesi di Milano.
17 Maggio » Al sig. Conte Giovanni de Bourguignon de Saint Martin (Francia).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 Ottobre 1934. Al sig. Capitano di Mare e Guerra Oliveira Sampaio (Brasile).
A: sig. Tenente Colonnello Raul Silveira Mello (Brasile),
A sig. Mario Drolhe da Costa (Brasile),
A: sig. Maggiore Barbosa Gonçalves (Brasile),
A: sig. Carlo Da Silveira Martins Ramos (Brasile),
A sig. Orlando Guerreiro De Castro (Brasile),
9 Gennaio 1935. A sig. Oreste Vigano, dell'archidiocesi di Milano,
21 » » A sig. prof. Vincenzo Porcelli, della diocesi di Tolentino,
» » » A sig. dott. Giuseppe Porcelli, della medesima diocesi,
14. Febbraio » A. sig. Antonio Morganti, dell'archidiocesi di Udine,
18 . A sig. Maggiore Riccardo Lanza (Italia),
27 • A sig. Eugenio Rainoldi, dell'archidiocesi di Milano,
Marzo • A: sig. dott. Primo Crisanti, della diocesi di Nepi.
• A sig. avv. Crisanto Crisanti, della medesima diocesi,
12 - A sig. Ernesto Paglione (Italia),
14 • A sig. prof. avv. Roberto Agosti (Roma),
» » » A. sig. Vice-Questore Carlo Cadolino (Italia).

Il Cava ierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

14 Ottobre 1934. A sig. Carlo Buarque De Macedo (Brasile),
» » » A sig. Carlo Fernandez Eiras (Brasile),
» » » A sig. Giorgio Da Costa Leite (Brasile),
» » » A sig. Mario Pimentel Brandao (Brasile),
4 Gennaio 1935. A sig. avv. Arrigo Portaccio, della diocesi di Lecce,
» sig. Oronzo De Matteis, della medesima diocesi,
» » » sig. Benedetto Fabris (Roma),
8 Marzo sig. Carlo Zerbi, dell'archidiocesi di Milano,
14 » » A: sig. ing. Mario D'Oria, del Patriarcato di Venezia,
20 » » A sig. Ariosto Mindel, della diocesi di Civita Castellana, Orte e Gallese.

20 Marzo 1935. Al sig. Raffaele Medici (Roma).
» » » Al sig. Gaspare Basili, della diocesi di Foligno.
» » » Al sig. ing. Ferdinando Caroselli, della diocesi di Valva e Sulmona.

NECROLOGIO

11 Maggio 1935. Monsig. Giuseppe Bottaro, Arcivescovo tit. di Macra.
8 Agosto » Monsig. Paolo Abi-Murad, Arcivescovo tit. di Damiata dei Melchiti.
19 » » Monsig. Ludovico Antonio Castro y Alvarez, Vescovo tit. di Licopoli.
22 » » Monsig. Francesco Zapletal, Vescovo tit. di Salona.
23 » » Monsig. Vincenzo Huarte, Vescovo tit. di Resaina.
25 » » Monsig. Pietro Tcheng, Vescovo tit. di Soznsa di Palestina.
3 *Settembre* » Monsig. Giovanni Domenico Giuseppe Aengenent, Vescovo di Haarlem.
11 » » Monsig. Pietro Paolo Drinot y Pierola, Vescovo tit. di Basilinopoli.
25 » » Monsig. Edoardo Parente, Vescovo tit. di Terme.
9 Ottobre » Monsig. Pietro No ni mescli, Vescovo di Lussemburgo.

An. et Vol. XXVII 31 Octobris 1935 (Ser. ÏÏ, v. II) - ffum. 12

AÍ]TA^POSTOIJGAFSEDÍ

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. H

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

NILI AEQUATORIALIS

PRAEFECTURA APOSTOLICA NILI AEQUATORIALIS IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex divi Petri Cathedra, quam, licet immeriti, obtinemus, in omnes christiani orbis regiones oculos mentis Nostrae convertere debemus, in illas praecipue regiones, quae, Missionalium curis adhuc concreditis, potioribus quodammodo apostolicae Nostrae solhcitudinis curis indigent. Cum itaque venerabilis frater Arthurus Hinsley, Archiepiscopus titularis Sardianus, iam Delegatus Apostolicus Africae, considerans praefecturam apostolicam Nili Aequatorialis, Sodalibus Instituti Filiorum a S. Corde Iesu concreditam, sollerti eorum zelo postremis hisce temporibus non parum incrementum suscepisse, ab hac Apostolica Sede enixe expostulaverit, ut praefectura illa ad potiorem vicariatus apostolici gradum et dignitatem eveheretur, Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, oblatis precibus annuendum censuimus.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema auctoritate Nostra prae-

fecturam apostolicam Nili Aequatorialis, eodem nomine iisdemque limitibus servatis, in vicariatum apostolicum erigimus et constituimus, atque erectum per praesentes Litteras declaramus; eumque praefato Instituto Filiorum a S. Corde Iesu, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, commissum volumus. Novo igitur huic vicariatui eiusque pro tempore "Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem vicariatus eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obhgationibus.

Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque mmime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen ahcuius Notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die decima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. ROGGI ANI P. Card. FUMASONI BIONDI
Cancellarius S. B. E. ***S. C. de Propaganda Fide Praef.***

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonôt. Apostolicorum^*
Dominicus Jorio^ *Protonotarius Apostolicus.*

Loco **y£** Plumbi

lieg» ***in Cane. Ap., Vol. LI, n. 61.*** Al. Trussardi.

II

DE TALI

MISSIO « SUI IURIS » DE TALI AD PRAEFECTURAE APOSTOLICAE GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae ad maius dominici gregis spirituale bonum et ad catholicam fidem latius per orbem propagandam utilia videntur, ea, pro supremi quo fungimur apostolatus officio, sollicite procurare debemus. Cum itaque sui iuris Missio de *Tali* in Sinis, in provincia Yunnan, Sodalibus Societatis Presbyterorum Ssmi Cordis Iesu de Betharram concredita, ipsorum opera et studio non parum postremis hisce temporibus susceperit incrementum, eam ad potiorem praefecturae apostolicae gradum evehere opportunum duximus. Quapropter Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium, Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, praedictam Missionem sui iuris de Tali, eodem nomine iisdemque finibus servatis, ad praefecturae apostolicae gradum et dignitatem, suprema Nostra auctoritate, extollimus; eamque praefatae Societati Presbyterorum Ssmi Cordis Iesu de Betharram, qui tanta sui zeli in Missione illa regenda hucusque testimonia exhibuerunt, etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, commissam volumus. Eidem autem praefecturae apostolicae eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceterae per orbem praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus.

Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, aut excerptis, etiam impressis, a Notario subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam Nostram evectionis, constitutionis, concessionis, statuti, ac voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare

praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Bomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die decima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGÍANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. **FUMASONÍ** BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, ***Decanus Collegii Proton. Apostolicorum.***
Dominicus Jorio, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco >£ Plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. LI, n. 60. - AL Trussardi.

III

DE WÜCHOW

MISSIO « SUI IURIS » DE WUCHOW IN SINIS AD PRAEFECTURAE APOSTOLICAE GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In sublimi Petri sede inscrutabih Dei consilio collocati, ea omnia praestare debemus quae maiori christifidelium spirituali bono et catholicae fidei latius propagandae utilia videntur. Ad hoc quippe non parum prodest novas constituere praefecturas apostolicas iis in Missionibus ubi, Evangelii praeconum cura et industria, res catholica prospere fausteque se gerat. Cum itaque Missio sui iuris de Wuchow in Sinis, in provincia de Kwangsi, Sodalibus Societatis de Maryknoll pro Missionibus exteris concredita, ingens sedulo eorum studio, postremis hisce annis, incrementum obtinuerit, Nos, de venerabilium fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, Missionem illam ad potiorem praefecturae apostolicae gradum et dignitatem evehere censuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Nos praefatam sui iuris Missionem **de**

Wuchow, eodem nomine iisdemque finibus servatis, in praefecturam apostolicam suprema Nostra auctoritate erigimus et constituimus erectamque per praesentes declaramus. Decernimus insuper ut ipsa eidem Societati de Maryknoll pro Missionibus Exteris etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, commissa remaneat.

Eidem vero praefecturae apostobcae eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceterae per orbem praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, illosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus.

Quae omnia ut supra disposita et constituta rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum verum Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini igitur hanc paginam evectionis, constitutionis, concessionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die decima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius *S. R. E.*

P. Card. FUMAS0N1 BIONDI
S. C. ***de Propaganda Fide Praef.***

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ^ Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LI, n. 65. - Al. Trussardi.

IV

DE VERA PAZ

VICARIATUS APOSTOLICUS DE VERA PAZ ET PETEN SUPPRIMITUR, EX **QUO** DIOECESIS DE VERA PAZ ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoties in regionibus, adhuc sollertis Missionalium curis concreditis, tantum catholica religio, Deo auctore, susceperit incrementum, ut firmius ac stabilius ecclesiasticum regimen ibi constituere opportunum videatur, Apostolica Sedes, ad maius spirituale christifidelium bonum assequendum, novas illic dioeceses erigendas curat.

Cum itaque venerabilis frater Aloisius Duröu, Archiepiscopus de Guatimala et Administrator Apostolicus Vicariatus de Vera Paz et **Peten** supplices huic Apostolicae Sedi porrexerit preces, ut idem Vicariatus in dioecesim erigeretur, Nos, praehabito voto venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, oblatis precibus annuendum censuimus.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, quem supra diximus vicariatum apostolicum de Vera Paz et Peten suprema Nostra auctoritate supprimimus atque eiusdem territorium, iisdem servatis limitibus, in novam erigimus dioecesim ac erectam per praesentes Litteras declaramus; ipsam vero *de Vera Paz* appellari volumus.

Huius dioecesis episcopalem sedem in urbe de *Cobdn,* quae hucusque vicarii apostolici residentia erat, constituimus, eique propterea omnia concedimus iura et honores ad episcopales civitates pertinentia. Episcopi vero cathedram in paroeciali ecclesia Deo in honorem S. Dominici dicata, in eadem urbe de *Cobdn* exstante, figimus; quam proinde ecclesiam ad cathedralis gradum et dignitatem extollimus, eidemque eiusque pro tempore episcopis omnia tribuimus honores, insignia, favores et privilegia, quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque antistites iure communi fruuntur; eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae cathedrales et earum Episcopi adstringuntur.

Novam hanc cathedralem ecclesiam de-Vera Paz suffraganeam constituimus metropolitanae ecclesiae de Guatimala, eiusque pro tempore episcopos metropolitico iuri archiepiscopi de Guatimala subiicimus.

Cum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus canonicorum capitulum in hac nova dioecesi instituatur, indulgemus ut, pro canonicis, dioecesani consultores ad iuris tramitem interim eligantur.

Mandamus etiam ut, quamprimum fieri poterit, in dioecesi de Vera Paz Seminarium dioecesanum iuxta Codicis iuris canonici praescripta et normas, a S. Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus traditas, erigatur. Volumus insuper ut iuxta quae in Concilio plenario Americae Latinae Romae anno millesimo octingentesimo octoge-^ simo nono celebrato, a nova hac Dioecesi, eiusque sumptibus, duo delecti iuvenes, aut modo saltem unus, non intermissa vice ad Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe mittantur, ut ibi sub oculis fere Romani Pontificis in spem Ecclesiae instituantur.

Quod autem attinet ad huius dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad ipsorum clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, rite servari iubemus quae sacri canones praescribunt. Quod vero ad clerum peculiariter spectat, mandamus ut, simul ac dioecesis erectio ad exsecutionem demandata fuerit, eo ipso clerici ibi legitime degentes ecclesiae eidem censeantur adscripti.

Episcopalem autem mensam novae dioecesis de Vera Paz constituent Curiae emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis ipsa erecta est, praeberi solent, praeter ea quae iam ad hoc sunt collecta et a civili auctoritate adsignari possunt.

Quibus omnibus ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Nuntium Nostrum Albertum Levarne, Archiepiscopum titularem Ohersonesitanum in Zechia deputamus, eique onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses ab his Litteris datis computandos authenticum exemplar transmittendi peractae exsecutionis actorum. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus

sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super bis a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, a manu tamen ahcuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Concibas editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis,, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

Nemini autem quae hisce Litteris Nostris provectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae statuta sunt, infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die quartadecima mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr.TH.PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

Fr. RAPHAËL G. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Hector Castelli, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco j$i Piumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. LII, n. 32. - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ECCLESIA ABBATIALIS SANCTI GREGORII MAGNI DOWNSEDENSIS ORDINIS SANCTI BENEDICTI, INTRA FINES CLTFTONIENSIS DIOECESIS, AD BASILICAE MINORIS DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei. memoriam. — Cliftoniensi in Dioecesi intra fines Britanniae iuxta Aquas Salis Romanorum in loco quem vulgo nuncupant «Downside» celeberrimum nunc exstat monasterium abbatiale titulo Sancti Gregorii Magni ex anglica Congregatione Ordinis Sancti Benedicti. Monasterium ipsum de Downside, templum, conlegiumque adiectum sua babuere initia anno Domini millesimo octingentesimo vicesimo tertio, sed tunc in Anglia constituta sunt loco monasterii Sancti Gregorii Magni, quod olim apud Duacum in Gallia fundatum erat an. MDCVII cura Abbatis Sancti Vedasti Atrebatensis in conducta antea parva domo ac dein in apposite exstructum monasterium, quod una cum adiecta Ecclesia anno MDCXix absolutum erat. Ipso in pio loco Duacensi commorarunt Monachi ex Ordine Sancti Benedicti, temporibus Elisabeth et Iacobi I Angliae Begum, ob religiosas persecutiones e patria depulsi; ibique per duo fere saecula non modo vita conventualis floruit, sed sese quoque efformarunt in spe religionis succrescentes viri, omnibus nominibus conspicui atque ad anghcas missiones parati. Iam enim anno millesimo sexcentésimo secundo rec. mem. Dec. Noster Clemens Pp. VIII monachis britannicis ex utraque benedictina Congregatione facultatem fecerat ad pristinam catholicam fidem Anglos revocandi. Qua propter cum monachi e Duacensi Domo Sancti Gregorii Magni, Gallica, uti aiunt, Revolutione exorta, e vinculis in quibus coniecti sunt anno MDCCXCV erepti, libertatem capessiverint, Angliam petierunt, apud quendam nobilem virum olim benedictini conlegii Duacensis alumnum, qui ad annum usque millesimum octingentesimum quartum decimum eos hospitio in suo castro excepit. Anno vero eodem, omnibus tandem viribus conlatis ad domum propriam sibi comparandam in « Downside », ipso in loco monasterium, ecclesiam, conlegium monachi iidem, Dei vere providentia, e Gallia ad patriam adducti, sub titulo Sancti Gregorii Magni, ad memoriam primi monasterii Duacensis repetendam et recordationem, exstruenda curarunt, quae denique

in Abbatiam ex Ordine Sancti Benedicti anno MDCCCXCIX sub eodemque titulo canonice erecta est. Aedium vero exaedificata earumque ornamenta varias ob causas per centum plus annos producta sunt ad bos fere nostros usque dies, ita ut ecclesia abbatialis, quae suis antiquioribus partibus iam anno MDCCCLXXXII Christifidelibus patefacta est, nunc tandem expleta, proxime a Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinali, Strigonensium Archiepiscopo, sollemniter consecranda sit. Praenobile templum idem structura, quem vocant, gothica, tribus mirabilibus navibus constans, molis amplitudine, sacellis valde exornatis, multis artis affabre factis operibus ditatum est; ad ipsumque Christifideles frequentes devotique accurrunt ob sacrarum functionum splendorem atque ob indulgentias, quibus Bomani Pontifices Sacram Aedem decorarunt. Quare cum hodiernus Abbas eiusdem Abbatiae Dbwnsidensis suppliciter dimisseque a Nobis efflagitaverit, ut templum monasterii sui Basilicae Minoris titulo privilegiisque de Apostolica Nostra Auctoritate honestare velimus, huiusmodi vota, commendationibus Procuratoris Generalis Congregationis Anglieae Ordinis Sancti Benedicti aucta, excipienda censemus.

Qua re, audito quoque Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Bituum Congregationis Praefecto, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum, ex ipso sollemnis consecrationis templi die, consecratione eadem expleta, ecclesiam abbatialem Sancti Gregorii Magni Downsidensem, intra fines Cliftoniensis Dioecesis, *Basilicae Minoris* titulo ac dignitate augemus, illique omnia et singula iura ac privilegia tribuimus, quae de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec concedimus ac largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **xxiii m.** Maii, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri decimoquarto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

• •• II-

EMUS P. D. ALEXIUS HENRICUS M. TIT. SANCTAE SUSANNAE S. R. E. PRESB. CARDINALIS LÉPICIER DEPUTATUR AD AUREA CORONA ORNANDUM SIMULACRUM B. MARIAE V. « TA PINU » NUNCUPATAE IN EIUSDEM BASILICA DIOECESIS GAUDISIENSIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Marianum exstat Sanctuarium insigne Gaudisiensis dioecesis intra fines, quod iam Basilicae Minoris titulo privilegiisque Nos ipsi Litteris Apostolicis Nostris sub anulo Piscatoris, die XXXI m. Augusti an. MDCCCCXXXH datis, decoravimus. Eodem in Sanctuario Imago Beatae Mariae Virginis in coelum Assumptae religiosissime colitur sub titulo « ta Pinu ». Haud magna autem tabula, quam Stephanus Amedeus de Perusia anno MDCXIX pinxit, Deiparam Virginem exhibet, humili gestu, elatò capite, manibusque ad pectus veluti ad orandum coniunctis; nonnulli stant praeterea circumcirca Angeli, ac subter una cum sepulcrali urna tres Apostolorum dimidiatae figurae. Constat profecto Beatissimam Dei Genitricem a « ta Pinu », nuncupatam tot tantisque miraculis fidem popularium rependisse, ut iam ingenti fideles numero non modo e Gaudisiensi sed e finitima Melitensi Dioecesi ad Sanctuarium confluant vel opem Virginis imploraturi, vel grates eidem ob accepta beneficia habitud. Qua propter cum Melitense Concilium Regionale mox celebrandum sit, Venerabili Pratri Gaudisiensium Episcopo visum est pulcherrima hac uti opportunitate, ut vota tum sua, tum universi populi Gaudisiensis Nobis proponeret, a Nobisque enixe effiagitaret, ut Imaginem eandem Beatae Virginis « ta Pinu » corona nomine Nostro redimiri decerneremus. Quibus equidem optatis, ad insulanorum Gaudisiensium et Melitensium pietatem in Deiparam augendam, ultro libenterque concedendum censemus j atque etiam ut sollemnia huiusmodi potiori pompa celebrentur, volumus ut in. ipso Coronationis actu unus e Purpuratis Patribus Bomanae Ecclesiae personam Nostram gerat. Itaque hisce Apostolicis Litteris Nostraque auctoritate, Dilecto Filio Nostro Alexio Henrico Sanctae Bomanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Lépicier, titulo Sanctae Susannae, ad memoratum Concilium Regionale Melitense Legato Nostro, eas partes committimus, ut arbitrio eius eligendo die, in Beatae Virginis «ta Pinu» Basilica dioecesis Gaudisiensis intra fines, thaumaturgae Imagini Deiparae in caelum Assumptae, post sollemnia Missarum, iuxta ritum formulamque praescripta, aureum diadema Nostro nomine et auctoritate imponat. Quo

vero sollemnia huiusmodi magis magisque in spirituale fidelium bonum cedant atque in religionis emolumentum benevertant, memorato Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Legato Nostro facultatem tribuimus impertiendi Nostro nomine et auctoritate post ipsam sollemnem Imaginis Beatae Virginis « ta Pimi » nuncupatae coronationem, servatis servandis, assuetis sub condicionibus, *Apostolicam* christiano populo adstanti, *cum plenaria addita Indulgentia, Benedictionem.* |Ordinationibus et Constitutionibus Apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxrv m. Maii, an. MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri decimoquarto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

SANCTUARIUM MARIANUM DE « VICOFORTE », INTRA FINES DIOECESIS ¡MONTIS REGALIS IN PEDEMONTE, TITULO AC DIGNITATE BASILICAE MINORIS 'AUGETUR.

PIUS PP. *XI*

Ad perpetuam rei memoriam. — Percelebre in tota regione Pedemontana, Montis Regalis in Pedemonte dioecesis intra fines, Marianum exstat Sanctuarium de « Vicoforte», olim nuncupatum a Beata Virgine de columna, sive a Beata Virgine Gratiarum, dein a Beata Virgine Pacis, tandem a Beata Virgine sive Begina Montis Vici. Sanctuario ipsi, iam curis ministerio que concredito monachorum Cisterciensium, qui ad decimum nonum ¡usque saeculum in adiectis aedibus commorarunt, nunc adsunt sacerdotes e clero saeculari, qui parvum moderantur dioecesis Seminarium, iisdem in domibus^ relictis a Cisterciensibus, provide conlocatum; ita ut sacrae functiones animorumque ministerium cum magno fidelium peregrinorum emolumento continenter ibidem peragi queant. Ipsum autem templum sexto decimo saeculo exeunte sua habuit initia; at eiusdem exaedificata, formis antea Ascanii Vittozzi et postea Francisci Galli, per multos annos varias ob causas producta est, adeo ut hac tantum Nostra tempestate sacrum aedificium expletum videatur. Amplitudine, artis operibus affabre factis, arnoenitate quoque loci perspicuum est Sanctuarium Monregalense, cui imminet etiam latissimus tholus, speciosis lineamentis exstructus, immensitate sua omnibus cognitus. Beatae Virginis Mariae Imaginem, quae a saeculo sexto decimo in Sanctuario custoditur in rudi columna pictam, magna pietate ac devotione Christifideles venerantur; cives enim non modo monre-

galeuses sed etiam e dioecesibus finitimis regionis pedemontanae et ligustinae Sanctuarium de « Vicoforte » frequentes celebrarunt et celebrant, opem Reginae Pacis Montis Vici in adversitatibus fidentes imploraturi; idemque magni etiam atque illustres viri, quos inter rec. mem. Pius Pp. VII memorandus est, religione moti visitarunt ac muneribus donarunt. Hisce vero temporibus, peregrinorum more fere cotidie ad boc Sanctuarium Christifideles turmatim confluunt, atque auspice dioecesis moderatore, bis in annum clerus, optimates populusque ex utroque sexu monregalenses pie devoteque sollemni pompa sacram Virginis aedem lustrant ac visitant. Cum profecto Venerabilis Frater Noster Montis Regalis in Pedemonte Episcopus enixas Nobis preces admovent, nomine quoque cleri populique sui omnis, ut, occasione anni saecularis primi a suscepto voto, quod iam cives cum primoribus civitatis fecerunt centum ab bine annis cholera morbo grassante, praefatum Sanctuarium de « Vicoforte » ad Basilicae Minoris dignitatem evehere dignaremur, huiusmodi supphcationibus annuendum ultro libenterque censemus. Qua re, conlatis consiliis cum Dilecto Filio Nostro Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinali qui Sacrorum Rituum Congregationi praepositus est, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum, Sanctuarium Marianum de « Vicoforte » nomine Beatissimae Virginis Mariae Pacis, intra fines dioecesis Montis Regalis in Pedemonte positum ad titulum et dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, illique privilegia omnia et iura tribuimus, quae Basilicis Minoribus de Urbe de iure competunt. Haec in divinorum bonorum auspicium concedimus, atque ut magis magisque in dies Christifidelium Monregalensium relligio erga Beatam Virginem Deiparam augeatur: decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv m. Maii, an. MDCOCOXXXV, Pontificatus Nostri decimoquarto.

E. Card. Pacelli, *a Secretis Status* ***i***

EPISTOLAE

I

AD EMUM P, D. ALEXIUM HENRICUM MARIAM TIT. S. SUSANNAE . S. R. E. PRESB. CARDINALEM LÉPICIER, EUMDEMQUE SACRAE CONGREGATIONIS RELIGIOSORUM PRAEFECTUM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONCILIUM E MELITENSIBUS INSULIS CELEBRANDUM.

PIUS PP: XI

Dilecte Pili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quae ad salutem animarum reique catholicae profectum magnopere conferunt, ea Nos in primis, ut par est, et paterna solitudine commendamus et singulari favore et studio prosequimur. Itaque, quum accepimus proxime in insula Melitensi Concilium, quod Nobis erat in votis, auctoribus ipsis Praesulibus, ex utraque dioecesi Melitensi et Gaudisiensi coactum iri, hoc vigilantiae pastoralis argumentum Nobis exstitit periucundum. Capita autem, quae in Congressu agitanda proponuntur, tanti ponderis sunt ac momenti, ut ad tuendam catholicam religionem quam maxime idonea videantur* Agendum est enim praesertim de vita et sanctitate clericorum efficaciter tuenda, deque officiis parentum erga prolem industrie studioseque fovendis, nec non de Actione laicorum catholica omni ope suadenda atque amplificanda. Quapropter eiusmodi opportune suscepta consilia et merita laude honestamus et Nostra cohortatione commendamus. Quum autem utraque Melitensis et Gaudisiensis dioecesis huic Sanctae Sedi sit immediate subiecta, Concilio ineundo per Legatum Nostrum libenti sane animo praefuturi sumus. Te igitur, Dilecte Fili Noster, qui tanta flagras pietate et sacra doctrina atque oratione enites, quique Patrum Purpuratorum Consilio de rehgiosorum sodalium negotiis diligenter praees, per hasce Litteras Nostras, ut iam antea enuntiavimus, Legatum Nostrum deligimus ac constituimus, ut, Nostram gerens personam, sacris coetibus Concilii e Melitensibus insulis cogendi nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Certa autem Nos tenet fiducia exinde magna profectum beneficia et valida praesidia ad Melitensis populi salutem, prosperitatem et decus. Deum interea adprecantes, ut omnes in unum conventuros suis muneribus luminibusque cumulet et communia incepta propitius secundet, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, egregiis Melitensi

et Gaudisiensi Praesulibus, itemque clero et fidelibus utriusque dioecesis summa in Domino caritate impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vm mensis Maii, in sollemnitate S. Ioseph Sponsi B. M. V., anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

II ;

AD RR. PP. DD. ARCTURUM HINSLEY, ARCHIEPISCOPUM VESTMONASTERIENSEM, CETEROSQUE ANGLIAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS, ATQUE AD R¿ P. FIDELEM DE STOTZINGEN, ORDINIS SANCTI BENEDICTI ABBATEM PRIMATEM^ DUODECIMO CONDITO SAECULO A FELICI OBITU SANCTI BEDAE VENERABILIS, ECCLESIAE DOCTORIS.

PIUS PP. XI

Venerabiles fratres et dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Sollemnium agendorum consilium, quod, duodecimo condito saeculo a felici obitu sancti Bedae Venerabilis, apud Anglos est nuper susceptum, et magnopere commendamus et plane huic tempori opportunum censemus. Tanta enimvero tamque praeclara in Ecclesiam et patriam merita magnus iste vir sibi comparavit, ut longe suae aetatis hominibus virtute atque doctrina praestans haberetur, et, in sanctorum numerum adscriptus, Doctoris Ecclesiae titulo decoraretur.

In comperto sane est, insignem eundem Benedictinae famuiae alumnum, litteris graecis et latinis apprime versatum, sacrorumque Librorum studiosissimum, plura egregia opera scripsisse, quae ad Ecclesiae doctrinam et rei christianae apud Anglos historiam potissimum spectant; quo postremo quidem in genere, tum diligenti fontium investigatione, tum fide et veritatis studio, tantam est sibi inter doctos laudem consequutus, ut pater Anglicanae historiae et traditionum catholicarum testis merito appellaretur. Illud vero ex Doctoris operibus maxime elucet atque ex omni fere pagina usque recurrit, Romanam sedem exstare universae Ecclesiae centrum ac stabile firmamentum; illic quoque perspicuo in lumine collocatur insigne Angliae Regum erga hanc Petri Sedem studium, quod ita aliquando flagravit, ut ex ipsis nonnulli, regia deposita corona, Romam petere ibique ad perfectiorem vitae formam sectandam proprium domicilium figere maluerint.

Umbratilem sed actuosissimam vitam sanctus iste vir in monasterio ipso de Jarrow, ubi diu multumque commoratus erat, piissime confecit.

Eius enim exitus, qui in epistola Cuthberti discipuli ad Cuthwinum sodalem candide accurateque describitur, toti vitae curriculo mire consentit: in ea quidem ratione, qua ab ineunte aetate usus semper fuerat, ipse ad supremum usque diem perseveravit, in orando scilicet, legendo, docendo ac laborando.

Haec tam clara tamque pretiosa mors, sicut integra eiusdem vita, digna profecto est, ut grata memoria laudibusque sollemnibus concelebretur. In primis autem fausta eiusmodi recordatione ipsis Anglorum gentibus praeclarum exhibetur documentum aetatis illius, qua communis fidelium religio felixque cum Petri Cathedra coniunctio, non modo ad christianam communitatem, verum ad civilem quoque consortionem bona maxima attulerunt. Sodalibus vero ex Ordine Sancti Benedicti domesticum et insigne exstat exemplum laetissimorum fructuum, quos diuturnum religiosae vitae tirocinium afferre potest, tum ad fastigia sanctitatis consequenda, tum etiam ad optimas artes ac studia litterarum excolenda.

Nos igitur, venerabiles fratres et dilecte fili, qui nihil habemus antiquius, quam ut illustris Britannorum gens pristinam cum Bomana Ecclesia concordiam et pacem instauret, et inclytus Benedictinorum Ordo ad maiorum laudes renovandas recto aemulationis studio inflammetur, saecularia ista sollemnia, quae in Anglia proxime peragentur, ex animo vehementerque participamus. Laetissima autem Nos alit spes, fore ut e sacra in honorem sancti istius Doctoris celebratione omnes Angli maxima ad fidei actionisque consensionem sumant inyitamenta: alteri quidem, catholicae Bomanae Ecclesiae fideles, ut arctius aman tuisque christianae unitatis centro adhaerescant, alteri vero, ab unitate abscissi, ut ad sinum Ecclesiae Matris pie se fidenterque recipiant.

Huius interea auspicem spei iucundique fructus vestrorum sollemnium ac testem peculiaris Nostrae dilectionis esse cupimus Apostolicam Benedictionem, quam tibi, venerabilis frater, ceterisque Anglorum Praesidibus et fidelibus cuique vestrum concreditis, itemque tibi, dilecte fili, Abbati Primati Ordinis Sancti Benedicti et cunctae religiosae familiae peramanter in Domino impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xxvn mensis Maii, in festo Sancti Bedae Venerabilis, Ecclesiae Doctoris, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

VARSAVIENSIS-SIEDLCENSIS

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

DECRETUM

Fideles pagorum *Brzóza, WywtoJca, Bazy-Kaczyniec, Szumin-Podu-ohowny* praediique *Brzóza,* pertinentes ad paroeciam *Kamicnczyk* in archidioecesi Varsaviensi, ah Apostolica Sede effiagitarunt, ut a memorata paroecia, ob magnam distantiam, seiungerentur et viciniori paroeciae *Jezyslca,* dioecesis Siedlcensis, aggregarentur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, attento consensu Ordinariorum utriusque dioecesis atque praehabito favorabili voto Excmi P. D. Francisci Marmaggi, Archiepiscopi titularis Hadrianopolitani in Haemimonto et Nuntii Apostolici in Polonia, oblatas preces benigne excipiendas decrevit.

Quapropter, vi praesentis Decreti Consistorialis, statuit ut praefati pagi *Brzóza, WywhJca, Lazy-Kaczynieé, Szumin-Boduchowny* ac praedium *Brzóza* a paroecia *Kamicnczyh* et ab archidioecesi Varsaviensi separentur atque paroeciae *Jezysha,* ad dioecesim Siedlcensem pertinenti, perpetuo uniantur, mutatis hac ratione finibus earumdem dioecesium.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est praefatum Exc. P. D. Franciscum Marmaggi, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; eidem facto onere mittendi intra sex menses ad hanc S. C. Consistorialem authenticum exemplar peractae executionis actus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 4 mensis Maii anno 1935.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

13 Iunii 1935. — Cathedrali ecclesiae Cuschensi praefecit R. D. Philippum Iacobum Hermosa y Sarmiento, canonicum eiusdem cathedralis.

6 Septembris. —• Titulari episcopali ecclesiae Rhosiensi R. P. Henricum Ritter, e Congregatione Sancti Spiritus.

— Praelaturae *nullius* Juruensi, Exc. P. D. Henricum Ritter, Episcopum titularem Rhosiensem.

12 Septembris. — Cathedrali ecclesiae Conversanensi R. D. Gregorium Falconieri, Archipresbyterum ecclesiae cathedralis Neritonensis.

4 Octobris. — Titulari episcopali ecclesiae Arenensi Exc. P. D. Aloisium Antonium de Almeida, hactenus Episcopum Brigantiensem.

17 Octobris. — Cathedralibus ecclesiis Melphictensi, luvenacensi et Terlitiensi, invicem perpetuo unitis, R. D. Achillem Salvucci, Vicarium Generalem Archidioecesis Camerinensis.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIAE

Decreto Sacri Consilii christiano nomini propagando, sub die 18 iunii anni 1935 dato, Sanctissimus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, dignatus est praeficere titulari episcopali ecclesiae Etemiensi R. P. Franciscum Ford, e Societate de Maryknoll pro missionibus exteris, quem constituit Vicarium Apostolicum de Kaying.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit ad suum beneplacitum;

11 Iulii 1935. — B. P. Petrum Janser, e Societate Verbi Divini, *Praefectum Apostolicum de Indore.*

17 Iulii. — B. P. Blasium Kurz, O. F. M., *Praefectum Apostolicum de Mont Gurrie.*

8 Octobris. — R. P. Alanus Le Breton, e Presbyteris Missionariis Societatis Mariae, *Praefectum Apostolicum de Vatomandry.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

LUGDUNEN., SEU MECHLINIEN., SEU VIVARIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI MARIAE VICTORIAE TERESIAE COUDERC, CONFUNDATRICIS SOCIETATIS DOMINAE NOSTRAE A RECESSU COENACULI.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Scriptum est: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam-* (lac. 4, 6); cui autem datur gratia: *Pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus* (Io. .14, 23). Merito itaque mellifluus Doctor « Magna humilitatis virtus, ait, cui etiam Deitatis maiestas tam facile se inclinat » (Serm. 43 in Cant.). Perspicuum nobis et nobile seu humilitatis seu intimae cum Deo unionis exhibet exemplum Serva Dei Maria Victoria Teresia Couderc, Societatis Dominae nostrae a Secessu Coenaculi confundatrix.

Quarta ex duodecim filiis Claudii Michaelis et Annae Mery, Maria Victoria in fundo *Le Mas,* apud oppidum *Sablières* in Dioecesi Vivariensi, die 1 Februarii mensis a. D. 1805 nata, die sequenti, B. M. V. Purificationi sacra, sancti baptismatis lavacro rite est abluta. Pietate summopere commendandi eius parentes fuere, pater praesertim, qui magna gallica perturbatione in catholicos saeviente, praecipue in sacerdotes, hospitio et subsidiis generose eos levabat. Hic, qui oppido *Sablières* per quadraginta annos praefuit, « Paenitentium » sodalitii praeses, mater autem, piae feminarum unionis et ipsa praeses, filios suos exemplo et verbo, suaviter quidem sed fortiter, christianis moribus formaverunt. Nec bonum semen et labor incassum ceciderunt. Omnes enim christiano more rituque vixerunt, et ex his primogenitus sacerdotio fuit auctus, Maria Victoria autem virtute et vitae sanctitate in religioso statu enituit: cuius indicia vel a teneris unguiculis manifestari coeperunt. Adhuc enim puellula intempestae noctis silentio, flexis genibus iunctisque manibus, a sorore visa et audita est pro suo modulo Deum enixe rogare ut religiosam fieri sibi daretur. Ingenuae infantulae precibus benignum Dominus auditum opportuno tempore praebuit. Quum in aetate decem esset annorum primitus, una cum fratre natu maiore, summo animi gaudio sacra Eucharistia fuit refecta. Iam tum impensius orationi instare coepit. Quarta matutina hora, quocumque anni tempore, frigidissima licet hieme desaeviente et nive decidente-, ad parochialem ecclesiam, quatuor chilometris distantem, semel in hebdomada, praeter diem Dominicam, ei datum est accedere, ut sacro reficeretur pane; ibique plures horas veluti in Dei consortio perstabat. Litterarum rudimenta prius in pago *Le Mas,* dein in oppido *Vans* posuit, ubi Soror Catharina Castanier, quae, quum ex Mimatensibus ITrsulinis esset, in eo fuit ut pro fide, sicut consodales Arausicanae, martyrio coronaretur, Institutum a S. Ioseph pro puellis instituendis fundaverat. Sub tanta magistra miras in pietatis semitam Maria Victoria progressiones fecit, adeo ut apud se eam retinere Catharina secum volveret. Verum Deo aliter disponente, anno 1825 sacerdos Stephanus Terme, qui missionales praedicationes ibi maximo populi emolumento habuerat, Mariae Victoriae, quae, uni Deo servire cupiens, oblatas nuptias respuerat, oculos adiecit, ut in paroecia loci *Aps* una eum nonnullis virginibus a se collectis, puellarum institutioni incumberet. Piissimi sacerdotis optatui sequenti anno Mariae Victoriae parentes morem gesserunt. Die 27 Martii anno 1826 Episcopus Vivariensis religioso habitu eam induit, Sororis *Teresiae* nomine ei indito. Paullo post idem sacerdos Terme, animarum pericula et scandala conquerens, quae in diversoriis loci *La Louvesc,* quo plurimi S. Francisci Begis sepulcrum veneraturi peregrinabantur, eveniebant, domum, in qua feminae hospitio recipe-

rentur, constabilivit, cuius brevi Soror Teresia regimen coacta fuit sumere. In hospital! hac domo sensim sine sensu peregrinae feminae spirituahbus per aliquot dies exercitationibus incumbere suaviter allectae sunt, Teresia sodalibusque ad tantum salutare opus eisdem auxilium ferentibus.

Spirituale hoc emolumentum Teresia et sacerdos Terme quum perpendissent, hoc tanti eis visum est, ut finis, et quidem praecipuus, nuper fundati Instituti spirituales exercitationes factae sint. Sacerdote Terme anno 1834 cum sanctitatis fama vita defuncto, Episcopus Yivariensis et Patres Societatis Iesu in id consilii tribus post annis convenerunt, ut Institutum in duos dispertiretur ramos, quorum alter, S. Francisci Regis titulo retento, puellarum institutionem, alter vero, retenta domo S. Francisci Regis in loco *La Louvesc,* spirituales feminarum exercitationes propositum sibi haberet.

Interim Teresia anno 1828 religiosa vota primitus nuncupavit, perpetua vero anno 1837, atque Institutum ab initio'usque ad annum 1838 per decennium sapienter gubernavit. Deinde, permittente Deo, ut *in camino humiliations* probaretur, regimine deiecta, nihili habita, infimis officiis addicta, humillime vero ipsa se infra omnes abiiciebat, *cum silentio* praestolans *salutare Dei.*

Unde nil mirum si in ea *descensiones* illas admiremur, quas S. Bernardus, de humilitate disserens, enumerat: « *abdicationem* nempe *rerum et vestium* », nemo enim ea voluntarie pauperior, *corporis exercitium,* numquam enim inertia iacebat, *deiectionem in prosperis et patientiam in adversis,* omnia enim bona Deo referebat, adversa vero sibi debita reputabat, *proprium* denique *abhorrere consilium et propriae voluntatis effectum,* mortua enim sibi erat, eiusque *vita abscondita cum Christo in Deo. Tota vita* Teresiae, in Christi similitudinem, seu in anima seu in corpore *crux fuit et mar-' tyrium.* Eucharistici sacramenti studiosissima, longas coram sacro tabernaculo in oratione diu noctuque producebat horas, eousque devenit, ut intima cum Deo unione frueretur, ita ut de ea Servus Dei Paulus Ginhac e S. I. loquens, dixerit: « Ipsa quantum potuit se deprimens ut delitesceret et pro nihilo reputaretur, in Deum orando elevabatur: oratio vita eius ». Amantissimae filiae instar Beatam Virginem tenemmo prosequebatur affectu, Eique, tamquam Reginae et Matri sollemniter constitutae, sacerdote Terme praeeunte, Institutum regendum commendaverat.

Erga S. Ioseph ineffabili devotione ferebatur, absconditam eius vitam imitans. Animas piacularibus flammis addictas asperis paenitentiis precibusque iuvare omni studio satagebat. Caritas, quae in eius corde erga Deum aestuabat, in proximum quoque prodibat, quin immo in omnibus Dei creaturis eius bonitatem veluti aureis litteris impressam contemplaba-

tur. Quare *amore fraternitatis* omnes *diligebat,* omnes *honore praeveniebdt* (Rom. 12,10) *nec modo priores sed et ipsas iuniores sibi praeponebat* (S. Bern, s. II in Purif.). Sacerdos Terme, qui Instituto nondum plene constabilito ad caelum evolavit, et Mater Teresia, quae per totam fere vitam delituit, granum frumenti fuerunt, quod mortificatum laetissimos fructus attulit. Ex duplici bac morte, uti perbelle Servus Dei Cardinabs Bichard scripsit, Societas Dominae nostrae a Recessu Coenacuh vitam sumpsit. Quae Societas a Pio IX *laudis* decreto honestata, et ad tempus approbata, a Leone XIII definitivo modo approbata et confirmata fuit.

Nunc iam Mater Teresia caelo maturescebat. Acutissimis doloribus cruciata, senio confecta, solum caelestia cogitans, Deo coniunctius adhaerescens, sacramentis recreata die 26 Septembris mensis a. D. 1885 in loco *Fourvière* apud Imgdunum placidissime decessit.

Phrabitis et flebitis vos, ait Dominus... *sed tristitia vestra vertetur in gaudium... et gaudium vestrum, nemo tollet a vobis* (Ev. D. III, p. Pasch.). Virtutum eius fama, quae veluti sub modio per quadraginta septem annos iacuerat, ea demortua, potenter erupit. Lugduni Ordinaria auctoritate, Mechliniae, autem et Vivarii annis 1920-21 Rogatoriales confecti sunt processus. S. H. C. super scriptis favorabile decretum die 23 Iulii 1924 edidit; Ssmus D. N. Pius Papa XI die 13 Iulii mensis anno 1927 Commissionem Introductionis Causae Sua manu benigne signare dignatus est. Die 14 Novembris anno 1928 super obedientia IJrbanianis legibus decretum est. Apud Lugdunensem Curiam Apostolica inquisitione peracta, de omnium processuum iuridica vi die 2 Martii anno 1932 edictum est. Quibus itaque omnibus ad iuris normam peractis, die 31 Iulii anno 1934 coram Emo Cardinali Camillo Laurenti, S. B. C. Praefecto et Causae Ponente seu Eelatore, Sacri huius coetus habita sunt Antepraeparatoria super virv tutibus Comitia: die autem 18 Decembris coram PP. Cardinalibus coacta est Praeparatoria Congregatio: Generalis demum die 30 nuper elapsi mensis coram Ssmo D. N. Pio Pp. XI, in qua Emus Cardinahs Relator Dubium proposuit discutiendum: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores suum quisque edidere suffragium, quod Beatissimus Pater attento benignoque quidem animo est prosequutus: verum, ut in re tam gravi communibus precibus maioris luminis copiam a Domino imploraret, in hanc diem, 12 Maii mensis, Dominicam tertiam post Paschalia sollemnia, Sanctoque Martyri Achilleo sacram, cuius patrocinio Ipse gloriatur, iudicium Suum proferre distulit.

Arcessitis itaque Emo Cardinali Camillo Laurenti, S. B. C. Praefecto ac simul Causae Eelatore, E. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali meque infrascripto Secretario, sacrosancto Missae Sacrifìcio pientissime litato, edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servae Dei Mariae Victoriae Teresiae Couderc in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. E. C. referri mandavit.

Datum Eomae, die 12 Maii a. D. 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S-

A. Carinci, *Secretarius.*

II

SIN ABU M SEU VICARIATUS APOSTOLICI DE KIU-KLAN Gr, NUNC DE NAN-CHANG

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVI DEI QUINCI! (KIN-TO) STÉ CATECHISTAE.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

S. Ambrosius, illud psalmi commentans: « Principes persecuti sunt me gratis », verba haec in ore martyris ponit, subiungens: « Bene hoc martyr dicit quod iniuste persecutionum tormenta sustineat; qui nihil rapuerit, nullum violentus oppressent, nullius sanguinem fuderit,... nihil legibus debeat, et graviora latronum sustinere cogatur supplicia... Gratis igitur persecutionem patitur, qui impugnatur sine crimine, impugnatur ut noxius, cum sit in tali confessione laudabilis; impugnatur quasi veneficus, qui in nomine Domini gloriatur ».

Optime haec sinensi catechistae Quineto (Kin-to) Sié aptantur, qui quum nullum oppressent, nihil contra patrias leges gesserit, gratuito malorum hominum odio, persecutionem est passus, immo et mortem, nulla iudicii forma servata, ea solum de causa quod in cruce Domini gloriatus, redemptionis signum pedibus calcare renuerit, Christianum se esse fortiter confessus. Quae nobilis confessio, quum ei iam in Ecclesia summae laudi sit, tum maioris exaltationis videtur fundamentum praebere.

Utrum ex christianis parentibus fuerit natus, in comperto adhuc non est; certum tamen est ipsum e regione Fou-tcheou fuisse oriundum, in provincia Kiang-si, et quodam munere in tribunali IsTan-chang fuisse functum. Quum postea in civitatem Ou-tcheng se transtuhsset, ibi catechistae officium, Missionarii vices gerens, maximo zelo et sedulitate gessit, forma factus christianorum, catechumenorum, ceterorumque illius loci incolarum, qui, etsi pagani, illum saepe in suis contentionibus arbitrum constituebant. Et iure merito; unanimis est enim omnium testium vox catechistam Kin-to christianam, quam profitebatur, fidem optimis expressisse moribus, orationi deditum, singulis feriis sextis ieiunantem, et pio *Viae Crucis* exercitio vacantem, omnes Dei Ecclesiaeque leges servantem. Kin-to in Missionis domo residebat, ibique sollers ludi magister pueros christiana religione formabat, diebusque festis aliisque, fidelium concionibus praesidebat. « Hic Sié Quinctus (quidam paganus, qui eum bene cognoverat, in iudicio deponit) erat christianus vir valde bonus, nemini iniuriam faciebat, multa bona opera exercebat; quando aliquis pauper adibat illum, ipse nunquam reiiciebat eum, eique non parvam eleemosynam dabat, ... optime observabat christiana praecepta, nec scandalosus neque fumigator opii » (Summ., p. 7). « Quinctus (deponit quaedam pagana muher) bonus erat vir, iustus, pacificus, comis, optima gaudebat existimatione. Seu pagani, seu christiani omnes eum diligebant » (ib., p. 29). Similiter ceteri testes deponunt. Uxorem duxerat, ex qua filium habuerat, qui patri praemortuus est. Ad provectam aetatem Kin-to pervenerat, septuagenario maior, quum mortem generose pro Christo oppetiit.

Anno 1858, quum in provincia Kiang-si graves civiles perturbationes iamdiu exortae fuissent, Imperator, ut has reprimerei, misit quemdam *mandarinum,* quem dicunt, nomine Peng-in-ling, virum crudelissimum et christianae religioni infensissimum, qui paganis aeque atque christianis terrori erat. In oppidum Ou-tcheng is quum venisset, ubi magna cives fruebantur pace et concordia, nec rebellionis ullum habebatur indicium, inter epulas quidam ex convivantibus dixit eo in oppido adesse christianos, quorum caput esset Kin-to Sié. Peng-in-ling, odio in christianos incensus, quos rebellibus favere calumniabatur, ad missionis domum accessit, ubi Kin-to Sié cibum cum nonnullis pauperibus sumentem invenit. Peng-in-ling eum interrogavit utrum rebellis esset, cui Kin-to negando respondit: perconctanti autem, utrum esset christianus, affirmative sine timore respondit, seque potius mori paratum, quam sanctissimam religionem eiurare. Tunc iussus crucem pedibus conculcare, quum id facere renuisset, extra ianuam per humum tractus, proiecerat enim se in terram ne crucem tereret, capite continuo est obtruncatus.

Martyrii fama ad nostra usque tempora perseveravit; quare Vicarius Apostolicus de Kiu-Kiang anno 1919 quasdam inquisitiones super martyrio catechistae huius, iuridico more servato, perficere iussit; anno vero 1924 formalem processum construxit. Ex his inquisitionibus martyrii fama in comperto tutissime habetur. Hanc martyrii famam Apostolici Delegati apud Sinenses, et Apostolicorum Vicariorum reipublicae illius, Postulatoriae litterae confirmant, quibus duorum Cardinalium, aliorum Episcoporum, Directorum Parisien. P. O. Propagationis Fidei, atque a sancta Infantia, plurium missionahum virorum, nec non Superioris Generalis Congregationis Missionis, Generalis moderatricis Filiarum a Caritate S. Vincentii a Paulo, aliorumque litterae, huius fortissimi pugilis beatificationem enixe postulantium, accedunt.

Quum itaque omnia a iure requisita essent parata, instante Emo D. Iosepho ScognamiUo, Congregationis Missionis S. Vincentii a Paulo Procuratore Generali, nec non Causae huius Postulatore, in Ordinaria Sacrorum Rituum Congregatione die 21 Maii habita, Emus et Emus D. Cardinalis Raphael Carolus Eossi, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Rmi PP. Cardinales, audita Emi Card. Ponentis relatione, nec non suffragio Officialium Praelatorum, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Promotore Generali Fidei, omnibus mature perpensis responderunt: *Affirmative,* nempe *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae catechistae* Quincti (Kin-to) Sié, *si Ssmo placuerit.*

Beatissimus Pater in audientia die hodierna R. P. D. Promotori generali Fidei concessa, Rescriptum Emorum Patrum ratum habens, Commissionem Introductionis Causae Quincti (Kin-to) Sié manu propria obsignare dignatus est.

Daturn Romae, die 22 Maii a. D. 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. $ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

CANONICE ERIGITUR FACULTAS THEOLOGICA BRATISLAVENSIS APUD SEMINARIUM MAIUS TYRNAVÍENSE, CUM IURE GRADUS CONFERENDI.

Excmus Ordinarius Tyrnaviensis in Cecoslovachia, postulavit a Sancta Sede ut apud civilem Studiorum Universitatem Bratislavensem, Facultas Theologica canonice erigeretur.

Cum Beatissimus Pater praefatae petitioni annuere dignatus sit, haec Sacra Congregatio, praesenti Decreto, Facultatem Theologicam Bratislavensem, apud Seminarium Maius Tyrnaviense sitam, canonice erigit et erectam declarat, cum iure conferendi gradus academicos, ad normam Constitutionis Apostolicae « Deus scientiarum Dominus » eique adnexarum « Ordinationum » et secundum Statuta ah hac eadem Sacra Congregatione approbata.

Servatis ceteris de iure servandis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, die xv augusti, in Festo Assumptionis B. Mariae Virginis, anno MCMXXXV.

O. Card. BISLETI, *Praefectus.*

II. © S.

E. Ruffini, *Secretarius.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

25 Giugno 1935. Il Revmo Monsig. Giacomo 0' Reilly, *Consultore della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

1 Agosto » 11 Revmo P. Nicola Widloecher, dei Canonici Regolari Lateranensi, *Consultore della Sacra Congregazione dei Sacramenti.*

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

1 Giugno 1934. Monsig. Fulton J. Sheen, della diocesi di Peoria.

29 Novembre » Monsig. Paolo Fries, dell'archidiocesi di Friburgo in Brisgovia.

» »• » Monsig. Carlo Scweitzer, della medesima archidiocesi.

27 Dicembre » Monsig. Giacomo F. Me Intyre, dell'archidiocesi di New York.

» » » Monsig. Giuseppe L. Farrell, della medesima archidiocesi.

24 Gennaio 1935. Monsig. Giovanni Plauché, della diocesi di Alexandria Luis.

» » » Monsig. Giuseppe Giovanni De Deus, della diocesi di Gampanha.

28 Febbraio » Monsig. Adelchi Albanesi, della diocesi di Piacenza.

7 *Marzo* » Monsig. Alfredo Bontempi, della diocesi di Becanati e Loreto.

14 » » Monsig. Ernesto Camagni, dell'archidiocesi di Milano.

18 Aprile » Monsig. Luigi Fischer, dell'archidiocesi di Monaco di Baviera.

9 Maggio » Monsig. Emilio Falcinelli, della diocesi di Foligno.

» » » Monsig. Giuseppe Botti-Veglia, della medesima diocesi.

16 » » Monsig. Eugenio Schibler, della diocesi di Basilea e Lugano.

24 » » Monsig. Biccardo Varesi, della diocesi di Parma.

» » » Monsig. Lorenzo Poggiolini, della diocesi di Modigliana.

» » » Monsig. Stefano Fregnani, della medesima diocesi.

24 *1935.* Monsig. Carlo Bandini, della medesima diocesi.
» Monsig,. Enrico Cicognani, della medesima diocesi.
» Monsig,. Erminio Stuani, della medesima diocesi.
29 » Monsig.. Giuseppe Gubinelli, della diocesi di Fabriano e Matelica.
» Monsig. Alfonso Heilmann, dell'archidiocesi di Monaco di Baviera.
30 » Mons Ernesto Ponzio, della diocesi di Asti.
6 Giugno Mons . Andrea Bouquin, della diocesi di Bourges.
13 » Mons Adalberto Ko vae, della diocesi di Scepusio.
» » Mons Luigi Stepina, della diocesi di Hradec Hrálové.
» » Mons Stefano Sopko, della diocesi di Cassovia.
» » Mons Giuseppe Fogarasi, della medesima diocesi.
Mons: Giuseppe Gey sa Fekete, della medesima diocesi.
» » Mons Vincenzo Dargis, dell'archidiocesi di Kaunas.
» » Mons Giovanni Snejd, della diocesi di Budëjovice.
20 » Mons Francesco Giliberti, della diocesi di Policastro.
» » Mons Giovanni Miceli, della diocesi di Cefalù.
» » Mons Leslie V. Barres, della diocesi di Lincoln.
27 » Mons Gaetano Angelini, della diocesi di lesi.
2 Luglio Mons Giuseppe Viola, dell'archidiocesi di Gorizia.
Mons Guglielmo Roeckel, dell'archidiocesi di Friburgo di Brisgovia.
11 » Monsig. Garlo Fitzgerald, dell'archidiocesi di New York.
25 » Monsig. Francesco Monse, dell'archidiocesi di Praga.
2 Agosto Monsig, Giuseppe Zanasi, dell'archidiocesi di Modena.
Monsig. Armando Valori, della diocesi di San Miniato.
Monsig. Giovanni Gasey, dell'archidiocesi di New York.
Monsig. Aroldo Squirrell, della diocesi di Northampton.
Monsig. Domenico Gioffré, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.
Monsig. Giuseppe Scopelliti, della medesima archidiocesi.
Monsig. Salvatore Gioffré, della medesima archidiocesi.
Monsig. Tommaso Tozzi, dell'archidiocesi di Chieti.
Monsig. Benedetto Falcucci, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Giuseppe Diana, della diocesi di Ales.
» Monsig. Severino Tornasi, della medesima diocesi.
6 Monsig. Luigi Alliod, della diocesi di Aosta.
11 Monsig. Antonio dell'Ira, dell'archidiocesi di Pisa.
Monsig. Mario Bondini, della diocesi di Forlì.
25 Settembre » Monsig. Giovanni Battista Tarella, della diocesi di Ivrea.
» Monsig. Carlo Scoupy. della diocesi di Brno.
» Monsig. Carlo Vystrcil, della medesima diocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S.S.:

9	*Luglio*	*1935.*	Il sig. Conte Giovanni Claudio Grüel y Churuca dei Marchesi di Comillas, della diocesi di Madrid.
4	*Agosto*	»	Il sig. Bruno Benziger, dell'archidiocesi di New York.
3	*Ottobre*	»	Il sig. Nobile Pietro Bajóla (Roma).

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S.:

28	*Giugno*	*1934.*	Monsig. Giuseppe Buraczewski, della diocesi di Luck.
18	*Aprile*	*1935.*	Monsig. Rainero Binaco (Roma).
»	»	»	Monsig. Ernesto Galupin, dell' archidiocesi di Gorizia.
3	*Maggio*	»	Monsig. Gustavo Tulli (Boma).
6	*Giugno*	»	Monsig. Alessandro Buonanno della diocesi di Sant'Agata de' Goti.
13			Monsig. Giuseppe Hubacek, dell'archidiocesi di Praga.
»	»		Monsig. Agostino Heinze, della medesima archidiocesi.
»	»		Monsig. Emilio Rieger, della medesima archidiocesi.
20	»		Monsig. Enrico POgliani, dell'archidiocesi di Milano.
12	*Luglio*		Monsig. Giovanni De Nicoli ni, dell'archidiocesi di Genova.
»"	»		Monsig. Pietro Masetti, dell'archidiocesi di Gorizia.
25	»		Monsig. Giorgio Wache, dell'archidiocesi di Praga.
2	*Agosto*		Monsig. Raffaele Guarnacci, della diocesi di Velletri.
4	»		Monsig. Guglielmo Arrighi, della diocesi di Pescia.
25	*Settembre*		Monsig. Agostino Pospisil, della diocesi di Brno.
»	»		Monsig. Francesco Krchnak, della medesima diocesi.
28	»		Monsig. Luigi Goricizzo, dell'archidiocesi di Udine.
25	*Ottobre*		Monsig. Armando Lombardi, della diocesi di Campobasso.

Camerieri d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

28	*Marzo*	*1935.*	Il sig. Edmondo M. Fernando Boy, dell'archidiocesi di Parigi.
3	*Ottobre*	»	Il sig. Davide Ciampini, della diocesi di Ascoli Piceno.

Cappellani Segreti d'onore di S. S. :

18	*Aprile*	*1935.*	Monsig. Leopoldo Cigoj, dell'archidiocesi di Gorizia.
»	»	' »	Monsig. Giovanni Juvancic, della medesima archidiocesi.
24	*Maggio*	»	Monsig. Stefano Lazzari, della diocesi di Cremona.
13	*Giugno*	»	Monsig. Stefano Fodor, della diocesi di Bosnavia.
»	»	»	Monsig. Giovanni Pava, della medesima diocesi.

Cappellano d'Onore extra Urbem *di S. S.:*

31	*Maggio*	*1934.*	Monsig. Aurelio Toriz, dell'archidiocesi di Angelopoli.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda con placca dell'Ordine Piano:

29 Giugno 1935. Al sig. Don Pietro dei Principi Lancellotti (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

2 Giugno 1935. A S. E. il sig. Generale Vittorio Leone Ernesto Denain, Ministro dell'Aria in Francia.
25 » » A S. **E.** il Tenente Generale Federico Baistrocchi, Sotto Segretario di Stato per la Guerra in Italia.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

24 Ghigno 1935. Al sig. Brigadiere Generale Giuseppe Dall'Ora (Italia).
» » » Al sig. Tenente Generale Nicolò Giacchi (Italia).

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

9j Marzo 1935. Al sig. prof. Giovanni Perez (Roma).
28 » » Al sig. Ambrogio Bonomi, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. rag. Rinaldo Martegani, della medesima archidiocesi.
3 Aprile » Al sig. prof. Vincenzo Casoli, dell'archidiocesi di Modena.
11 Maggio » Al sig. Conte Giuseppe Andrea Bizzarri (Roma).
» » » Al sig. cav. Luigi Rossignani (Roma).
20 » » Al sig. rag. Stanislao Lombardi (Roma).
29 » » Al sig. Giuseppe Van Spilbeek, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Bruno Hantsch (Austria).
» » » Al sig. Alfredo Zwaenepoel (Belgio).
13 Giugno » Al sig. prof. Angelo Silvagni (Roma).
15 » » Al sig. conte Carlo De Hemptinne, della diocesi di Gand.
18 » » Al sig. dott. Alfredo Ramoni (Roma).
22 » » Al sig. comm. avv. Oreste Milani-Valerio (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

0 Marzo 1935. Al sig. Francesco Saverio Blouctet,, del Vicariato Apostolico di Loango.
11 » » Al sig. Carlo Galodée, dell'archidiocesi di Rouen.
» » » Al sig. Stanislao Bronikowshi, della diocesi di Culma.
20 » » Al sig. Giovanni Fitzpatrick, della diocesi di Erie.
27 » » Al sig. Alberto Hocedez, della diocesi di Gand.
È Aprile » Al sig. prof. Salvatore Salvatori (Roma).

9	*Aprile*	*1935.*	Al sig. Achille Dondaine, dell'archidiocesi di Sens.
»	»	»	Al sig. Tommaso Giuseppe Dillon, dell'archidiocesi di Toronto.
21	*Maggio*	»	Al sig. Giovanni Francesco Linthorst, dell'archidiocesi di Utrecht.
24	»	»	Al sig. Percy Giovanni King, dell'archidiocesi di New York.
»	»	»	Al sig. Conte Renato de Pardieu, della diocesi di Nevers.
30	»	»	Al sig. Luigi Santambrogio (Roma).
2	*Giugno*	»	Al sig. Riccardo Ottone Wilking, della diocesi di Breda.
»	»	»	Al sig. Emilio Uberto van Oppen, della diocesi di Buremonda.
4	»	»	Al sig. Ernesto Gibellino Marchetto, della diocesi di Ivrea.
7	»	»	Al sig. Alfonso van Der Gucht, dell'archidiocesi di Malines.
10	»	»	Al sig. dott. ing. Gaspare Pestalozza (Roma).
18	»	»	Al sig. Carlo Marella (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

19	*Giugno*	*1935.*	Al sig. Ludovico Carlo Maria Doorman, Capitano di Fregata, della Prefettura Apostolica di Soerabaia.
24	»	»	Al sig. Lorenzo Condò, Tenente nell'Arma dei Reali Carabinieri (Italia).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa,

4	*Giugno*	*1935.*	Al sig. prof. Alberto Janssen (Belgio).
10			A S. E. il sig. Francesco Gentil, Ministro Plenipotenziario di Francia a Montevideo.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

18	*Marzo*	*1935.*	Al sig. Antonio Landi, dell'archidiocesi di Napoli,
			Al sig. dott. Rodolfo Jannitti Piromallo (Italia),
28			Al sig. Giovanni Battista Giachetti, della diocesi di Ivrea,
29			Al sig. Pietro Albata, dell'archidiocesi di Milano,
»			Al sig. avv. Giuseppe Castelli, della medesima archidiocesi.
1	*Aprile*		Al sig. Ferdinando Luigi Galdini, della diocesi di Asti,
3			Al sig. dott. Carlo Alaino Y barra (Venezuela),
12			Al sig. Guido Gualdi (Roma),
16			Al sig. cav. Edoardo Giannini (Roma),
»			Al sig. cav. Amedeo Venzaghi (Roma),
28			Al sig. Orazio Cipriani, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.
29			Al nob. cav. Mario Pericoli, Maggiore della Gendarmeria Pontifìcia.
4	*Maggio*	*1935.*	Al sig. dott. Giorgio Marani, della diocesi di Verona.

6	*Maggio*	*1935.*	Al sig. avv. Claudio Savarese (Roma).
8	»	»	Al sig. dott. Tommaso Cortis (Italia).
29	»	»	Al sig. dott. Andrea Lupo, della dioc. di Acerenza e Matera.
19	*Giugno*	»	Al sig. dott. Francesco Saverio Petacci (Roma).
»	»	»	Al sig. dott. Leopoldo Lombi (Roma).
21	»	»	Al sig. Francesco Falcinelli, dell'archidiocesi di Spoleto.
»	»	»	Al sig. dott. architetto Fausto Scudo, della diocesi di Treviso.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

25	*Marzo*	*1935.*	Al sig. dott. Vittorino Veronese, della diocesi di Vicenza.
29	»	»	Al sig. Eugenio Cruciani (Roma).
5	*Maggio*	»	Al sig. Paolo Lorenzo Rojas, della diocesi di Zamboanga.
»	»	»	Al sig. Diodato Piñón, della medesima diocesi.
7	»	»	Al sig. Erminio Raffa (Roma).
18	»	»	Al sig. rag. Emilio Borghini (Roma).
»	»	»	Al sig. Mario Miccinelli (Roma).
»	»	»	Al sig. Gaetano Locatelli (Roma).
5	*Giugno*	»	Al sig. maestro Giovanili Pittau, del Patriarcato di Venezia.
»	»	»	Al sig. prof. Virgilio Trecci, della diocesi di Montepulciano.
12	»	»	AI sig. Emilio Saint-Huile, deH'archidiocesi di Cambrai.
15	»	»	Al sig. Roberto Pagnotta (Roma).
21	»	»	Al sig. Giuseppe Tardioli, dell'archidiocesi di Spoleto.
»	»	»	Al sig. dott. ing. Alessandro Avetta (Roma).
24	»	»	Al sig. Francesco Saverio Bernardo, Tenente in I[a] nel Corpo della Gendarmeria Pontificia.
»	»•	>	Al sig. dott. Guglielmo Jacobelli, Tenente in 2[a] nel medesimo Corpo.
»	»	»	Al sig. Alfredo Centi, Sottotenente nel medesimo Corpo.
»	»	»	Al sig. Giovatnni Battista Jantaffi Cappioli, Sottotenente d'Amministrazione nel medesimo Corpo.
»	»	»	Al sig. Antonio Maria Fiori (Italia).

NECROLOGIO

5	*Ottobre*	*1935.*	Monsig. Stefano Larue, Vescovo tit. di Tuburbo minore.
14	»	»	Monsig. Volfango Radnai, Vescovo tit. di Assume.
26	»	»	Monsig. Giuseppe Romeo, Vescovo di Nocera de' Pagani.

AH. et Vol. XXVII 25 Novembris 1935 (Ser. II, v. II) - Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE MIYAZAKI

NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA DE MIYAZAKI IN IAPONIA ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad potioris dignitatis gradum suescit Apostolica Sedes quamlibet provehere novam in partibus infidelium enascentem ecclesiam, quum, ob auctum fidelium et cathecumenorum numerum eorumque fidei ardorem, ad maius animarum bonum id exigi videatur. Cum itaque Missio *sui iuris* de Miyazaki in Iaponia, sodalium curis concredita Societatis S. Francisci Salesii, maiora, favente Deo, ab aliquot annis incrementa feliciter adepta sit, dilectus Filius eiusdem Societatis supremus Moderator enixas Nobis preces obtulit, ut Missio illa ad Praefecturae Apostolicae gradum elevaretur. Nos autem, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, prae oculis habentes praeclara de apostolicis operibus, a Missionariis sive «rectis sive adauctis, testimonia, attentis venerabilis Fratris Pauli Marella, Archiepiscopi titularis Docleeensis, in Iaponia Delegati Apostolici, favorabili voto et commendatione, omnibus mature perpensis, porrectis Nobis precibus libentissime annuere censuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu,

quam supra diximus Missionem ***sui iuris*** de] Miyazaki in Iaponia, de apostolicae potestatis plenitudine, in Praefecturam Apostolicam, eodem nomine iisdemque finibus servatis, erigimus et constituimus; eamque praefatae Societati S. Francisci Salesii Sodalium curis et regimini, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, ""etiam in posterum commissam volumus et bisce Nostris Litteris committimus. Novae igitur hiñV Praefecturae Apostolicae de Miyazaki eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus.

Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo cuiusvis viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Bomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die vigesima octava mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANÍ
Cancellarius S. B. E,

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, ***Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.***
Alfonsus Carinci, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco Plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. LII, n. ***22.*** *- Al.* Trussardi.

II

DE LOYANG

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE LOYANG IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Succrescente in dies postremis hisce annis in Praefectura Apostolica de Loyang in Sinis catholica re, dilectus filius Piae Societatis Sancti Francisci Xaverii pro Exteris Missionibus Moderator Generalis nuper a Nobis expostulavit ut, attentis quoque «Loyang» urbis dignitate et auctoritate, Apostolica illa Praefectura ad potiorem Vicariatus Apostolici gradum elevaretur.

Nos itaque, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, oblatis precibus annuere statuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, de apostolicae potestatis plenitudine Praefecturam Apostolicam de Loyang in Sinis, eodem servato nomine et iisdem finibus, in Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus; illumque Piae, quam supra diximus, Societati Sancti Francisci Xaverii pro Exteris Missionibus, cuius Sodales ad catholicam in regione illa fidem latius propagandam tam acriter hucusque adlaboraverunt, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, etiam in posterum commissum volumus.

Novo proinde huic Vicariatui Apostolico eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent; eosque omnibus adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini vero hanc paginam erectionis, constitutionis, concessionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis autem ausu te-

merario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Bomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quinto, die vicesima octava mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Gagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco j$(Plumbi

*Beg. in Cane. Apost., vol. LII, **N.** 15.* - Al. Trussardi.

III

DE KOANGO - DE KISANTU

VICARIATUUM APOSTOLICORUM DE KOANGO ET DE KISANTU. FINES IMMUTANTUR.

PITJSEPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad maiora religionis incrementa in latissimo Congi Belgici territorio assequenda, venerabilis Frater Ioannes Dellepiane, Archiepiscopus titularis Stauropolitanus, in Congo Belgico Delegatus Apostolicus, nuper ab Apostolica Sede enixe expostulavit ut a Vicariatu Apostolico de Koango regio a tribu de *Bayalca* inculta disiungeretur et Vicariatui de Kisantu adnecteretur. Nos autem, qui vehementer exoptamus ut catholicum nomen magis ac magis in regione illa dilatetur, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, oblatis Nobis precibus libenter annuere statuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, Nos, suprema auctoritate Nostra, regionem, quam, ut supra diximus, tribus de *Bayaha* incolit, a Vicariatu Apostolico de Koango distrahimus eamdemque Vicariatui Apostolico de Kisantu adnectimus; atque propterea his in posterum alter ab altero limitibus separabitur, videlicet: *Kwuenge* fluminis cursu a finibus

regionis *Angola* usque ad septimum parallelum; septimo hoc parallelo usque ad *Bakali* flumen; huius *Bakali* fluminis usque ad eonfluentem *Bwatisi;* linea exinde recta breviori usque ad *Inaia* flumen; huius *Inzia* fluminis cursu usque ad eonfluentem *Luye;* linea deinde recta breviori usque ad *Kwango* flumen; huius *Ewango* fluminis cursu usque ad eonfluentem *Wamha;* exinde linea recta usque ad *Black-River* et *Coango* fluminum continentiam. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque non obstantibus, etiam speciali mentione dignis. Harum vero Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo ahcuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesino nongentesimo trigesimo quinto, die vigesima octava menais Ianuarii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius** S. B. **E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef."

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

Beg. ***in Cane. Ap., vol. LII, n. 23.*** - Al. Trussardi.

IV

DE STANLEY FALLS - DE NIANGABA

VICARIATUUM APOSTOLICORUM DE STANLEY FALLS ET DE NI AN GARA IN CONGO BELGICO FINES IMMUTANTUR.

PIUS EP|ISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo evangelii praecones, qui in infidelium regionibus ad catholicam religionem latius propagandam impense adlaborant, munus suum facilius ac utilius implere possint, missionum limites temporum locorumque adiunctis quantum fieri potest apte respondere debent. Cum itaque venerabiles

Fratres Vicariatuum Apostolicorum de Stanley Falls et de Mangara in Congo Belgico Ordinarii enixe ab Apostolica Sede expostulaverint ut ab altero ex Vicariatibus illis pars seiungatur et alteri adnectatur, Nos, attento super hac re venerabilis Fratris Delegati Apostolici in Congo Belgico favorabili voto, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consiüo, re mature perpensa, oblatis precibus annuendum censuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, a Vicariatus Apostolici de Stanley Falls territorio partem regionis *de Misa,* totam de *Tongolo* regionem, et *de Bongo* regionis partem septentrionalem, suprema Nostra auctoritate separamus atque Vicariatui de Niangara adiungimus. Limites ideo inter eosdem Vicariatus Apostolicos de Stanley Falls et de Niangara hi in posterum erunt: ex *Apepho* fluminis scaturigine defluvium aquarum inter *Nava* et *Nepolco* flumina usque ad fluminis *Madungba* originem; exinde recta linea usque ad fluminum *Nebingo* et *Binongwe* scaturiginem; ex hoc loco fines regionis *(chefferie)* vulgo de *Misa* usque ad fines regionis *(chefferie)* vulgo de *Tongolo;* fines denique meridionales et meridio-orientales regionis *(chefferie)* de *Tongolo* usque ad fines regionis *(chefferie)* vulgo de *Madangba.* Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis. Harum vero Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris tribueretur si exhibitae vel ostensae forent.

Datum Bomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die vigesima octava mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. G. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco %*i* Plumbi

Reg. in Gane. Ap., vol. LII, n. 24. - Al. Trussardi.

. . . . . .• V

DE KILIMANYARO - DE BAGAMOYO - DE IEINGA

NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA DE D OD OHA ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romani Pontificis est, pro supremo quo fungitur apostolico munere, sollerti studio curare ut in regionibus quoque Missionalium curis concreditis ecclesiastica circumscriptio temporum locorumque adiunctis meliori quo possit modo respondeat. Cum itaque districtuum civilium de *Dodoma* et de *Kondoa-Irangi* in Africa Centrali territorium partim ad Yicariatus Apostolicos de Kilimanyaro et de Bagamoyo, partim ad Praefecturam Apostolicam de Iringa in praesenti pertineat, Nos, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, attento etiam favorabili voto venerabilis Fratris Arthuri Hinsley, Archiepiscopi titularis Sardiani, iam Delegati Apostolici in Africa pro Missionibus, omnibus mature perpensis, ut in illis civilibus districtibus catholico nomini latius propagando atque christifidelium ibi commorantium regimini et curae melius et utilius prospiciatur, novam ac distinctam illic Missionem condere statuimus.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, ex Apostolicis quos supra diximus Vicariatibus de Kilimanyaro et •de Bagamoyo et Praefectura Apostolica de Iringa illam territorii partem distrahimus, quae in praefatis civilibus districtibus de *Dodoma* et de *Kondoa-Irangi* modo exstat, atque ex ea novam Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus, eamque de *Dodoma* nuncupari volumus ac decernimus. Fines ergo noviter erectae Praefecturae istius iidem erunt ac civilium districtuum de *Dodoma* et de *Kondoa-Irangi* limites, videlicet: ad septentrionem districtus de *Moulu;* ad orientem districtus de *Marni* et de *Kihra;* ad meridiem districtus de *Iringa;* ad occidentem districtus de *Manyoni* et de *JSingida.*

Novam insuper hanc Praefecturam Apostolicam de Dodoma curis dilectorum filiorum Congregationis Clericorum Excalceatorum Ss. Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi sodalium, qui tertium iam annum in

Africa Centrali, in memoratis praecipue duobus districtibus civilibus de *Dodoma* et de *Kondoa-Irangi* evangelizationis operi tam acriter adlaborant,, committimus, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum. Eidem igitur Praefecturae Apostolicae de *Dodoma* eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus-ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica, dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Bomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die vigesima octava mensis Ianuam, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH.-PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco i$f Plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. LIT, n. 25. - Al. Trussardi.

VI

DE UBANGHI BELGICO

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE UBANGHI BELGICO IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quaevis inter infideles christifidelium enascens ecclesia iure meritoque ad potiorem dignitatis gradum ab Apostolica Sede evehi solet, si catholica illic res adeo excrevit, ut hanc promereri elationem ecclesia illa digna visa sit. Cum itaque dilectus filius Ordinis Minorum Capuccinorum Minister Generalis enixe a Nobis expostulaverit ut, non parum aucto in Praefectura Apostobca de Ubanghi Belgico, in Congo, fidelium, cathecumenorum et sacrarum aedium numero, auctis operibus quoque tum educationis tum caritatis, Missio illa in Vicariatum Apostolicum provehatur, Nos, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, attento etiam de hac re favorabili voto venerabilis Fratris Ioannis Dellepiane, Archiepiscopi titularis Stauropolitani, in Congo Belgico Delegati Apostolici, omnibus mature perpensis, oblatis praefati Ministri Generalis precibus annuere statuimus. Quapropter, suppleto quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, Apostolicam quam supra diximus Praefecturam de Ubanghi Belgico, in Vicariatum, iisdem nomine et limitibus servatis, erigimus et constituimus; illumque praefato Minorum Capuccinorum Ordini, cuius quidem alacri missionalium Fratrum opera et sollerti studio felix quod supra memoravimus incrementum, opitulante Deo, datum est assequi, etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, commissum volumus. Novo igitur huic Vicariatui de Ubanghi Belgico, in Congo, eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus.

Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen ali-

cuius notarii publici subscriptis et sigillo cuiusvis viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, se noverit incursurum.

Datum Bomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die vigesima octava mensis Ianuam, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. B OGGI ANI P. Card. FUMASONI BIONDI
Cancellarius S. B. E. *S. C. de Propaganda Fide Praef.*

Dominicus Jorio, ***Protonotarius Apostolicus.***
Hector Castelli, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco *Ç$* Plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. LII, n. 26. - **Al.** Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULUS CUM IURIBUS ET PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS TRIBUITUR TEMPLO SANCTI IOANNIS BAPTISTAE IN URBE TORUN, DIOECESIS CULMENSIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Culmensis dioecesis intra fines, in clara urbe, quam nunc « Toruá » nuncupant, templum exstat magnum, tribus constans navibus, stylo ut aiunt gothico iam saeculo tertio decimo exstructum, atque in honorem Sancti Ioannis Baptistae Deo dicatum. Monumentum ipsum insigne tum artis operibus tum historicis memoriis renidet, populique Poloniae strenuam fidem catholicam quam maxime testatur: cum dicto in templo quod, improbitatibus haereticorum conatibusque frustratis, iugiter catholici tenuere, Culmensium Episcopi, qui tanquam in Cathedrali per annos multos iam in eodem sacras functiones peregerant, animorum saluti procurandae vigili studio alacrem navaverint operam, civiumque fidem catholicam ab antiquioribus traditam valde roboraverint.

Ipso autem in templo Beatae Mariae Virginis, quae Puerum Iesum in ulnis gestat, perpulcra statua saeculo quintodecimo sculpta servatur, eandemque Deiparae imaginem magna pietate cultuque christifideles venerantur. Insignibus praeterea relhquiis templum enunciatum nobilitatur, nec non divitibus copiosisque supellectihbus quibus merito sacrarum functionum dignitas splendorque augentur. Haec animo repetentes, cum hodiernus Culmensium Episcopus, vota exprimens cleri Toruniensis civitatis populique universi, Nos enixis precibus rogaverit, ut percelebre idem templum ad Basilicae minoris dignitatem promovere velimus, Nos votis huiusmodi concedendum ultro libenterque censemus. Quae cum ita sint, conlatis consiliis cum dilecto Filio Nostro Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Bituum Congregationis Praefecto, Apostolica Nostra auctoritate praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, ecclesiam Sancti Ioannis Baptistae in urbe « Torun » dioecesis Culmensis intra fines, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* cum privilegiis ac iuribus quae huic titulo competunt decoramus. Haec benigne largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv m. Iunii, an. MCMXXXV, Pontificatus Nostri decimo quarto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

PAROECIALIS ECCLESIA SANCTI WILLIBRORD! IN LOCO « HÜLST », INTRA FINES BREDANAE DIOECESIS, TITULO AC DIGNITATE BASILICAE MINORIS COHONESTATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Bredanus Episcopus a Nobis suppliciter dimisseque erfiagitavit ut, cleri populique dioecesis suae votis obsecundantes, templum paroeciale titulo Sancti Willibrordi loci « Hülst » nuncupati, de Apostolica benignitate Nostra Basilicae Minoris dignitate privilegiisque honestare velimus. Eefert quidem ipse Praesul templum

idem saeculo tertio decimo ineunte exstructum esse stylo, uti aiunt, gothico, atque uti historiae et artis monumentum conspicuum recte putari ah omnibus, ita ut, necessaria stipe coacta, catholici fideles suis sumptibus illud in plenam proprietatem nuperrime vindicaverint ; cum templi ipsius, quod iam anno millesimo sexcentésimo quadragesimo quinto in protestantium manus inciderat, catholici post annum millesimum octingentesimum septimum ad nostra usque fere tempora partem tantum possiderent. Addit autem ipse Episcopus nunc celebri in illa sacra aede, quae, ex integro post actam eius redemptionem instaurata, denuo consecrata est decorisque supellectilibus ditata, Sanctorum exuvias, relliquiaria insignia, plura mirifieae artis opera, quae inter affabre factum ostensorium, servari; in eademque aptum clerum in liturgicas functiones peragendas naviter incumbere, piasque consociationes tum virorum tum mulierum constitutas esse. Placet propterea Nobis benigne votis memoratis obsecundare, ut magis magisque in dies fidelium catholicorum regionis illius obsequium erga religionem pietasque foveantur; proindeque, conlatis consiliis cum Dilecto Filio Nostro Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Eituum Congregationis Praefecto, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium Litterarum tenore, memoratum templum paroeciale titulo Sancti Willibrordi in loco « Hülst », dioecesis Bredanae intra fines, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* perpetuum in modum augemus, illique omnia et singula conferimus iura ac privilegia, quae Basilicis Minoribus iuxta Apostohcas concessiones de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn m. Iunii, an. MCMXXXV, Pontificatus Nostri decimo quarto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. IOSEPHUM ERNESTUM TIT. S. MARIAE DE ARACOELI S. R. E. PRESB. CARDINALEM VAN ROEY, ARCHIEPISCOPUM MECHLINENSEM, CUI DE CENTENARIA COMMEMORATIONE FELICIS RESTAURATIONIS UNIVERSITATIS LOVANIENSIS DEQUE PER QUINQUE LUSTRA AB IPSIUS RECTORE PRAECLARE GESTIS GRATULATUR.

PIUS PP. XI

Dilecte Pili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Perpetua semper exstitit Ecclesiae laus, veri nominis scientiam ac doctrinam strenue provehere studioseque ita curare, ut coniunctis arcte divinae revelationis rationisque naturalis viribus invictum inde fidei propugnaculum constitueretur. Magnam itaque experti sumus delectationem, quum in perillustri Lovaniensi studiorum Universitate sollemnia cognovimus apparari, tum ad saeculum feliciter plenum ab eadem Academia instaurata commemorandum, tum ad munus ipsius Bectoris per quinque lustra praeclare gestum fauste celebrandum. Etenim gloriosum istud Athenaeum per Martinum V Decessorem Nostrum anno 1427 constitutum, post rerum publicarum in G-alliis motus conversionesque, plures annos in silentio iacere debuit. Sed, quum idem ob sanae doctrinae traditae laudem mirum sui desiderium reliquisset, statim atque est redintegrata apud Belgas docendi libertas, primum in civitate ista Mechlinensi anno 1834 instauratum fuit, deinde, insequenti anno, ad priscam Lovaniensem sedem feliciter translatum. Quis autem mente ac verbis memorare complectique potest, quantam veritatis lucem, quanta solidae scientiae incrementa hoc postremi saeculi decursu Athenaeum istud attulerit? Innumeri profecto sunt cives, et vita integritate et doctrina praeclari, in omnibus rei publicae partibus ad munera etiam gravissima adlecti, qui quondam in Lovaniensi Universitate eruditi atque instituti fuere. Neque solum in patria catholica haec Universitas florentem hominum doctissimorum segetem praebere consuevit, sed longe lateque, sive per fidei praecones vel in dissitis Missionum locis, sive per exterarum nationum discipulos, sive etiam per edita sapienter volumina, vim suam salutarem spargere ac disseminare per orbem valuit. In praesenti autem tempore, ut eruditos viros minime latet, haec artium disciplinarumque palaestra, et selecta alumnorum multitudine, et peritia doctorum scientiarumque incremento, inter ceteras Belgarum Academias facile

princeps, ubique terrarum egregia meritaque laude exornatur. Quapropter, Dilecte Fili Noster, sollemnia ista, quae ad tantam gloriam utilitatemque celebrandam proxime peragentur, non modo paterna commendatione dilaudamus, sed pro summa Nostra, uti par est, rei christianae civilisque solhcitudine, pro que assiduo ardentique litterarum scientiarumque studio, quo tenemur, libenter vehementerque ex animo participamus. Peculiares vero gratulationes meritasque laudes tribuimus eximio Rectori ipsius Universitatis, Venerabili Fratri Paulino Episcopo Ladeuze, qui per viginti quinque annos curas laboresque omnes eiusdem Athenaei profectui impendit. Hoc autem inter cetera eius promerita praecipuum habetur, quod ipse ad sananda tot maximi superioris belli vulnera ruinasque reparandas ita sedulo incubuit, ut veluti alter Lovaniensis Universitatis instaurator appellari consueverit. Pergat igitur Rector ipse cum ceteris doctoribus, ductu favoreque sacrorum Antistitum, nova Universitati afferre incrementa quae his praecipue temporibus consentanea videntur, quaeque etiam Actioni Catholicae fovendae exstant adiumento. Nos vero Deum impense rogamus, ut e sedibus suis assistricem mittat sapientiam, quae mentes et corda omnium vestrum dirigat et salubriter incepta secundo fortunet exitu. Huius interea divinae benignitatis pignus esse cupimus Apostolicam Benedictionem, quam tibi, Dilecte Fili Noster, Universitatis Lovaniensis Rectori^ doctoribus et alumnis effusa in Domino caritate impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xxvn mensis Maii, in festo Sancti Bedae Venerabilis, Ecclesiae Doctoris, anno MDCCCCXXXV ¿ Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. AUGUSTUM TIT. S. MARIAE DE PACE S. R. E. PRESB. CARD» HLOND, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET POSNANIENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONVENTUM EUCHARISTICUM, EX TOTO IUGOSLAVORUM REGNO, LABACI CELEBRANDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Libentes sane comperimus, Labaci, in urbe Carniae regionis principe, sollemnem ex toto lugoslavorum Regno Eucharisticum Congressum sub exitum hunm mensis celebratum iri. Auspicato enim continget, ut initium sacrorum coetuum in ipsum incidat diem Sacratissimo Cordi Iesu singulariter dicatum.

Qui honor profecto maior, qui cultus divino Cordi gratior exhiberi potest, quam laudes et beneficia recolendo Sacramenti ipsius amoris et novas gratias ex eodem affatim hauriendo'? Quare peropportune boni lugoslaviae fideles per monita hortatusque sacrorum Pastorum ad cultum sacrae Eucharistiae provehendum iam pridem adiciuntur atque ad Labacensem Conventum, egregia pietate maximaque frequentia peragendum, studiose apparantur. Kos autem, quibus tantopere est cordi, ut Augusti Sacramenti cultus magis magisque promoveatur ac fidelium bonum tam valido caelesti auxilio impensius in dies foveatur, proximam Eucharisticam celebrationem, ut iam publice ediximus, participare volumus eidemque quodammodo praesentes per Legatum Nostrum adesse exoptamus. Te igitur, Dilecte Fili Noster, qui tanta flores erga Sanctissimam Eucharistiam pietate ac veneratione, quique praestanti munere ac dignitate emines, Legatum Nostrum per hasce litteras eligimus atque constituimus, ut, Nostram gerens personam, Congressui Eucharistico ex omni Iugoslavico regno proxime Labacum cogendo, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Non est sane dubitandum quin tu idem, et singulari qua polies virtute, et Eomanae purpurae splendore ac magnificentia, nobilissimo hoc munere sis fauste feliciterque perfuncturus. Ipse autem Salvator noster ac Eedemptor, sicut omni quidem tempore, ita in praesentibus rerum acerbitatibus, omnes laborantes ac moerentes ad se iterum iterumque vocat, ut ad Cor suum perfugientes maximo refrigerio et solamine perferantur; Ipse humanas mentes ab effrenata fluxarum rerum cupiditate abstrahere percupit, ut infinitos dilectionis suae thesauros participare queant; Ipse denique cum Eucharistico suo Sacrificio immolationem ministrorum aliorumque fidelium coniungi iubet, multa ac praeclara bona iisdem largiturus, ut quondam Sanctae Margaritae Mariae est pollicitus, « eos omnes, qui hoc honore Cor suum affecissent, caelestium gratiarum copia cumulatum iri ». Hos itaque salutares uberesque fructus proximo Congressui paterno animo ominantes, in testimonium praecipuae caritatis Nostrae, tibi, Dilecte Fui Noster, sollerti Episcopo Labacensi ceterisque lugoslaviae Praesulibus, itemque iis universis, qui sollemnibus Eucharisticis intererunt, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die ix mensis Iunii, Dominica Pentecostes, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

CREMONENSIS ET FIDENTINAE

DE FINIUM DIOECESIUM MUTATIONE

DECRETUM

Quum Excmus P. D. Ioannes Oazzani, Episcopus Cremonensis, consentiente Excmo P. D. Mario Yianello, Episcopo Fidentino, supplices preces Apostolicae Sedi obtulerit, ut pro bono animarum pars territorii, vulgo *Isola di Rodi* appellata, quae pertinet ad paroeciam *Bosco ex Parmigiano,* in dioecesi Cremonensi, ab hac dioecesi dismembraretur atque dioecesi Eidentinae attribueretur, Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, rei opportunitate perpensa, precibus benigne annuens, praesenti Consistoriali Decreto statuit ut memorata *Isola di Rodi* a dioecesi Cremonensi seiungatur atque dioecesi Eidentinae aggregetur, mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est Excmum P. D. Marium Vianello, Episcopum Fidentinum, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere remittendi, intra sex menses, ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 22 mensis Iunii a. 1935.

Er. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore providere dignatus est, nimirum:

23 Septembris 1935. — Titulari episeop ali ecclesiae Areopolitanae praefecit Exc. P. D. Michaelem Key es, hactenus Episcopum Savannensem*

— Cathedrali ecclesiae Caxiensi, noviter erectae, R. D. Iosephum Barea, parochum in civitate Portalegrensis

11 Octobris. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Sergiopolitanae Exc. P. D. Adulphum Alexandrum Nouel, hactenus Archiepiscopum S. Dominici.

— Archiepiscopali ecclesiae S. Dominici R. D. Richardum Pittini, e Societate S. Francisci Salesii.

26 Octobris. —• Titulari episcopali ecclesiae Hieropolitanae Exc. P. D. Raphaelem Bayes, hactenus Episcopum Helenensem.

4 Novembris. — Cathedrali ecclesiae Eistettensi R. D. Michaelem Rackl, Rectorem Seminarii eiusdem dioecesis.

15 Novembris. — Titulari episcopali ecclesiae Belensi Exc. P. D. Iosephum Alves Martins, hactenus Episcopum S. Iacobi Capitis Viridis.

— Cathedrali ecclesiae S. Iacobi Capitis Viridis Exc. P. D. Raphaelem Ioachimum D'Assunçao, hactenus Episcopum titularem Augustanum et Praelatum Mozambicensem.

16 Novembris. — Cathedrali ecclesiae Cemtumfocensi R. P. Eduardum Martínez y Dalmau, e Congregatione Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. I. C.

— Titulari episcopali ecclesiae Chrysopolitanae in Macedonia R. D. Aloisium de Courrèges d'Uston, quem constituit Auxiliarem Exc. P. D. Iulii Saliège, Archiepiscopi Tolosani.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO

Decreto, sub die 1 februarii 1935 dato, S. Congregatio de Propaganda Fide nominavit Revmum D. Iosephum Patritium Hurley *membrum Consilii Superioris Generalis Pontificiae Operis a Propagatione Fidei,* pro Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis.

SACRA CONGREGATIO RITUM

i

TABVISINA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE BERTILLÂE BOSCARDIN, INSTITUTI SORORUM MAGISTRARUM A S. DOROTHEA, FILIARUM SACRORUM CORDIUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

« Nil simplici corde felicius, quia quo innocentiam erga alios exhibet,, nihil est quod pati ab aliis formidet: habet enim, quasi arcem quamdam fortitudinis, simplicitatem suam » (S. Greg., *Moral.,* 8, 12, 21).

Felix huiusmodi anima profecto fuit Soror Maria Bertilla Boscardin, cuius innocentissima vita, brevi confecto cursu, ea nitet simplicitate cordis,, una cum admirabih caritate ac patientia, ut suavissimam sanctitatis imaginem menti praebeat. Brendolae prope Vicetiam die 6 Octobris mensis anno Domini 1888 ex honestis ruricolis Angelo et Maria Teresia Benetti nata est, eique in sacro baptismate, quod ei die 16 eiusdem mensis collatum fuit, nomen Anna Francisca impositum. Piissima genitrix hunc primum matrimonii fructum summis curis saepivit, atque, ut in Dei amorem adoleret, tota fuit. Dei benedictionibus praeventa, puella iam inde ab infantia sanctitatem portendere visa est.

Orationi dedita, parentum vel nutibus obedientissima, puerilia oblectamenta despiciens, si quando de Christi passione matrem seu oppidi magistram loquentem audivisset, in lacrimas effundebatur. Non praestantia ingenii aciem dihgentia supplebat; quare in christianae catechesis schola primas agebat, eique vix decenni puerulos docendi munus a parocho et a magistra fuit concreditum. Angelicis moribus nitens, maturius quam tunc soleret, die B.M.V. Annunciationi sacro, a. 1897 Dominici Corporis primitus particeps facta, festo autem Nativitatis eiusdem a. 1899 sacro Chrismate fuit linita. Duodennis Filiarum Mariae sodalitati adscita fuit.

In hac pietatis palaestra inter ceteras sodales adeo eminnit, ut adhuc vivida in oppidanis eius virtutum memoria servetur.

Decimum septimum annum agens, spiritualibus exercitationibus apud Sorores Oanossianas Vicetiae peractis, aUiei se ad Institutum S. Dorotheae ac prope sensit impelh. Ut eius consilium innotuit, dici non potest quantum parentes, mater praesertim, aegritudinis ceperint, ob tam carae ac sollertis filiolae discessum. Verum divinae voluntati non obsistentes, consenserunt. Prudens autem parochus, re sedulo coram Deo perpensa, et ipse piissimae puellae voto obsecundandum esse duxit, et Annae consodalibus, quasi divin ans, dixit: « Quanta nostrae sodahtatis sors et laetitia! Anna a mundo quidem parvi momenti habetur, magna tamen coram Deo est: sancta fiet ». Nec coniecturam fefellit eventus.

Octobri mense a. 1905, Vicetiae religiosum induit habitum, Mariae Bertillae assumpto nomine. Adhuc tiruncuia, in religiosae perfectionis semitam admirandas fecit progressiones, ita ut exemplo aliis praeiret. Nemo enim ea humihor, nemo magis pia et meditationi, praesertim de Domini passione, dedita, nemo obedientior, nemo suavior, nemo erga superiores observanter, et erga sodales magis officiosa, graviora et demissiora onera sibi vindicans. Ab illatis sibi temere culpis numquam se excusatum voluit, suscepto ad id proposito, atque hominum aestimationem abhorrens. Episcopi Farina, sui Instituti fundatoris, monito religiosissime obsequuta est: «Vos Cordis Iesu estis, semper et ubique eritis; in eo vos abscondite ita ut mundus vos ignoret ». Numquam eam in verbo dehquisse omnes testantur. Quod vitae genus ad mortem usque sancte servavit. Eo vero virginahs puritatis candore elucebat, ut angehcis spiritibus videretur aequanda.

Religiosis votis festo die Immaculatae B. M. V. Conceptionis a. 1908 nuncupatis, Soror Bertilla Tarvisino nosocomio addicta, difiicilhmis maximique momenti muneribus sibi concreditis, omnium medicorum iudicio non solum dihgentissime sed et peritissime functa est, rem demirantibus iis, qui eam flocci faciebant. Quum ipsum Christum in infirmis veneraretur, nulli se subtrahebat labori, nulli vigiliae ut levamen corporibus afferret, et animas Ei lucrifaceret. Immani bello saeviente, Tarvisio cum infirmis migrare coacta, multis gravissimisque incommodis fuit obnoxia, praecipue ob morbum quo iamdiu tentabatur. Medio anno 1919, Tarvisium quum rediisset, in variis nosocomii sedibus caritatis officia, adversa licet valetudine, ardentiori studio prosequuta est.

Sed iam caelo matura erat piissima Virgo. Atrocis enim morbi diuturnitas eam ad extremam maciem ita redegerat, ut prope miraculum habitum fuerit tot tantosque labores ferri ab ea potuisse. Mortem praesentiens:

«Eam non timeo, inquit, quin immo eam tranquillo animo expectare debeo, quia per eam, in aeternum, Iesu meo coniungar». Chfiurgicam operationem, ut necessarium tentamen ad vitam servandam, ex obedientia quum subiisset, resque contra omnium votum non bene cessisset, sacramentis refecta, feria vi die 20 Octobris a. 1922 purissimam animam placidissime Deo reddidit trigesimo quinto aetatis anno vix expleto.

Sanctitatis fama quae, dum ipsa vivebat, omnium admirationem moverat, vehementius, ea demortua, erupit; tantam pietatem, caritatem, animi demissionem et ingenuam simplicitatem, sui abnegationem, obedientiam quotquot eam noverant celebrarunt: medici praesertim, qui tanta virtute perculsi summis eam laudibus coram extulerunt, eiusque nomen marmoreo lapidi inscriptum in quadam nosocomii aula voluerunt. Innumerae autem gratiae ac mirae sanationes ea interveniente patratae feruntur.

Quare Ordinaria auctoritate Tarvisii constructi sunt processus. Die 20 Aprilis 1932 super scriptis editum est a Sacra hac Congregatione decretum.

Interim innumerae Postulatoriae Litterae Summo Pontifici reverenter a pluribus Archiepiscopis, Episcopis, Vicariis Apostolicis, medicis aliisque cuiuscumque gradus et conditionis porrectae sunt, Introductionis Causam efflagitantes.

Quum itaque omnia, de iure servanda, essent peracta, instante Emo P. Augustino a Virgine Ordinis Ssmae Trinitatis redemptionis captivorum, Causae huius Postulatore legitime constituto, in Ordinario S. E. C. coetu die 21 mensis huius habito, Emus ac Emus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Eelator, Dubium proposuit: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur,* et de more de ea retulit. Emi ac Emi Cardinales, hac relatione audita, nec non auditis Officialium Praelatorum suffragiis scripto datis, nec non E. P. D. Salvatore Natucci Fidei Promotore Generali, omnibus mature perpensis, respondere censuerunt: *Affirmative si Ssmo placuerit.*

Infrascripta autem die Ssmo D. *IS.* Pio Papae XI a E. P. D. Generali Promotore facta relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis Eescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis Causae Servae Dei Mariae Bertillae Boscardin signare dignata est.

Datum Eomae, die 22 Maii a. D. 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. ® S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

VICEN. SEU BARCINONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI IOACHIMAE DE VEDRUNA VID. DE MAS, FUNDATRICIS INSTITUTI CARMELITARUM A CARITATE.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Benedicta sit sancta Trinitas atque indivisa unitas: confitebimur ei, guia fecit nobiscum misericordiam suam (Intr. Miss. Ss. Trin.).

Hymnum hunc exultationis Ecclesia Dei, ad caelestia veluti e terris abrepta, concinit, filios suos vehementissime ad adorandum hoc inscrutabile mysterium invitans, Deum unum et trinum confitendo, *ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia* procedunt et sunt. Princeps est hoc, una cum Filii Dei incarnatione, inter divina mysteria, cuius accepta revelatio humanam infirmitatem in fide roborat, in spem erigit et ad caritatis communicationem consummat. Equidem in augusto Trinitatis nomine baptizati sumus, ut, per hanc ceterorum sacramentorum ianuam ingressi, divinorum munerum erficeremur participes. Quae ideo cum Ecclesia libentius commemoramus, quod in hodiernum Ssmae Trinitatis festum feliciter incidat haec sollemnis declaratio heroicarum virtutum praeclarae mulieris, cuius insignis extitit erga Ssmam Trinitatem religio: ex qua sibi vires ut ad superna conscenderet sumpsit, eamque Instituto a se condito veluti pretiosam hereditatem legavit. Venerabilem dixi Ioachimam de Vedruna viduam de Mas, quae nobilem ac multiformem in se sanctitatis expressit imaginem.

Barcinone die 16 Aprilis mensis a. 1783 Ioachima, Francisca de Paula, Antonia, pridie vel biduo ante, nata, sacro baptismi lavacro fuit abluta. Parentes sortita fuit generis nobilitate christianaque pietate longe praestantes, Laurentium et Teresiam Vidal; qui octo, quos genuerant, filios in timore Domini educare sategerunt. Ioachima, quae docilem nacta fuerat indolem, eorum curis apprime respondit, ita ut mirarentur omnes, qui Vedrunensem familiam frequentabant, puellae docilitatem, obedientiam, animi candorem, in addiscendis litteris diligentiam et progressus, orationis studium, in qua tempus, quod a ceteris officiis supererat, insumebat?

atque in adipiscendis virtutibus iugem conatum, praesertim postquam ad sacram synaxim fuit admissa.

Duodecim annos agens, Carmelitidum monasterium ingredi, ut religiosa fieret, optavit; verum aliter disponente Deo, pium votum assequi non valuit.

Patri obtemperans, confessarii consilio accedente, a. 1799 matrimonium cum nobili pioque iuvene Theodoro de Mas inivit, quocum septemdecim annos sancte conversata est, novem ex eo filios suscipiens, quos in Dei gloriam enutrivit, febeissimo successu. Quatuor enim filiae religiosam amplexatae sunt vitam, duo bonestissimas contraxerunt nuptias, tres in infantia ad caelum evolarunt.

Contra Napoleonem Bonaparte in Hispanias invadentem, Theodorus in patriae defensionem arma sumpsit: verum tantam ex bello virium defatigationem est passus, tantisque animi angustiis divexatus, ut non multo post ad mortem fuerit redactus, quam anno 1816 Barcinone piissime oppetiit.

Ioachima, amatissimo coniuge viduata, Vicum cum filiis concessit, ibique ad eorum educationem, ad patrimonialia bona administranda, atque ad pietatis in Deum et caritatis in proximum opera, impensius per decennium attendit; mterim ad Dei voluntatem apertius agnoscendam ac persequendam, orationibus asperisque paenitentiis lumen et vires enixe implorans.

Multa seu ex cognatione, seu politica ex causa pertulit, verum, iustitia duce, Deo confisa, fortiter omnia superavit.

Divinae Providentiae instinctu, nec non consilio et impulsu p. Stephani de Olot, Ordinis Minorum Capulatorum, viri sanctitate dari, novae Sororum Congregationi instituendae animum admovit: quae sub Franciscanum prius, dein vero, Vicensis Episcopi Pauli a Iesu Corcuera auctoritate, anno 1826, sub Carmelitarum a caritate nomine, canonice erecta fuit, duplici praestituto fine, puellarum nempe educatione atque infirmorum cura.

Institutum hoc a Pio IX s. m. approbatum fuit; constitutiones autem, ab eodem p. Stephano ab Olot conscriptae, prius ab eodem Pontifice ad tempus, definitivo modo vero a Leone XIII fel. rec. approbatae fuerunt.

Sub Venerabilis Famulae Dei forti, suavi prudentique regimine, plures Instituti domus in Catalaunia atque in tota Hispania constabilitae sunt; ea autem demortua, mira sequuta est per Europae atque alias mundi regiones eiusdem propagatio.

In hoc tam grandi moliendo opere incredibile dictu est quot adversitates, quot angustias, quot amaritudines, sereno semper ac imperturbato

animo, toleraverit. Exilii rigores, carceris quoque squalorem, duram pauperiem, nonnullarum filiarum defectionem, immota in Deo spe, sustinuit. Tantam virtutem ex intima cum Deo unione hausit, cui veluti ab infantia animum praeparaverat. Orationi iugiter intenta, divina meditabatur mysteria, sanctissimae Trinitatis praesertim, trisagium saepissime per diem, ineffabili veneratione et animi gaudio, iterando; sacrosanctam Eucharistiam impensissimo coluit; Dei Matrem, instar amantissimam filiae, dilexit; erga Sanctum Ioseph, S. Raphaelem Archangelum aliosque Sanctos devoto ferebatur affectu. Animi demissione fuit singulari; pati et «ontemni in deliciis habuit. In quadruplici vitae statu vere heroidem se esse ostendit. Patientia et caritate seu erga Sorores, seu erga puellas instituendas, seu erga infirmos curandos adeo refulsit, ut qui quam maxime.

Tantas famulae suae virtutes plurimis Deus seu in vita seu post mortem donis cumulavit.

Anno 1849 apoplexiae morbo coepit tentari, a quo tamen convaluit. Anno 1852, eodem morbo iterum ingravescente, quum totius Instituti regiminis impos facta esset, Servam Dei Paulam a S. Aloisio Delpuig sociam sibi assumpsit, quae suas vices gereret: quae postea in Generalis Moderatricis munere suffecta fuit. Cholerica lues Barcinone dum grassaretur, Venerabilis, quae tunc hic morabatur, teterrimo hoc morbo fuit affecta. Ecclesiae Sacramentis piissime susceptis, in osculo Domini, die 28 Augusti mensis anno 1854, discessit e vita.

Sanctitatis fama, qua vivens fruebatur, post eius mortem vividior facta est. Eapropter in Vicensi curia annis .1909-1911 Ordinaria auctoritate confecti sunt processus. Die 22 Ianuam a. 1919 favorabile super Famulae Dei scriptis ab hac Sacra Congregatione decretum est editum. Die 14 Ianuarii a. 1920 Benedictus Pp. XV fel. rec. Commissionem Introductionis Causae Sua manu obsignavit. Die 13 Iulii 1921 super obedientia Urbanianis Decretis praestita edictum est. Confectis 'Apostolicis inquisitionibus seu Barcinone, seu Vici, de omnium processuum iuridica vi die 23 Iunii a. 1926 prodiit decretum. Quare coram Rmo Cardinali Aloisio Sincero, Causae Ponente seu Relatore, die 28 Aprilis mensis a. 1931 Antepraeparatoria S. H. C. Comitia super virtutibus habita sunt; die vero 7 Augusti elapsi anni Praeparatoria sunt coacta: Generalia vero coram Ssmo D. ST. Pio Papa XI die 28 Maii mensis huius anni, in quibus idem Rmus Cardinalis Ponens Dubium proposuit discutiendum: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum^ necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine [earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Porro qui eonvenerant Rmi Cardinales, Officiales Praelati et Consultores suum edi-

dere suffragium. Verum Ss. D. N. suum edere iudicium in hanc diem distulit, 16 Iunii mensis, Dominicam sacram Ss. Trinitati, totius sanctitatis fonti; et quia *sine ea nihil potest mortalis infirmitas, gratiae* eius *auxilium* enixe est adprecatus, ut in re tanti momenti eius placitum sibi aperire dignaretur. Quare, Eucharistico Sacrificio religiose litato, arcessitis Emis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. B. C. Praefecto, et Aloisio Sincero, Causae Ponente seu Belatore, nec non E. P. Salvatore ïsTatueci Fidei Promotore generali, meque infrascripto Secretario, edixit: *Ita constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum, eum in proximum nee non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Ioachimae de Vedruna viduae de Mos, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur, ut ad ulteriora procedi possit,*

Datum Eomae, die 16 Iunii, Festo Ss. Trinitatis, a. D. 1935.

C- Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. $ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

PIUM EXERCITIUM VISITATIONIS VULGO DICTAE « SEPTEM ALTARIUM » NOVIS INDULGENTIIS AUGETUR.

DECRETUM

Valde compertum est, usque a xn saeculo, nonnulla altaria in Vaticana Basilica exstitisse, quae a fidelibus Romam adeuntibus sepulcrum Principis Apostolorum veneraturis, speciali cultu honorata erant, forsitan propter Sanctorum corpora, sub iisdem quiescientia, quaeque etiam in quibusdam solemnitatibus peculiari quadam sacra liturgia prosequi mos erat.

Haec inter altaria quaedam copiosioribus privilegiis et indulgentiis aucta, valde etiam ab ecclesiis extra Romam quaesitis, et a peregrinis maiori cum frequentia visitata, exstitisse videntur, quae septem illa altaria constituunt, de quibus praesens Decretum agit, quaeque, ut sequitur, numerantur: 1) Beatae Virginis sub nomine Gregorianae, 2) Ss. Processi et Martiniani, 3) S. Michaelis Archangeli, 4) S. Petronillae Virg., 5) B. Mariae Virginis a Columna, 6) Ss. Apostolorum Simonis et Iudae, 7) S. Gregorii Magni.

Verumtamen si ex authenticis documentis eruitur existentia specialium indulgentiarum, istorum altarium visitationi concessarum, pariter tuto-non constat neque de nominibus Pontificum easdem elargientium neque de ipsarum quantitate, eo quia dolendum est, ob temporum iniuriam fere omnino deesse pontificia documenta, quibus procul dubio utrumque elementum statui possit. Ex tali documentorum penuria atque ex iis, quae privati viri lucri causa hac super re circa finem saec. xiv et saeculo **XV** scripserunt, probabiliter populares traditiones ad rem colhgentes, quavis auctoritate destitutas et inter se valde discrepantes, de talium indulgentiarum quantitate eiusmodi confusio exorta est, quae, prout exspectandum erat, etiam causa fuerit cur pius fervor imminutionem

pateretur quoad visitationem vulgo dictam Septem Altarium, quemadmodum etiam hodie animadvertitur.

Itaque Sanctitas Sua, summopere exoptans ut hoc pium exercitium reviviscat, quod temporibus vividioris et intimioris fidei christifideles diligebant, atque prae oculis habens, vividiorem hunc fervorem nunquam obtineri posse, donec clare et in concreto ab eisdem dignoscatur quaenam sint indulgentiae, quae talium altarium visitationi sint adnexae simulque conditiones ad eas lucrandas innotescant, iuxta id quod pro aliis piis exercitiis fovendis iam effecerat, iussit ut indulgentiae, quae in posterum fideles praefata visitatione acquirere possint, peculiari decreto tuto ac determinate enumerentur.

Itaque in audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori concessa sub die 13 mensis Iulii currentis anni, abrogata super hoc qualibet anteriori concessione, eadem Sanctitas Sua visitantibus Septem Altaria in Basifica Vaticana exstantia, sequentes indulgentias elargiri dignata est: 1) *partialem septem annorum* pro visitatione singulorum altarium, pia mente et saltem corde contrito peracta, recitata qualibet oratione ad Titularem altaris; 2) *plenariam* suetis conditionibus die festo Titularis altaris, quod praedicta forma visitatur; 3) *plenariam* suetis conditionibus, si septem altaria, omnia praefato modo visitentur in uno die ad normam can. 923 C. I. C.

Quod si, ex Pontificio Indulto in aliis Urbis ecclesiis et etiam extra Urbem indulgentias septem altarium « ad instar » christifideles lucrari possint sicut illas adnexas septem altaribus Vaticanae Basilicae, per visitationem nempe septem altarium explicite in eodem Indulto determinatorum, eadem Sanctitas Sua sequentes indulgentias benigne concessit: 1) *partialem quinque annorum* pro qualibet visitatione singulorum altarium, recitando pia mente et saltem corde contrito quamlibet precem in honorem Titularis altaris; 2) *partialem septem annorum* die festo Titularis altaris, quod in praedicta forma visitatur; 3) *plenariam* suetis conditionibus lucrandam ab illo, qui modo praedicto et unico die, iuxta normam can. 923 C. I. C, visitationem omnium praefatorum altarium peregerit.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Bomae, ex aedibus S. Paenitentiariae Ap., die 2 Octobris 1935.

L. Card. LAUKI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S.

S. Luzio, *Begens.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 7 Novembre 1935, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Barone RUGGERO de BORCHGRAVE, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Belgio, per]a presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 29 Ottobre 1935, nella Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, tenutasi in Vaticano, dagli Emi e Revmi Signori Cardinali e dai Prelati Officiali, sono state prese in esame le seguenti materie:

1) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio P. Carlo di S. Andrea, sacerdote professo della Congregazione dei Passionisti.

2) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Fr. Michele, religioso professo dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole cristiane.

3) Approvazione di Officio e Messa in onore della Beata Caterina Labouré.

4) Approvazione di Officio e Messa in onore della Beata Gemma Galgani.

5) RevisioDe degli scritti del Servo di Dio Vitale Giustino Grandin, Vescovo di S. Alberto, della Congregazione degli Oblati di Maria Immacolata.

6) Revisione degli scritti del Servo di Dio Giacomo Abbondo, sacerdote secolare.

7) Revisione degli scritti della Serva di Dio Benigna Consolata Ferrerò, Suora professa dell'Ordine della "Visitazione di Maria Ssma.

8) Validità dei Processi Ordinari ed Apostolici del Ven. Servo di Dio Giovanni Maria Robert de la Mennais, sacerdote fondatore della Congregazione dei Fratelli dell'Istruzione cristiana e delle Figlie della Provvidenza.

Martedì, *1°2* Novembre 1935, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Venerabile Servo di Dio Giovanni Claudio Colin, Fondatore della Società di Maria, si è adunata la S. Congregazione dei Biti *Antepreparatoria,* nella quale dai Bevmi Prelati Officiali e dai Bevmi Consultori teologi, componenti la medesima, è stato discusso sulla eroicità delle virtù del sullodato Ven. Servo di Dio.

Martedì, 19 Novembre 1935, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello, prima Superiora dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato in data 29 Ottobre 1935, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è benignamente degnato nominare il Revmo Dom Pietro Salmón, O. S. B., *Abbate del Monastero di San Gerolamo in Urbe per la edizione della Volgata.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si é degnato di nominare:

11 Agosto 1935. S. E. Revma Monsig. Antonino Arata, Arcivescovo tit. di Sardi, *Nunzio Apostolico in Lettonia ed Estonia.*

15 Settembre » S. E. Revma Monsig. Giorgio Caruana, Arcivescovo tit. di Sebaste di Armenia, *Nunzio Apostolico a Cuba.*

Assistenti al Soglio Pontificio :

24 Aprile 1933. S. E. Revma Monsig. Pietro Pasquale Francesco Parfan, Vescovo di Cuzco.

6 Settembre 1935. S. E. Revma Monsig. Giovanni Jacono, Vescovo di Caltanissetta.

12 » » S. E. Revma Monsig. Guglielmo Forbes, Arcivescovo di Ottawa.

8 Ottobre > S. E. Revma Monsig. Michele Keyes, Vescovo tit. di Areopoli.

12 » » S. E. Revma Monsig. Ruggero Bovelli, Arcivescovo di Ferrara.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

21 Gennaio 1935. Monsig. Paolo Oppermann, dell'Archidiocesi di Breslavia.

15 Febbraio » Monsig. Giuseppe Maria Friesenegger, della diocesi di Augsburg.

7 *Giugno* » Monsig. Francesco Canessa, dell'archidiocesi di Genova.

7 *Luglio* » Monsig. Carlo Koczy, della diocesi di Secovia.

19 » » Monsig. Giuseppe Polvara, dell'archidiocesi di Milano.

19	*Luglio*	*1935.*	Monsig. Vincenzo Cavadini, della diocesi di Bergamo.
22		»•	Monsig. Giovanni L. Hand, dell'archidiocesi di Toronto.
		»	Monsig. Dionisio Morris, della medesima archidiocesi.
19	*Agosto*	»	Monsig. Eugenio Burke, della diocesi di Newark.
22	»	»	Monsig. Giovanni Buttignoni, della diocesi di Trieste.
28	»	»	Monsig. Enrico Andrea Poels, della diocesi di Buremonda.
26	*Settembre*	»	Monsig. Carlo Ferdinando Isola, della diocesi di Albenga.
10	*Ottobre*	»	Monsig. Marcello Grondona, dell'archidiocesi di Genova.

Prelati Domestici di S. S. :

16	*Giugno*	*1934.*	Monsig. Teodoro Bekkers, della diocesi di Haarlem.
»	»	»	Monsig. Basilio Gudgeon, della diocesi di Portsmouth.
23	»	»	Monsig. Francesco O' Gorman, della diocesi di Maitland.
			Monsig. Michele McAuliffe, della medesima diocesi.
			Monsig. Vittorio F. Peters, della medesima diocesi.
			Monsig. Giovanni Kavanagh, della medesima diocesi.
10	*Dicembre*	»	Monsig. Antonio Gundermann, della diocesi di Passavia.
			Monsig. Ottone Weiherer, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Bernardo Hauth, della medesima diocesi.
5	*Gennaio*	*1935.*	Monsig. Francesco Triebs, della diocesi di Berlino.
1	*Febbraio*	»	Monsig. Filippo Franceschini (Roma).
15	»	»	Monsig. Wendeliho Weber, della diocesi di Augsburg.
4	*Marzo*	»	Monsig. Augusto Zimmermann, della diocesi di Spira.
»	»	»	Monsig. Carlo Foltz, della medesima diocesi.
11	*Maggio*	»	Monsig. Edoardo A. Fasnacht, della diocesi di Cleveland.
30	»	»	Monsig. Michele Toros, dell'archidiocesi di Gorizia.
»	»	»	Monsig. Giovanni Bluel, della diocesi di Hildesheim.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

L'Ordine Supremo di Cristo:

10	*Luglio*	*1935.*	A S. E. il signor Alberto Lebrun, Presidente della Bepubblica Francese.

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

14	*Luglio*	*1935.*	A S. E. il sig. Luigi Marin, Ministro di Stato nella Repubblica Francese.
»	»	»	A S. E. il sig. Francesco Charles-Roux, Ambasciatore di Francia presso la Santa Sede.
18	»	»	Al sig. Don Luigi Massimo Lancellotti, Principe di Prossedi (Roma).

La Commenda con placca dell'Ordine Pïano:

14 Luglio 1935. Al sig. Pietro Becq de Fouquières (Francia).
» » » AI sig. Paolo Bargeton (Francia).
» » » Al sig. Renato de Saint-Quentin (Francia).

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

14 Luglio 1935. A S. E. il sig. Alessio Léger, Ambasciatore, Segretario Generale degli Affari Esteri di Francia.
27 » » A S. E. il sig. Dott. Ljudevit Auer, Ministro della Giustizia e Guardasigilli nel Regno di Jugoslavia.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 Luglio 1935. Al sig. comm. Giuseppe Prudent (Francia).

La Commenda con Placca dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 Luglio 1935. Al sig. Luigi Ganet (Francia).
» » » Al sig. Carlo Rochat (Francia).
22 Agosto » Al sig. Avv. Aldo Vecchini (Roma).

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 Luglio 1935. Al sig. Leonardo Gerardo Kortenhorst, della diocesi di Haarlem.
12 » » Al sig. Giovanni Hamscha, dell'archidiocesi di Vienna.
» » » Al sig. Alessandro Burian, della medesima archidiocesi.
14 » » Al sig. prof. dott. Enrico Fileni (Roma).
15 » » Al sig. Gustavo Vie (Francia).
» » » Al sig. Luciano Gazagne (Francia).
» » » Al sig. Anselmo Coustère (Francia).
19 » » Al sig. Andrea Cremaschi (Roma).
» » » Al sig. dott. Agostino Lenti, Avvocato Concistoriale.
» » » Al Mandarino Jose Nguyen-Pruy-Hang, del Vicariato Apostolico di Bac-Ninh (Cina).
22 » » Al sig. avv. Giuseppe Levrot, della diocesi di Nizza.
» » » Al sig. dott. Maurizio Bossuet, della medesima diocesi.
3 Agosto » Al sig. dott. Pio Rumor, della diocesi di Vicenza.
9 » » Al sig. Bartolomeo W. Teodoro van Slohbe, del Vicariato Apostolico di Curaçao.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

5 Luglio 1935. Al sig. prof. dott. Lorenzo Sympa, Maggiore Medico nel corpo della Guardia Palatina d'Onore.

H Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

7 Luglio 1935. Al sig. avv. Wainer Bonomi, della diocesi di Carpi.
15 » » Al sig. Mario Escarré (Francia)
» » » Al sig. Giovanni Despagne (Francia).
» » » Al sig. Alberto Pequignot (Francia).
17 » » Al sig. Vittor Ugo Dal Fabbro (Italia).
» » » Al sig. Ezio Cantagalli, dell'archidiocesi di Siena.
23 » » Al sig. Aurelio Castellano, dell'archidiocesi di Torino.

TI Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

5 Luglio 1935. Al sig. Lorenzo Herzog, Capitano nel Corpo delia Guardia Palatina d'Onore.
* » » Al sig. Mario Gherardini, Capitano nel Corpo della Guardia Palatina d'Onore.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 Luglio 1935. Al sig. Eugenio Mugniot (Francia).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

16 Luglio 1935. Al sig. dott. ing. Amedeo Trombetta (Italia).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

12 Luglio 1935. Al sig. Giuseppe Grigi, della diocesi di Rieti.
» » » Al sig. cav. Luigi Frasean (Roma).
15 » » Al sig. Emilio Butaud (Francia).
» » » Al sig. Gaetano Meunier (Francia).
» » » Al sig. Luigi Perillier (Francia).
» » » Al sig. dott. ing. Giacinto Giannoni (Italia).
» » » Al sig. dott. ing. Goffredo Landi (Italia).
20 » » Al sig. Vincenzo Lo Magro, dell'archidiocesi di Siracusa.
25 » » Al sig. Angelo Salustri Galli, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

19 Luglio 1935. Al sig. N. U. Adriano Mei-Gentilucci, della diocesi di Recanati-Loreto.
» » » Al sig. Guido Pozzi, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Angelo Antonio Velardo, della diocesi di Cava e Sarno.
20 Agosto » Al sig. dott. Pietro Grimaldi, della diocesi di Boiano-Campobasso.

20 Agosto 1935. AL sig. prof. Amedeo Trivisonno, della medesima diocesi.
» » » A I sig. rag. Raffaele Baldini, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Luigi De Felice, della medesima diocesi.
26 » » Al sig. dott. Angelo Comperchio, della diocesi di S. Angelo dei Lombardi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

6 Dicembre 1934. Monsig. Giovanni Mauesberger, dell'archidiocesi di Varsavia.
» » » Monsig. Geslao Wojtyniack, dell'archidiocesi di Posnania.
» » » Monsig. Giovanni Pajkert, della diocesi di Sandomir.
13 » » Monsig. Antonio Matejkiewicz, dell'archidiocesi di Leopoli dei Latini.
» » » Monsig. Stanislao Sinkowski, della diocesi di Premislia dei Latini.
» » » Monsig. Giovanni Humpola, dell'archidiocesi di Cracovia.
» » » Monsig. Casimiro Suchcicki, della diocesi di Plock.

An. et Vol. XXVII 31 Decembris 1935 (Ser. II, T. II) - Num. U

ACTA^POSTOUCAEIEÍS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

i

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria secunda, die xvi Decembris anno MDCCCCXXXV, in Palatio Apostolico Vaticano fuit *Consistorium secretum,* curas acta ex ordine referuntur:

I. - ALLOCUTIO SSMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES

Grates equidem,^ postremi buius temporis decursu, amplissimum Collegium vestram iacturas fecit; praeclarorum dicimus virorum iacturas, quos heic, vobis coram, etsi presse, commemo ratos volumus. Hos inter desideratissimos conlegas vestros, duos nominatim maerenti animo dicendo attingimus, Petrum nempe Gasparri ac Franciscum Ehrle S. R. E. Cardinales. Alter enim, ut nostis, non modo in Latinae Ecclesiae concinnando perñciendoque Iuris Canonici Codice, et in Orientalis Ecclesiae eiusdem generis^ documento apparando, tot tantasque exanclavit labores, sed per diuturnum etiam aetatis suae spatium, tam sollertem Nobis adiutricem operam, navavit, in expediendis praesertim publicis Apostolicae Sedis negotiis, ut et gratum animum Nostrum sibi omnino devinciret, et omnium hominum admirationem commoveret. Cum altero autem, divinis aeque atque pro-

fanis disciplinis eruditissimo, iamdudum studiorum causa consuetudineque vitae ita coniungebamur, ut eum hoc etiam nomine haberemus carissimum. Quibus in praesens Dilectus Frater Noster adiicitur, Cardinalis nempe Michael Lega, qui hoc ipso mane ad caelestia gaudia evolavit.

At postquam haec, quodam ex caritatis officio, dolenti anima diximus, nolumus vos, in praesens, multis remorari verbis, quamvis nec laeta nec tristia desint, de quibus loquamur. Laeta dicimus, ut frequentissimae illae fuere pientissimaeque celebrationes^ quae Lapurdi praesertim et in Bonaerensi urbe, ac mox Clevelandiae, Interamnae, Pragae, Labaci ac Limae — ut ceteras praetermittamus — ingenti cum hominum concursu habitae sunt, praeeuntibus porro in exemplum et sacrorum Antistitibus et Civitatum magistratibus atque primoribus. Sed nec tristia, uti diximus, desunt, quae paternum animum Nostrum summa aegritudine oppleant; ut ea potissimum quae in Russiarum regionibus et in Foederatis Mexici Civitatibus eveniunt, et nonnulla etiam,, quae in Germania contingunt.

At ne ultra, maestis huiusmodi de rebus disserendo, procedamus, ad bellicas nominatim contentiones quod attinet, quae Europam nonfmodo et Africani, sed universum etiam terrarum orbem tam diuturna anxitudine soUicitant, ea de causa suademur, quod, in tanta eventuum hominumque incertitudine, periculum subest ne verba Nostra, quaecumque eadem sint, vel non recte omnino intellegantur, vel in contrariam sententiam detorqueantur.

Ceterum, quae, pro veritate, iustitia caritateque, hac super causa, aeque a Nobis recteque expeti poterant, ea non semel, animum aperiendo Nostrum, patefecimus; ac novimus fuisse ea, quae, occasione data, protulimus, per publica diurna acta tam. late pervulgata, ut in communem eorum omnium notitiam pervenire possent, qui non modo percuperent veritatem, sed eam etiam a Nobis et sincera mente et summa cum diligentia anquirerent.

Quod quidem iis praecipue admonitum esto, qui passim adhuc mirari ac vel offendi videantur, quasi Nos divinitus commisso Nobis magisterio non satis iam fecerimus.

' Hoc autem edicere numquam pro opportunitate praetermisimus, neque in posterum pratermissuri sumus —idque iterum, antequam alloquendi finem faciamus, sollemniter asseveratum volumus — Nos nimirum pacem cum iustitia, veritate¡caritateque coniunctam omnibus, ubicumque sint «hominibus bonae voluntatis » (Luc, II, 14) et optare vehementer,fet pro viribus conciliare, et a Deo Optimo Maximo incensa efflagitare ¡prece.

n. - CREATIO ET PUBLICATIO PATRUM CARDINALIUM

Iam eo deveniamus ut lectissimos viros viginti in amplissimum ordinem vestrum cooptemus, qui vel in episcopali gerendo munere, vel in obeundis legationibus gravissimisque Romanae Curiae muneribus/?vel in diuturnis denique ad maiorem Dei gloriam exanclandis laboribus, optime de re catholica"meriti sunt.

Hi sunt autem:

FRIDERICUS^TEDESCHINI, Archiepiscopus tit. Naupactensis et Apostolicus in Hispania Nuntius; atque CAROLUS SALOTTI, Archiepiscopus tit. PhilippopoBtanus in Thracia et Sacrae Congregationis Fidei Propagandae a secretis; quos quidem S. R. E. Presb. Cardinales creavimus et in pectore reservavimus in Consistorio habito die decima tertia mensis Martii, anno millesimo nongentesimo tricesimo tertio;

IGNATIUS GABRIEL TAPPOUNÏ, Patriarcha Syrorum Antiochenus;

HENRICUS SIBILLA, Archiepiscopus tit. Sidetanus et Apostolicus in Austria Nuntius;

FRANCISCUS MARMAGLI, Archiepiscopus tit. Hadrianopolitanus in Haemimonto et Apostolicus in Polonia Nuntius;

ALOYSIUSJMAGLIONE, Archiepiscopus tit. Caesariensis in Palaestina, et ^Apostolicus in Gallia Nuntius;

CAROLUS CREMONESI, Archiepiscopus tit. Nicomediensis, ac Pontificiis largitionibus Praepositus;

HENRICUS MARIA ALFREDUS BAUDRLLLART, Archiepiscopus tit. Melitenaeus|et catholici Parisiensis Instituti Rector;

EMMANUEL CAELESTIBUS SUHARD, Archiepiscopus Rhemensis;

CAROLUS KASPAR, Archiepiscopus Pragensis;

IACOBUS ALOYSIUS COPELLO, Archiepiscopus Bonaërensis;

ISIDORUS GOMA ET TOMAS, Archiepiscopus Toletanus;

CAMLLLUS CACCIA DOMINION!, Pontificiis admissionibus Praepositus;

NICOLAUS CANALI, Supremae S. Officii Congregationis Adsessor;

DOMINICUS JORIO, Sacri Consilii Sacramentorum disciplinae praepositi a secretis;

VINCENTIUS LA PUMA, Sacrae Religiosorum Congregationis a secretis;

FRIDERICUS CATTANI AMADOR!, iudex sacrarum cognitionum idemque Signaturae Apostolicae a secretis;

MAXIMUS MASSIMI, Auditorum Tribunalis S, R. Rotae Decanus;

DOMINICUS MARIANI, Administrationis bonorum Apostolicae Sedis a secretis;

PETRUS BOETTO, sacerdos e Societate Iesu.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei/ sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, publicamus S. R. E. Presbyteros Cardinales:

FRIDERICUM TEDESCHINI et

CAROLUM SALOTTI.

Creamus praeterea et publicamus S. R. E. Cardinales

Ex Ordine Presbyterorum:

IGNATIUM GABRIELEM TAPPOUNI,

HENRICUM SIBILIA,

FRANCISCUM MARMAGGI,

ALOYSIUM MAGLIONE,

CAROLUM CREMONESI,

HENRICUM MARIAM ALFREDUM BAUDRILLART,

EMMANUELEM CAELESTINUM SUHARD,

CAROLUM **K**ASPAR,

IACOBUM **A**LOYSIUM **C**OPELLO,

ISIDORUM **G**OMA ET **T**OMAS;

Ex Ordine Diaconorum:

CAMILLUM **C**ACCIA **D**OMINIONI,

NICOLAUM **C**ANALI,

DOMINICUM **J**O IO,

VINCENTIUM **L**A **P**UMA,

FRIDERICUM **C**ATTANI **A**MADORI,

MAXIMUM **M**ASSIMI,

DOMINICUM **M**ARIANI,

PETRUM **B**OETTO.

Cum dispensationibus derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris £g et Filii £g et Spiritus £g Sancti. Amen.

Restat ut, Ecclesiis suo viduatis pastore prospicientes^Episcoporum Ordinem suppleamus.

III. - PROVISIO ECCLESIARUM

Deinde Ssmus sequentium Ecclesiarum propositionem peragere dignatus est, nimirum:

.*Patriarchali Ecclesiae Venetiarum* praefecit Exc. P. |D. Adeodatum Ioannem Piazza, hactenus Archiepiscopum Beneventanum.

Metropolitanae Ecclesiae Burdigalensi Exc. P. D. Mauritium Peltin, hactenus Archiepiscopum Senonensem.

Metropolitanae'jEcclesiae Guritybensi Exc. P. R. Eusebium Atticum da Rocha, hactenus Episcopum Cafaelandensen..

Cathedrali Ecclesiae Cafaelandensi Exc. P. D. Henricum Mourao^hactenus Episcopum Campositanum.

Cathedrali Ecclesiae Oampositame Exc. P. D. Octavianum Pereira de Albuquerque, hactenus Archiepiscopum Sancti Ludovici de Maragnano.

Cathedrali Ecclesiae Neritonensi Exc. P. D. Nicolaum Colangelo, hactenus Episcopum Oppidensem.

Cathedrali Ecclesiae Gallipolitanae R. D. Nicolaum Margiotta, Protonotarium Apostolicum *ad instar Participantium* et Canonicum Theologum Capituli Cathedralis Cavensis.

Cathedrali Ecclesiae Helenensi R. D. Iosephum Gilmore, eiusdem dioecesis Cancellarium.

Cathedrali Ecclesiae Carpensi R. P. Carolum de Ferrari, sodalem Congregationis Presbyterorum a Sanctis Stigmatibus D. N. Iesu Christi.

Cathedrali Ecclesiae Harlemensi R. D. Ioannem Petrum Huibers, parochum in civitate Hoorn, eiusdem dioecesis.

Titulari episcopali Ecclesiae Thermensi R. D. Angelum lelmini, quem constituit Administratorem Apostolicum Ecclesiae Luganensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Margensi R. D. Franciscum Sonik, Capituli Cathedralis Kielcensis canonicum, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Augustini LosinsM, Episcopi Kielcensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Messeniensi R. D. Hectorem Castelli, Protonotarium Apostolicum *de numero Participantium.*

Insuper alios per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos sacrorum Antistites publicavit, videlicet:

ARCHIEPISCOPOS:

Dercensem, Henricum Montalbetti, Coadiutorem cum iure futurae successionis Exc. P. D. Caelestini Endrici, Archiepiscopi Tridentini.

Soteropolitanum, Ioannem Franciscum Braga, iam Archiepiscopum Curitybensem.

Reginatensem, Petrum Monaham, iam Episcopum Calgariensem.

Myrensem, Carolum Serena, Nuntium Apostolicum in Columbia.

Bardianum, Antoninum Arata, Nuntium Apostolicum in Lettonia atque Estonia.

Rhusiensem, Ioannem de long, Coadiutorem cum iure futurae successionis Exc. P. D. Ioannis Henrici Gerardi Iansen Archiepiscopi Ultraiectensis.

Aeginensem, Xaverium Ritter, Nuntium Apostolicum in Cecoslovachia.

Compostellanum, Thomam Muñiz Pablos, iam Episcopum Pampilonensem.

Iustinianensem, Ioannem Panico, Delegatum"Apostolicum in Australia.

Sergiopolitanum, Adulphum Alexandrum Nouel, iam Archiepiscopum Sancti Dominici.

Sancti Dominici, Richardum Pittini.

EPISCOPOS:

Pyrgensem, Ioannem Baptistam Mauritium Amoudru.

Voncariensem, Leonem Klerlein, primum Vicarium Apostolicum de Kroonstad.

AntipJiellitanum, Ioannem Mariam Aubin, Vicarium Apostolicum insularum Salomonicarum MeridionaUum.

Sebastopolitanum in Armenia, Iacobum Dey, Ordinarium Militarem in Britannia.

Tiniensem, Iosephum Philippe, Coadiutorem cum iure successionis, qui iam successit, bo. me. Petri Nommesch, Episcopi Luxemburgensis.

Tirasonensem, Mcanorem Mutiloa, iam Episcopum HieropoUtanum.

Oxomensem, Thomam Gutiérrez Diez.

Mindoniensem, Beniaminum De Arriba Castro.

Almeriensem, Didacum Ventaja Milán.

Gauriensem, Franciscum Barbado Viejo.

Anglonensem-Tursiensem, Laurentium Iacobum Inglese, iam Episcopum Candiensem.

Ândriensem, Paulum Rostagno.

Alatrinum, Eduardum Facchini.

Nolanum, Michaelem Raphaelem Camerlengo.

Arycandensem, Annuntiatum Serafini, Auxiliarem Exc. P. D. Francisci Alberti, Archiepiscopi de Plata.

Nisenum in Lycia, Thomam Me Laughlin, Auxiliarem Exc. P. D. Thomae Iosephi Walsh, Episcopi Novarcensis.

Seniensem, cum administratione perpetua dioecesis Modrussensis, Victorem Buric.

Lingonensem, Georgium Choquet.

Bellicensem, Amadaeum Maisonobe.

Montis Albani, Eliam Durand.

Ambianensem, Lncianum Martin.

de Santos, Paulum Tarsensem Campos.

Barrensem, Eodulphum de Oliveira Penna.

Cuschensem, Philippum Iacobum Hermosa y Sarmiento.

Maeeratensem et Tolentinum, Dominicum Argnani, iam Episcopum Conversanensem.

Polystyliensem, Philippum Côté, primum Vicarium Apostolicum de Siiehow.

Pertusensem, Georgium Haezaert, primum Vicarium Apostolicum de Katanga Septentrionali.

Anemurensem, Othonem Biaible, Vicarium Apostolicum Kimberhensem in Australia OccidentaU.

Ariassensem, Leontium Fernandez Galilea, Vicarium Apostolicum de Fernando Poo.

Etennensem, Franciscum Xaverium Ford, primum Vicarium Apostolicum de Kaying.

Elatensem, Bogerium Beaussart, Auxiliarem Emi P. D. Ioannis S. B. E. Cardinalis Verdier, Archiepiscopi Parisiensis.

Abulensem, Sanctum Moro Briz.

Terulensem, Anselmum Polanco.

Bossensem, Patritium Casey.

Berolinensem, Conradum von Preysing, iam Episcopum Eistettensem.

Melensem, Georgium Leech, Auxiliarem bo. me. Philippi Mae Devitt, Episcopi Harrisburgensis.

Ionopolitanum, Eugenium Mariam Le Fer de la Motte, iam Episcopum Nannetensem.

Comanensem in Armenia, Franciscum Agagianian.

Manizalensem, Aloisium Concha.

Cibyratensem, Albertum Mariam Fuchs, Auxiliarem Exc. P. D. Francisci Bornewasser, Episcopi Trevirensis.

Moguntinum, Albertum Stohr.

Omahensem, Iacobum Hugonem Byan, iam Episcopum Modrenum.

Gymaeum, Petrum Ireton, Coadiutorem eam iure futurae successionis Exc. P. D. Andreae Iacobi Aloisii Brennan, Episcopi Richmondiensis.

Palentinum, Emmanuelem Gonzalez y Garcia, iam Episcopum Malacitanum.

Malacitanum, Balbinum Santos Olivera.

Menevensem, Michaelem Me Grath.

Fargensem, Aloisium Muench.

HepJiaestiensem, Pium Giardina, Auxiliarem Exc. P. D. Angeli Paino, Archiepiscopi Messanensis.

Veliciensem, Iosephum Kolb, Auxiharem Exc. P. D. Ioannis Iacobi de Hauck, Archiepiscopi Bambergensis.

Dauliensem, Guillelmum Henricum Mellon, Coadiutorem cum iure futurae successionis Exc, P. D. Iacobi Mae Carthy, Episcopi Gallovidiensis.

Pampilonensem, Marcelhnum Olaechea Loizaga.

Bhosiensem, Henricum Bitter.

Gonversanensem, Gregorium Falconieri.

Areopolitanum, Michaelem Key es, iam Episcopum Savannensem.

Gaxiensem, noviter erecta dioecesi, Iosephum Barea.

Arenensem, Aloisium Antonium de Almeida, iam Episcopum Brigantiensem.

Melphietensem, luvenacensem et Terlitiensem, Achillem Salvucci.

Hieropolitanum, Raphaelem Hayes, iam Episcopum Helenensem.

BJiesainensem, Iosephum Gjonali, iam Episcopum Sappensem.

Eistettensem, Michaelem Raekl.

Buroeensem in Epiro, Florentinum Asensio Barroso, Administratorem Apostolicum Barbastrensem.

Basilinopolitanum, Alexandrum Poncet, primum Vicarium Apostolicum insularum Wallis et Futuna.

Belensem, Iosephum Alves Martins, iam Episcopum Sancti Iacobi Capitis Viridis.

Saneti Iacobi ¡Gapitis Viridis, Ioachimum Raphaelem -d'Assunçao, iam Episcopum Augustanum et Praelatum *nullius* Mozambicensem.

Marianopolitanum et Marquettensem, Iosephum Plagens, iam Episcopum Rhodiapolitanum.

Savannensem, Geraldum O'Hara, iam Episcopum Heliopolitanum in Phoenicia.

Gentumfocensem, Eduardum Martínez Dalmau.

Ghrysopolitanum, in Macedonia, Aloisium de Courréges d'Uston, Auxiliarem Exc. P. D. Iulii Saliège, Archiepiscopi Tolosani.

de SHllong, Stephanum Eerrando, iam Episcopum Krishnagarensem.

Paraetoniensem, Franciscum Person, Vicarium Apostolicum a Litore Eburneo.

PRAELATOS:

Sanctae Luciae, Antonium Mantiero, Episcopum Pactensem, propter praelaturae unionem in personam cum dioecesi Pactensi.

Iuruenscm, Henricum Ritter, Episcopum Rhosiensem.

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Feria V, die 19 Decembris anni .1935, in Basilica Vaticana, publicum fuit Consistorium, in quo Sanctissimus D. N. Pius Pp. XI sollemniter imposuit Galerum rubrum Pontificalem Emis et Revmis DD. Cardinalibus:

CAROLO SALOTTI,

IGNATIO GABRIELI TAPPOUNI,

CAROLO CREMONESI,

HENRICO MARIAE ALFREDO BAUDRILLART,

EMMANUELI CAELESTTNO SUHARD,

CAROLO KASPAR,

IACOBO ALOYSIO COPELLO,

ISIDORO GOMA Y TOMAS,

CAMILLO CACCIA DOMINIONI,

NICOLAO CANALI,

DOMINICO IORIO,

VINCENTIO LA PUMA,

FRIDERICO CATTANI AMADORI,

MAXIMO MASSIMI,

DOMINICO MARIANI,

PETRO BOETTO.

Interim per Advocatum Sacri Consistorii, Christophorum Astorri, peroratio fiebat Causae Servi Dei Fr. Ioannis Baptistae a sancto Michaele Axchangelo, Sacerdotis professi e Congregatione Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi.

III

CONSISTORIUM SECRETUM

Publico peracto Consistorio, habitum est in consueta aula Palatii Apostolici Vaticani *Consistorium secretum,* in quo, postquam Beatissimus Pater os supradictis novis Cardinalibus, ut de more, clausisset, Revmi Cardinales Laurenti, Diaconus Sanctae Mariae Scalaris, et Verde, Diaconus Sanctae Mariae in Cosmedin, optaverunt ad Ordinem presbyteralem; quam optionem Sanctissimus benigno favore prosequens elevavit pro hac vice diaconias Sanctae Mariae Scalaris et Sanctae Mariae in Cosmedin in titulos presbyter ales.

Deinde Ssmus sequentes proposuit Ecclesias.

i. - PROVISIO ECCLESIARUM

Metropolitanae Ecclesiae Sancti Ludovici de Maragnano praefecit Exc. P. D. Carolum Carmelum de Vasconcellos Mottas, hactenus episcopum titularem Algizensem.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Nicomediensi R. D. Iosephum Migone. Cubicularium Secretum de numero Participantium Ssmi Domini Nostri Papae.

Cathedrali Ecclesiae Harrisburgensi Exc. P. D. Georgium Leech, hactenus Episcopum titularem Melensem.

Cathedrali Ecclesiae Calgariensi R. D. Franciscum Carroll, Vicarium Generalem archidioecesis Torontinae.

Cathedrali Ecclesiae de Bomfim, noviter erectae, R. D. Hugonem Bressane de Araujo, canonicum parochum ecclesiae cathedralis Campaniensis in Brasilia.

Cathedrali Ecclesiae Mossorensi, nuper erectae, E.. D. Iacobum de Barros Cámara, Bectorem Seminarii Florianopolitani.

Titulari episcopali Ecclesiae Helensi B. D. Hugonem Aloisium Lamb, Cancellarium archidioecesis Philadelphiensis, quem constituit Auxiliarem Emi P. D. Dionysii S. B. E. Cardinalis Dougherty, Archiepiscopi Philadelphiensis.

II. - ORIS APERITIO ET TITULORUM ASSIGNATIO

Post haec Beatissimus Pater os aperuit novensilibus Cardinalibus, ut in Consistoriis, Congregationibus, aliisve functionibus cardinaliths suas valeant proferre sententias, eisque tradidit anulos, singulisque assignavit:

CAROLO SALOTTI, *Titulum Sancti Bartholomaei in Insula.*

IGNATIO GABRIELI TAPPOUNI, *Titulum Sanctorum XII Apostolorum.*

CAROLO CREMONESI, *Titulum Sancti Laurentii in Lucina.*

HENRICO MARIAE ALFREDO BAUDRILLART, *Titulum Sancti Bernardi ad Thermas.*

EMMANUELI CAELESTINO SUHARD, *Titulum)Sancti Honuphrii inlaniculo.*

CAROLO KASPAR, *Titulum Sancti Vitalis.*

IACOBO ALOYSIO COPELLO, *Titulum Sancti Hieronymi Illyricorum.*

ISIDORO GOMA Y TOMAS, *Titulum Sancti Petri in Monte Aureo.*

CAMILLO CACCIA DOMINIONI, *Diaconiam Sanctae Mariae in Domnica.*

NICOLAO CANALI, *Diaconiam Sancti Nicolai in CarcereJTulliano.*

DOMINICO IORIO, *Diaconiam Sancti Apollinaris.*

VINCENTIO LA PUMA, *Diaconiam Ss. Cosmae et Damiani.*

FRIDERICO CATTANI AMADORI, *Diaconiam Sanctae Mariae in Aquiro.*

MAXIMO MASSIMI, *Diaconiam Sanatae Mariae in Porticu.*

" DOMINICO MARIANI, *Diaconiam Sancti Caesar ei in Palatio.*

PETRO BOETTO, *Diaconiam Sancti Angeli in Foro Piscario.*

III. - POSTULATIO PALLIORUM

Deinde personaliter institit pro Pallio Antistes datus Patriarchali Ecclesiae Venetiarum. Per procuratores vero postulatio facta est pro Ecclesiis metropolitam^; *Perthensi* (per successionem), *Beginatensi, Compostellana, Parahybensi* (per successionem), *Burdigalensi, Curitybensi, Sancti Ludovici de Maragnano,* itemque pro Ecclesia archiepiscopali *Sancti Dominici.*

LITTERAE DECRETALES

BEATO CONBADO A PARZHAM, EX ORDINE FRATRUM MINORUM CÀPUCCINORUM, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Paraclitus Spiritus, quem humilium pauperumque patrem in sacris hisce Pentecostes sollemniis christifideles adprecantur, iuter in numera quae hominibus dat dona, peculiare illud hodie dilargiri dignatus est, ut Nos nempe, Ipsius ope virtuteque suffulti, pro vicaria qua fungimur Christi potestate, novum ad Deum deprecatorem novumque sanctitudinis magnificum militanti Ecclesiae exemplar proponeremus, pauperem et humilem Dei Servum, verum divi Francisci Assisiensis asseclam et sectatorem, Beatum, dicimus, Conradum a Parzham, seraphici Capulatorum Ordinis sodalem. Litterarum Ille plane rudis, pusillus ac despectus, in humillimo sui conventus ianitoris munere, quo sanctissime per quadraginta duos annos est functus, praeclarum effatum illud «Ama nesciri et pro nihilo reputari» suum faciens, non magna loquens, sed sanctae vitae exemplis Christum Crucifixum luculenter praedicans, immensum sibi aeternae pondus gloriae comparavit et non patriam tantummodo, sed totam illustrat Ecclesiam, caelestibusque cumulat beneficiis et gratiis.

Ortus est ille in praedio quodam apud *Parzham* oppidum, in paroecia *Weng,* dioecesis Passaviensis, anno millesimo octingentesimo duodevicesimo, die mensis Decembris vicesima secunda, Bartholomaeo Birndorfer et Gertrude Niedermayer parentibus, fortunae bonis et christianae pietatis laude praestantibus. Eodem die sacri baptismatis undis in S. Wolfgangi ecclesia, indito Ioannis nomine, ablutus fuit. Egregie ipse, nonus inter Liberos, a parentibus institutus fuit: ii namque apprime curaverunt ut ille iam a tenellis annis in catholicae fidei dogmatibus institueretur eumque ad religionis et virtutum cultum non verbis tantum, sed maxime exemplis alliciebant. Yix litterarum rudimentis imbutus, agricolarum laboribus in paterno praedio una cum fratribus vacare coepit. Mirum iam tum in eo pietatis studium elucebat; nam, neque labore ob longum iter, neque ieiunio, neque pluvio caelo deterritus, summo mane ecclesiam longe sitam adibat, ibique saepe saepius ad ianuam nondum fidelibus patentem genibus nixus

orabat. Angelica praeditus modestia et ardenti erga Deum et Beatissimam Virginem Mariam amore abreptus, aequalium consuetudinem ad id unice quaerebat, ut eos ad Rosarii décades secum recitandas invitaret, quas ipse, etiam inter agrorum labores, coronam precatoriam numquam manu dimittens, assidue iterabat. Solitudinis sectator eximius, vanum hominum commercium studiose vitabat, dimissis que oculis semper incedebat hanc suescens salutationem salutantibus reddere: *Laudetur Iesus Christus.* Quae quidem praeclara animi pietas, ceteris christianis virtutibus sociata, in eo cum aetate percrescebat; idque sane evincitur etiam ex pluribus ab ipso peractis ad mariana sanctuaria peregrinationibus, e frequentia, qua sacramenta et divina officia adibat, ex assidue celebratis Sodalitiis, quibus nomen dederat, quaeque ipsum confratrem piissimum habere gloriabantur, Tertio potissimum Divi Francisci Ordine, in quem tanto ipse devinciebatur amore, ut eius primus franciscalis halitus haud dubie viam ipsi percurrendam designaverit. Parentibus orbatus, perfectioris vitae cupidus, patrimonio abdicare, atque unum Deum sibi in haereditatem eligere eiusque famulatui sese addicere statuit atque ut in aliquo religioso ordine sacerdotio initiaretur operam dedit. Frustra tamen: sive enim ob ingenii tarditatem, sive potius ob nimis provectam aetatem litterarum studiis parum idoneus visus est. Quod non sine quadam animi perturbatione ferens, numquam tamen spem abiecit in humiliori condicione posse Deo se inservire. Consiliis itaque conscientiae suae moderatoris, qui piissimus erat ac prudentissimus, adhaerens, in Ordinem Franciscanum Capulatorum, qui ob vitae severitatem admodum sibi placeret, ut benigne a superioribus laicus reciperetur humiliter petiit et obtinuit. Fratribus igitur et sororibus relictis, et sua patrimonii parte inter pauperes et coemeterium *de Weng* divisa, septembri mense, anno millesimo octingentesimo undequinquagesimo, in coenobio S. Annae in oppido *Altötting,* ad probandatum, quem vocant, ineundum exceptus est et fratri ostiario auxiliaris destinatus. Viginti vero post menses in conventum de *Burghausem* se transferre iussus est, ut ibi infirmis fratribus deserviret. Non multo post in coenobium loci *Laufen* ad *Salzach,* ad tirones instituendos destinatum, missus, magna cum animi laetitia, die decima septima mensis septembris, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo primo, religiosum habitum induit, Conradi a Parzham nomine assumpto, et tyrocinium inchoavit. Quo expleto, die quarta octobris mensis, insequenti anno solemnia vota nuncupavit ac paulo post provinciae Bavaricae moderatores, quibus iam innotuerant Servi Dei virtutes, prudentia potissimum, patientia, caritas et urbanitas, in S. Annae coenobium, quod supra memoravimus, illum arcessiri iusserunt, ut ostiarii munere perfungeretur, quod quidem, in illa urbe, in quam

plurima quotannis peregrinantium millia a Bayaria, Germania, Austria aliisque regionibus ad Deiparam Virginem, prodigiosam loci patronam, venerandam convenire solent, etsi bumile, perdifficile tamen erat et gravissimum, atque omnino singularem prudentiam, patientiam et caritatem expostulabat. At frater Conradus per quadraginta et ultra annorum spatium summopere aptum ad munus illud se ostendit, et in ipso obeundo admirabili perfunctus est apostolatu exempli, docuitque quomodo humilis etiam et modestissima vitae ratio egregie valeat ad excelsae virtutis adeptionem, si, Dei voluntate sibi unice proposita, suae quisque condicionis munia perfecte servare nitatur. Semper ipse sibimetipsi constans, in labore impiger, pauper ipse erga pauperes largus, in peregrinis excipiendis promptus, neminem dimittere solebat, nisi prius christianum solatium verbis aptis attulisset, illis praecipue, quos divino quodam afflatu culpis contaminâtes, vel domesticis excruciatos calamitatibus esse cognoverat; materna caritate recreabat famélicos, pueros, peregrinantes, egentes operarios et alios ad portam petentes cibum et potum; nemini dans repulsam, omnibus quavis causa ad coenobium accedentibus servire satagebat. Simplex insuper in vivendo, parcus in cibis sumendis, taciturnus, et in loquendo prudentissimus, hilaris semper, pius, devotus et ferventissimus in precibus Deo fundendis; erga moderatores suos obedientissimus, peculiari obsequio sacerdotes prosequebatur. Sui Ordinis regulas adamussim observabat, ita ut, licet plurimis officii sui occupationibus distentus, a communibus, quos vocant, coenobii actibus, numquam abfuerit.

Amore, quo in saeculo vivens in sanctissimam Eucharistiam et Deiparam Virginem flagrare consuevit, vehementius in religione aestuabat, et peculiari affectu Iesu Christi Crucifixi Passionem excolebat; quod quidem plane deprehenditur ex his verbis, in quadam ad sororem epistula conscriptis: *Satis est oculos in Crucem convertere, ut omnia mihi prospere eveniant,* atque ex hoc responso, cuidam fratri infirmis addicto, quondam dato, qui ipsum intuitus frigore rigentem, eum invitavit, ut se prope focum calefaceret: *En,* inquit Dei Servus, *focus meus,* et digito Crucifixi imaginem a pariete pendentem ostendit. Item exclamare saepe solebat: *Pati est diligere; diligere autem est vivere.* Nihil ergo est mirum quod frater Conradus, Christi Domini cruciatus continuo prae oculis habens, non laborem tantum et difficultates suo muneri inhaerentes, simultates, iniustitias et offensiones, verum etiam dolores physieos, quibus ob non bonam valetudinem, qua a primo usque tempore initae religiosae vitae laborabat, obnoxius fuit, patientissime toleravit.

Omnes christianas virtutes, ita Dei Servus excoluit ut ab usque primis sui officii annis maximam omnium sibi admirationem conciliaverit et

unanimi populi voce sanctus appellaretur. Nec caelestium charismatum uhertas ipsi defuisse narratur: prophetiae enim, cordium scrutationis, lacrimarum et ecstasum donis claruisse dicitur; peccatorum quoque ad bonam frugem conversionem a miserentissimo Deo suis precibus et aliquando uno tantum oculorum aspectu obtinuit.

Ita usque ad quintum supra septuagesimum aetatis suae annum sanctissimam Dei famulus vitam duxerat, cum, debilitate iam corporis laborans, medio mense aprili, anno millesimo octingentesimo quarto et nonagésimo, letali morbo correptus est; qui triduo tantum duravit. Extrema Ecclesiae sacramenta a praesule domus invitatus suscepit libentissime, maxima potissimum pietate miraque cum placitis divinis conformitate; dolores autem morbi silentio ac patientissime ferebat; ne momento quidem ab eliciendis fidei, spei et caritatis, nec non fortitudinis et praeclarae humilitatis actibus cessavit. Sed ipso mortis die unum contigit quod mire confirmaret quanta in eo fuerit obedientiae perfectio: audito namque repente campanulae sonitu, illico, collectis viribus, surrexit infirmus, quasi accurrere vellet ad ostium, prouti tamdiu consueverat, aperiendum. At, deficiente statim anhelitu, humi corruit, unde sustulerunt eum sodales ut iterum in lectulo ponerent. Post quae iniit tandem agonem extremum, atque serenus quidem et hilaris, crucifixum prae manibus gerens et oscnlans, defixis in caelum oculis, die vicesima prima Aprilis mensis piissime in Domino obdormivit.

Postridie cadaver in ecclesiam S. Annae delatum, in sacello B. Virgini Perdolenti dicato expositum est; ad illud autem invisendum ingens confluxit ex omni ordine populus, ut membra rigentia tangerent, ut vestium lacinias, si forte daretur, sibi auferrent. Absolutis exequiis, quibus quamplurimi, etiam advenae, viri sanctitate permoti, adstiterunt, cadaver permagna pompa ad commune Capulatorum sepulcrum delatum est, ibique conditum. Ex quo tandem ut digniorem haberet locum, post octo et decem annos exhumatum in praefatum S. Annae templum delatum est.

Dei Servi sanctimoniae fama, quam iam inde ab aduleseentia sibi conciliaverat quaeque ad extremam usque senectam et mortem perseveravit, minime desivit post eius obitum, invaluit immo et increbuit, atque extra fines civitatis et dioecesis Passaviensis diffusa est, eo vel magis quod prodigia non pauca, ipsius patrocinio invocato, ab omnipotenti Deo patrata dicerentur. Quare ab Episcopo Passaviensi processus, informativus quem vocant, super Servi Dei vita, virtutibus, miraculis et sanctitatis fama adornatus est; quo absoluto et ad Sacram Rituum Congregationem transmisso, omnibus de iure servatis, Nos Ipsi die duodetrigesima mensis Maii, anno millesimo nongentesimo quarto et vigesimo introductionis causae Com-

missionem mann Nostra signavimus. Apostolico itaque processu rite confecto, anno millesimo nongentesimo duodetrigesimo, quintadecima die Augusti mensis, de Famuli Dei virtutum heroicitate solemne ediximus decretum. Agitata dein quaestione de duobus miraculis, quae a Deo patrata ferebantur per Yenerabilis Conradi a Parzbam intercessionem, omnibus severissimo iudicio perpensis, Nosmetipsi die quinta et vigesima Maii mensis, anno millesimo nongentesimo trigesimo, solemniter sancivimus: *Constare de duobus propositis miraculis:* scilicet de primo: *Instantaneae perfectaeque sanationis Cunegundis Aepfelbacher ab ulcere magno, inveterato, varicoso, incurabili;* et de altero: *Instanta/neae perfectaeque sanationis puellae quadrimulae Elisae Erl ab impotentia standi et ambulandi, parta ab atonia musculari congenita seu a morbo « Oppenheim », qui in subiecto a rachitide florida affecto patuit.* Post haec unum supererai discutiendum dubium, an, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, *tuto* procedi posset ad solemnem Yenerabilis Servi Dei beatificationem. Cum itaque in generalibus coram Nobis habitis comitiis, ci. m. Andrea Cardinale Friihwirth, causae Eelatore seu Ponente, adstantes omnes tum Patres Cardinales S. Eituum Congregationi praepositi, tum eiusdem Congregationis Officiales et Consultores in affirmativam sententiam unanimiter convenissent, Nos, biduo post, die nempe quinta Iunii mensis, memoriae Bonifacii Martyris, magni Germaniae Apostoli, dicata, incruento Sacrificio prius a Nobis litato, coram dilecto Filio Nostro Camillo S. E. E. Cardinale Laurenti, SS. Eituum Congregationis Praefecto, et praefato Andrea Cardinale Friihwirth, nec non dilecto filio Alfonso Carinci, eiusdem S. Congregationis a Secretis, et venerabili nunc fratre Carolo Salotti, Archiepiscopo titulari Philippopolitano in Thracia, tum Fidei Promotore generali, Nostram •edidimus sententiam: *Tuto,* videlicet, *procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Conradi a Parzham beatificationem.* Cuius quidem sollemnia, universa exultante Franciscalium Faniilia, in Basilica Vaticana die quintadecima eiusdem mensis Iunii, eodem anno, celebrata sunt.

Post indultam vero Beato Conrado venerationem, quum mirae eius intercessione sanationes a Deo patratae dicerentur, a dilecto filio Baphaële *n* VaUefinaria, Ordinis Capulatorum Postulatore generali vigilantissimo, «nixae Nobis oblatae sunt preces, ut causa ad eiusdem Beati canonizationem obtinendam reassumi posset; et Nos decima die decembris mensis, eodem anno, causae reassumptionis Commissionem manu propria signavimus.

Duae igitur prodigiosae sanationes ab ipso Postulatore propositae sunt, quarum altera in Augustana Vindelicorum, altera in Oenipontana dioecesi evenisse ferebantur.

Prima sanatio Mariam, Martini et Mariae Zech filiam, respicit. Cum illa anno millesimo nongentesimo undetrigesimo, aetatis suae vigesimo secundo, Martio mense exeunte, in silva prope Badernam in Vindelicis, suum nativum oppidum, una cum parentibus ad pinorum truncos iampridem exsectos in plaustrum congerendos operam daret, truncus quinque fere metra longus in eius dexteram manum incidens, eam violento geminoque ictu percussit. Manus ipsa magis in horas intumescebat et acérrimos puellae afferebat dolores. Per quatuor fere menses frustra a medicis curata est; immo phlogosis brachium totum invaserai; digiti manus torpere coeperunt et febris iam alta quotidie aderat, ita ut in Vmcentinum Augustae nosocomium aegrotam recipi necesse fuerit. Ibi, curationibus non obstantibus, Augusto mense dolores in laevum quoque genu descendunt;, cumque infirma gradiendi impos evasisset, in lectulo iacere usque ad kalendas Octobres iussa est. Mox crus totum gypseis fasciolis cingitur, et Decembri mense magnum ligneumque fulcrum cruri aptatur. Post haec chirurgica opera intercurrunt tum appendicis tum tonsillarum, quae Maria eodem mense subiit.

In vigilia Nativitatis Domini, facultate a medicis obtenta, domum rediit ut ibi ad duas hebdomadas maneret. Hoc vero tempore accidit ut quadam die in dexterum latus ipsa caderet infirmamque manum et brachium solo illideret. Cum igitur in nosocomium aegrota rediisset, medici curantes morbum non parum increvisse invenerint et de brachii amputatione loqui coeperunt. Quod quidem omnino necessarium duxerunt, cum in aegrotum brachium rursus infirma collapsa esset, phlogosis quam maxime adaucta, et gangrenae discrimen undique immineret; ad diem autem quartamdecimam Augusti mensis actio haec chirurgica indicta fuit.

Aegrota vero brachii amputationem vehementer pertimescens, de piissimae matronae consilio, sacras no vendíales preces ad Beatum Conradum a Parzham, tota in eius opem ad. sanationem obtinendam confisa, inchoavit et reliquiam in gypseum brachiale induxit. Quo novenario durante, cruciatus augentur et morbus in pessum crescit; at ultimo die, ad tertiam decimam nempe Augusti mensis, aegrota circa horam quartam et semis expergefacta, se prorsus sanam sensit, adeo ut e lecto surgens se lavare ac detergere, se comeré, manu quidem dextera, valeret atque, cruribus a fulcris liberatus, expedite ambulare absque ullo vel minimo dolore, in oratorium laeta descendere, Sacro interesse ac demum in cubiculum reverti, comedere et bibere suaviter, quod iamdudum experta non erat. Circa meridiem etiam chirurgus arcessitus Mariam plene sanatam invenit; et radiographicae imagines perfectam sanationem confirmant.

Prodigiosa altera sanatio Oenipontana in urbe contigit. Augusta Schein-

die, Iosephi et Annae Eichler filia, primo vere anni millesimi nongentesimi duodetrigesimi, octo et decem annos nata, pituitario morbo non levi correpta est, qui vulgo *influentia* vocatur. In nosocomium, cui *Kettenbrücke* nomen, missa, ibi usque ad fere totum Augustum mensem moram duxit. Cum vero paulum convaluisset, domum rediit; ibique graves hemophtises passa est, et certa in ea pulmonaris tuberculosis signa a curantibus medicis reperta sunt. Quamobrem, infirmitate ingravescente, Iunio mense exeunte anni millesimi nongentesimi trigesimi, puella nosocomium *Eochzirl* ingressa, in quo tres fere menses commorata, cunctis frustra adhibitis medicamentis, denuo in *Kettenbrücke* nosocomium mittitur; ubi tamen tubercularis morbus peius in dies corruit.

Cum igitur-spes omnis recuperandae salutis per humanas artes undique dilapsa fuisset, Beati Conradi a Parzham patrocinium enixe invocare suasa est; ac proinde in eius honorem novendiales preces tum ab aegrota tum ab eius parentibus fervide peractae sunt et Beati reliquiae infirmae allatae, quas illa nunquam a suo latere disiunxit. In hoc sacri novenarii cursu nova sanationis lux affulgere visa est ob superadditi morbi renalis solutionem; sed postridie tubercularis aegritudinis vices in peius ruebant, spes vero et fiducia, patris potissimum, per miraculum sanationem obtinendi in dies augebat. Die autem vigesima septima Novembris mensis, Missarum solemniis interesse voluit in nosocomii sacello, quo fuit in grabato advecta; Missae Sacrificio inchoato, Augusta cunctos a se dolores recessisse, consecrationis vero tempore perfectam valetudinem recuperasse illico animadvertit; Sacram Synaxim recepit; post Missam e lectica exsurgens huc illuc discurrere coepit, adstantibus omnibus stupore affectis plenae valetudinis signa ostendit. Medicus ipse nosocomio praefectus paulo post puellam inspexit,[1] quam sanatam primus recognovit, atque tertia post prodighimi die amplissimum de hac re testimonium scriptum edere non dubitavit.

De utraque itaque sanatione in episcopalibus Curiis Augustana et Oenipontana peractis apostolica auctoritate inquisitionibus, tres magnae notae periti a Sacra Bituum Congregatione adlecti, omnibus singulatim et una simul stricte perpensis, absque ulía haesitatione suum ediderant iudicium tum de morborum, quibus Maria Zech et Augusta Scheidle laborabant, gravitate et insanabilitate, saltem in instanti, tum de subita perfectaque sanatione ad Beati Conradi invocationem praeter naturae leges obtenta. Districta itaque ad iuris tramitem in triplici iudicii sede disceptatione praehabita, Nos tandem, divini consilii lumine implorato, die quarta et vicesima praeteriti mensis Februarii rite decrevimus: *Constare de duobus miraculis a Deo per Beati Conradi a Parzham intercessionem patratis,* nempe, *de instantánea perfectaque sanatione tum Mariae Zech ab osteoarthritetubercu-*

lari post-traumatica artus superioris dexteri; tum Augustae Scheidle a gravi tuberculosi pulmonari cum metastasi meningo-radiculari.

Deinceps, quod ex iuris praescripto reliquum erat, in generalibus comitiis coram Nobis triduo post habitis dilectus filius Noster Alexander S. R. E. Cardinalis Yerde, causae huius Ponens seu Relator, discutiendum dubium proposuit: An, stante duorum miraculorum approbatione, post indultam Beato Conrado a Parzham venerationem *tuto* procedi posset ad sollemnem ipsius canonizationem. Cum vero adstantes omnes tum Consultores, tum Officiales Praelati, tum Cardinales Patres, Sacrorum Rituum Congregationi praepositi, in affirmativam sententiam concorditer concesserint, Nos tamen ut Nostrum supremum proferremus iudicium próximas kalendas Martias selegimus; qua die coram praefato Cardinale Alexandro Verde, Camillo Cardinale Laurenti, S. Rituum Congregationis Praefecto, nec non Alfonso Carinci, eiusdem Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, salutari Hostia prius litata, sollemniter pronunciavimus: *Tuto procedi posse ad Beati Conradi a Parzham canonizationem.*

Quibus omnibus rite peractis, ut in ré tam gravi constitutus sapientissime a Praedecessoribus Nostris servaretur ordo, venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales prius apud Nos ad diem quintam eiusdem mensis in Consistorium secretum convocavimus. In quo dilectus Filius Noster Camillus Cardinahs Laurenti de vita, virtutibus et miraculis tum Beati Conradi a Parzham, tum Beati Ioseph Benedicti Cottolengo, Confessoris Sacerdotis, Parvae Domus a Divina Providentia fundatoris, tum Beatae Teresiae Margaritae Redi a Sacro Corde Iesu, virginis, monialis Carmelitarum Discalceatorum, brevem habuit sermonem et acta recensuit, quae in singulis eorumdem Beatorum causis beatificationis et canonizationis Sacra Rituum Congregatio, accurato praevio examine adprobaverat. Qua relatione expleta, Patres Cardinales suam Nobis de illis causis sententiam aperuerunt et Nos una voce ad earum legitimam absolutionem hortati sunt. Paulo post Consistorium *publicum* celebratum est, in quo pro Beatis illis praeclare peroraverunt Consistorialis Aulae Advocati, ex quibus dilectus filius Augustinus Schmidt de Beato Conrado a Parzham elogium texuit, et pro eius canonizatione de more institit. Nos autem Beatos illos sanctitatis diademate decorare summopere exoptare diximus; in re tamen tam gravi id non antea decreturos esse fassi sumus, quam Consistorium *semipublieum,* quod vocatur, indiceretur, in quo iterum Purpurati Patres, atque venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et Abbates, qui propius adessent, suam Nobis possent mentem aperire. Illos igitur in consueta aedium Vaticanarum aula die duodecima Martii mensis apud Nos convocavimus, eosque antea allocuti, uniuscuius-

que suffragium exquisivimus. Ipsi vero, re penitus cognita tum ex iis quae in superiori Consistorio publico gesta fuerant, tum ex commentariis de Beatorum illorum vita, virtutibus et miracubs, nec non de omnibus actis in eorumdem Beatorum canonizationis causis, quorum exemplaria unicuique eorum transmitti iussimus, in eamdem sententiam de Beatis illis ad Caelitum honores provehendis unanimiter convenerunt. De qua re Nos valde laetati sumus eo quia ex hac honoris amplificatione, tribus istis Beatis decernenda, non parum militans Ecclesia spiritualis utilitatis esset perceptura. Quamobrem ad sacras id genus caeremonias ad Sancti Petri in Vaticano peragendas diem certam statuimus; canonizationi autem Beati Conradi a Parzham hodiernam diem diximus, vicesimam mensis Maii, festum nempe Pentecostes; atque interea adstantes omnes adhortati sumus, ut hoc voluntatis Nostrae propositum suppliciter Deo commendare ne intermitterent.

De quibus omnibus ut acta iuridica conficerent, adstantibus Protonotariis Apostolicis mandavimus.

Cum autem haec faustissima dies illuxit, saeculari et regulari clero, Romanae Curiae Praesulibus et Officialibus, Abbatibus, Episcopis, Archiepiscopis et Patriarchis, amplissimo S. R. E. Cardinalium Collegio supplicationis ritu praeeuntibus, Vaticanam Basilicam, splendido apparatu ornatam, et maxima tum fidelium qui Romam undique, e Germania praecipue convenerant, tum Capulatorum Ordinis sodalium stipatam frequentia, Nos solemni pompa ingressi sumus, atque sanctissimae Eucharistiae Sacramento devotissime prius adorato, ad Nostram perreximus Cathedram, ibique sedimus.

Tum dilectus Filius Noster Carnibus Cardinalis Laurenti, Sacrae Rituum Congregationis Praefectus et canonizationi huic praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani, Sacri Consistorii advocato, *instanter* Nobis vota detuht Sacrorum Antistitum et Franciscanum Capulatorum Ordinis, ut Nos Beatum Conradum a Parzham Sanctorum numero accenseremus. Quod cum iterum ac tertio, *instantius* nempe et *instantissime,* idem Cardinalis, per eundem consistorialis Aulae Advocatum, postulaverit, invocato prius Beatissimae Mariae Virginis et omnium Sanctorum praesidio, et deinceps Spiritus Paracliti luminis gratia ferventius implorata, ex Divi Petri Cathedra, Nos, supremus catholicae Ecclesiae Magister, sollemniter pronunciavimus:

«Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium

Fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatum Conradum a Parzham Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali eius memoria quolibet anno, die natalis illius, nempe die vigesima prima Aprilis, inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti».

Qua canonizationis formula a Nobis edita, precibus annuentes praefati Augusti Milani, Cardinahs Procuratoris nomine porrectis, Decretales hasce sub plumbo Litteras confici expedirique iussimus et de ipsa canonizatione publicum instrumentum Piotonotariis Apostolicis exarandum mandavimus. Gratiis deinceps omnipotenti Deo ob tantum beneficium una eum adstante clero et populo rite persolutis et primum novensilis Sancti patrocinio invocato, ad aram maximam accessimus, incruentum Sacrificium oblaturi. Post autem evangelicam lectionem, quotquot aderant homilia allocuti sumus, in qua, breve eiusdem Sancti elogium texentes, praecipuas eius virtutes altius commemorare et ad imitandum proponere voluimus, quas ille per totam vitae semitam et in humillimo quidem ianitoris munere obeundo, ad evangelicam usque perfectionem exercuit: *virginalem,* inquiramus, *eastimoniam, qua animus exornatus per exilem sui eorporis formam angelico nitore radiabatur, atque arcanas caeli pulchritudines exprimere ac veluti repercutere videbatur; christianam eius humilitatem, qua ductus atque compulsus, illud Iesu Christi hortamentum in cotidianum usum miro , quodam modo reduxit: « Discite a me, quia mitis sum etffiumilis corde et invenietis requiem animabus vestris »; ac praeterea geminam eius Dei proximorumque caritatem, qua incensus hoc potissimum in deliciis habebat, ut nimitrum interdiu noctuque ad Augusti Sacramenti aram se provolveret, flagran issima ex animo vota precesque effundens; atque varia perpetuaque, ob suimuneris perfunctionem, rerum vicissitudine distractus atque distentus, arctissime nihilosecius cum Deo cotidie iungebatur; itemque, quotiens pro condicionis suae adiunctis poterat, totiens, peculiari ea suavis animi sui industria, in animarum salute procuranda elaborabat.*


Qua homilia a Nobis habita, apostolicam benedictionem et plenariam admissorum indulgentiam cunctis adstantibus peramanter impertiti sumus, ac, favente Deo, pontificale Sacrum persolvimus.

Praeclara itaque per hasce Nostras Litteras Sancti Conradi a Parzham, novi seraphici Capulatorum Ordinis sideris splendidissimifet nobilis Germanicae nationis decorisi fulgidissimi, consecrata memoria, omnibus mature perpensis quae inspicienda erant, certa scientia, apostolicae potestatis plenitudine, omnia et singula quae supra memoravimus iterum confirma-

mus, roboramus atque statuimus, decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus. Mandamus insuper ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntatis Nostrae infringere, vel eis ausu temerario contraire vel attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die vicesima mensis Mah, in Festo Pentecostes, Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£8 Ego IANUARIUS Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, Decanus Sacri Collegii.

£8 Ego MICHAEL Episcopus Tusculanus Cardinalis LEGA.

£8 Ego DONATUS Episcopus Sabinensisfet Mandelensis Card. SBARRETTI.

£8 Ego Fr. THOMAS PIUS Ord. Praed. Episcopus Portuensis et S. Eufinae Cardinalis BOGGIANI, Cancellarius S. E. E.

£8 Ego ALOISIUS Episcopus Praenestinus Cardinalis SINCERO.

£8 Ego HENRICUS Episcopus Veliternus Cardinalis GASPARRI.

Ego CALETANUS tit. S. Agathae Gothorum Presbyter Cardinalis BISLETI.

Ego ALOISIUS tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinahs CAPOTOSTI, Datarius.

Ego LAURENTIUS tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis LAURI, Maior Poenitentiarius.

Ego Fr. ALEXIUS HENRICUS M., O. S. M., tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis LÉPICIER.

Ego EUGENIUS tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis PACELLI.

Ego FRANCISCUS tituli S. Mariae Novae Presbyter CardinaUs MARCHETTI SELVAGGIANI.

Ego Fr. RAPHAEL CAROLUS tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis Rossi.

Ego IULIUS tituli S. Mariae supra Minervam Presbyter Cardinalis SERAFINI.

Ego ANGELUS MARIA tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Card. DOLCI.

Ego PETRUS tituü S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego CAMILLUS S. Mariae Scalaris Protodiaconus Cardinalis LAURENTI.

Ego ALEXANDER S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis VERDE.

Fr. TH. PIQS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

C. Card. LAUBENTI
S. B. C. Praefectus.

Ioseph Wilpert, *Collegii Protonot. Apostolicorum Becanus.*
Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*

Georgius Stara Tedde, ***Cane. Apost. Adiutor a studiis.***

EXPEDITA

ex Arce Gandulphi, die trigesima mensis Augusti, anno quartodecimo
Alfridus Marini, ***Plumbator.***

Angelus Pericoli, ***Scriptor Apostolicus.***

Beg. in Cane. Ap., vol. LI, n. 71. **- Al. Trussardi,** ***a tabulario.***

LITTERAE APOSTOLICAE

I

S. R. E. CARDINALIS S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE PRO TEMPORE PRAEFECTUS IN MAGNUM CANCELLARIUM ELIGITUR PONTIFICII ATHENAEI URBANI FIDEI PROPAGANDAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter praecipua huius Almae Urbis Athenaea, in quibus iuvenes in spem Ecclesiae succrescentes sacris imbuuntur disciplinis ut animarum spirituali bono aptius inde providere valeant, Pontificium illud Athenaeum est adnumerandum quod rec. me. Decessor Noster Urbanus PP. VIII, una cum Collegio, quod a suo ipsius nomine appellavit, anno MDCXxvn constituit, ut inibi ex omnibus orbis terrarum partibus, in quibus vel Evangelii lumen nondum plene affulsisset, vel haeresis aut schisma praevaluisset, vel catholica hyerarchia nondum esset constituta, Clerici exciperentur qui, prope Divi Petri Cathedram, tanta

fierent pietate divites, tam copiosa et sana instraerentur doctrina, nt, Sacerdotio aucti, Catholicam Fidem evangelizantes, eam opere, scriptis, ipsius vitae holocausto, si opus esset, tueri, conservare, propagare valerent. Huius autem Athenaei Scholae tribus his saeculis tam felix Dei gratia et Praedecessorum Nostrorum cura incrementum habuerunt, ut magna nunc multitudo alumnorum ex variis Collegiis, Religiosisque Familiis, praesertim Missionariis, etiam Ecclesiae Orientalis, maximo cum fructu, illas frequentent. Quibus scholis laeto quidem animo comperimus nuper adiunctum fuisse etiam *Institutum Missionale,* quod vocant, Athenaei Urbani proprium omnino et peculiare, in quo futuri Evangelii praecones ea omnia, quae speciali modo, sive theoretice, sive practice, ad missiones pertineant, apte addiscant quo celerius et efficacius D. N. Iesu Christi Regnum ubique terrarum dilatare valeant. Nil mirum igitur si praedictum Urbanum Collegium, eidemque coniunctum Athenaeum, quorum utrumque tam de Ecclesia bene est meritum, sicut omnibus Romanis Pontificibus Decessoribus Nostris maxime cordi fuerunt, ita peculiari modo sint Nobis, Quibus Summi Dei benignitas concessit ut novam eorundem saluбriorem et ampliorem in Ianiculo monte, iussu Nostro excitatam sedem, magni animi gaudio, Praesentes inauguraremus. Nunc autem ut eiusdem Athenaei tam Theologica quam Philosophica Facultas necnon Institutum Missionale, quod diximus, editae a Nobis Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominus* praescriptionibus magis magisque obtempèrent, preces Nobis adhibitae sunt, ut, sicut aliis huius Almae Urbis Pontificiis Universitatibus, Facultatibus, Institutis, Magnum Cancellarium praefecimus, nunc etiam Urbano Propagandae Fidei Athenaeo praeficiamus. Quibus votis Nos ultro libenterque concedere decrevimus ut novum benevolentiae Nostrae pignus ipsi Athenaeo tribuamus, certa spe freti ut idem, novo auctum decore, uberiores doctrinae fructus magis magisque in dies edat et maiora, opitulante Deo, incrementa in posterum suscipiat. Quare, praesentium Litterarum tenore, motu proprio, certa scientia atque matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine decernimus ut S. R. E. Cardinalis Sacrae Congregationis Fidei Propagandae pro tempore Praefectus praedicti Athenaei Urbani Propagandae Fidei *Magnus Cancellarius* ad normam Nostrae Constitutionis *Deus scientiarum Dominus,* quam diximus, iam nunc atque in posterum sit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Septembris, anno MDCCCCXXXIII, Pontificatus Nostri decimosecundo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

ORDO FRATRUM POENITENTIAE DE IESU NAZARENO EX INTEGRO SUPPRIMITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes, supremi nostri Apostolatus officium, inter alia ducimus, maximam adhibere curam ut sodales religiosi cuiuscumque Ordinis vel Congregationis, divinae gratiae vocationis digne respondentes, monita, praecepta, legesque propriorum Institutorum, tamquam servi apprime fideles, custodiant; et ita consolationem et reparationem aliquam Christo Iesu Domino Nostro offerant pro infinitis offensionibus et negligentis quibus homines ineffabilem Eius dilectionem rependunt. Inter ceteros fundatores Ordinum qui praeteritis temporibus floruerunt in Ecclesia Dei, postremus fuit Servus Dei Iohannes Alphonsus Várela y Losada, qui medio saeculo decimoctavo Salmanticae Ordinem instituit « Fratrum Poenitentiae de Iesu Nazareno », cuius membra vulgo « Scalzetti » nuncupantur, approbationemque retulit a Pio VI per Breve Apostolicum « Ex debito pastoralis officii » die 21 m. Martii a. 1784 cum privilegiis Ordinis Franciscalis. Ex proprio Ordinis instituto, Fratres sine intermissione vitae eremiticae, precationi et poenitentiae pro animarum salute incumbere debebant. Quamvis autem ab initio fructus salutares afferret Ordo, processu tamen temporum ob penuriam alumnorum, et ob alias graves causas, vita religiosa haud leve detrimentum passa est. Pluribus vere ab annis Apostolica Sedes, materna caritate, viros scientia et virtutibus eximios, variis vicibus miserat ad abusus atque incommoda tollenda, quae praesertim oriebantur ex nimia facilitate in recipiendis novis alumnis et novitiis, nec non in promovendis haud idoneis ad maiores Ordines; sed perdurantibus adhuc regiminis et gubernii defectibus novam postremo tempore mandavimus accuratiorem fieri visitationem. Qua expleta, necessarium ducimus, aegro quidem animo, Ordinem ipsum Fratrum Poenitentiae supprimere et extinguere. Sacra igitur audita Congregatione Religiosorum Sodalium negotiis praeposita, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, hisce litteris ea quae sequuntur decernere statuimus, videlicet: Ordinem Fratrum Poenitentiae de Iesu Nazareno, a Servo Dei Iohanne Alphonso Várela fundatum et a Pio VI approbatum, ex nunc de iure supprimimus atque extinguimus, eundemque suppressum et extinctum declaramus, omnesque eiusdem socios votis, sive solemnibus sive simplicibus obstrictos, dispensamus, et

eosdem de facto dispensatos habere volumus. Omnes reliquos aspirantes, postulantes, novitios, si qui habeantur, ad suas domus remittimus, interdicta omnibus delatione habitus eiusdem Ordinis suppressi. Omnes domus, residentiae, ceteraque bona extincti Ordinis, ad S. Sedem deferantur, quae ad normam cann. 493-494 I. C. disponet. Ordinarii locorum, capta domorum et bonorum possessione, nomine S. Sedis provideant ne Dei cultus vel animarum cura aliquod capiant detrimentum, et huic S. Sedi de peractis relationem faciant, rationemque reddant. Haec omnia quae Litteris hisce Apostolicis statuta sunt, exsequutioni mandanda committimus Venerabili Fratri Lucae Hermenegildo Pasetto, Episcopo tit. Geritano, qui etiam per subdelegatum providebit ut Sacerdotes suppressi Ordinis per benévolos Ordinarios vel incardinentur alicui Dioecesi, vel saltem, sine incardinatione licentiam obtineant, si apti sint, officia et ministeria sacra exercendi. Ordo igitur Fratrum Poenitentiae, ex integro suppressus et extinctus habendus est, neque in posterum vitam aboliti Ordinis sub quacumque specie vel ratione alicui instaurare liceat. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis confirmatione et approbatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et Constitutionibus, ceterisque, licet speciali atque individua mentione et derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Eomae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx m. Novembris, an. MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri decimo quarto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. IOANNEM TIT. S. B ALBIN AE S. R. E. PRESB. CARDINALEM VERDIER, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD PRIMUM CONGRESSUM CATHOLICORUM EX TOTA CECOSLOVACHIAE REPUBLICA, PRAGAE COGENDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem.— Non sine magna animi voluptate accepimus, Pragae, clarissima in urbe Cecoslovachiae capite, primum catholicorum ex tota Bepublica Congressum sub exitum huius mensis celebratum iri. Ex quo enim novus ille Status post

maximum bellum exortus est, nunquam catholici viri cuiuscumque generis et linguae, qui intra eius fines commorantur, in unum coaluerunt, ut rei catholicae tuendae communi agendi ratione consulerent ac pro vidèrent. Haec autem eiusdem fidei sodalium eiusdemque patriae civium caritas et concordia exstabit sane magnum et iucundum spectaculum, bonorum omnium laude et commendatione dignum. Ad fraternam vero tot dissimi-Hum animorum coniunctionem fovendam, nulla profecto inveniri potest causa praestantior, nulla pariter vis efficacior, quam propositum in agendis coetibus argumentum, hoc est divina humani generis Redemptio, quam in Sacro Anno novissime elapso per totum Orbem catholicum sollemniter commemoravimus. Nonne enim saluberrimum illud opus, per ipsum Dei Filium misericorditer peractum, est origo et fundamentum catholicae religionis atque Ecclesiae ipsius Christi prima ratio et causa? Huius igitur sacrosancti Mysterii memoria ac recordatio erit fidelibus Pragam conventuris veluti virtus attractoria, per quam ex catholicis genere et sermone moribusque diversis efficietur una omnium mens, una eademque voluntas. Nos igitur, qui nullo non tempore commendavimus, ut catholicorum studia in quavis natione ad communem tuendam fidem, ad bonosque servandos mores, concordi impulsione industriaque conferantur, consilium a Cecoslovachiae Praesulibus iam pridem susceptum congressionem huiusmodi Pragam cogendi, non modo paterna laude exornamus, sed per Nostram quoque Conventus ipsius participationem Legatique Nostri missionem apostolica auctoritate conroboramus. Quapropter te, Dilecte Fili Noster, qui tam insigni polies dignitate quanta inest amplissimae romanae purpurae ac muneri archiepiscopali in nobilissima ista Parisiorum Sede peragendo, Legatum Nostrum, ut iam antea ediximus, per has Litteras eligimus atque constituimus, ut Congressui catholicorum Pragae proxime habendo, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Minime autem dubitamus, quin ipsemet, pro singulari tua prudentia ac virtute, proque intima caritate, qua cum Cecoslovachiae populo devinciris, concreditum tibi munus sis plane feliciterque absoluturus. Quot autem exstant in vetusta illa ac turrita urbe Pragensi monumenta praeteritae aetatis, quae de catholica maiorum religione atque virtute loquuntur! Quam multae sacrae aedes, priscis memoriis artibusque exornatae, acuta pinnacula ad caelum extollunt: imprimis vero cathedrale illud templum, sancto Vito dicatum, ex arce longe conspicuum, quod ipsi civitati tamquam custos caelestis invigilare ac praeesse videtur! Quot sacrae imagines et fidei signa ac monumenta ad pietatem fidelium excitandam ipsamque divinam Redemptionem recolendam publice etiam palamque exhibentur, ut Crux veneranda, quae vel in ipsis templorum fastigiis, vel secundum frequentiora itinera transeun-

tium animos ad se suaviter allicit! Quam pretiosi cineres et reliquiae heroum Ecclesiae patriaeque ad christianam fidem virtutesque civium acuendas in templis religiose asservantur! Per ipsas autem exuvias ac memorias splendide loquuntur clarissimi illi viri, ut Sanctus Wenceslaus, Bohemiae Dux ac Patronus, Sanctus Adalbertus martyr, Sanctus Ioannes Nepomucenus, sacerdotalis muneris hostia praeclara, qui de Ecclesia simul atque civili societate optime meriti sunt. Fidenti igitur animo traditum tibi munus, Dilecte Fili Noster, suscipito, sacrisque coetibus ac caeremoniis praeestoj ex Pragensi enim catholicorum congressione id fore confidimus ut arctissima fidelium consensio in Cecoslovachia efficiatur, non modo ad Ecclesiae catholicae bonum atque utilitatem, sed etiam ad civilis convictus concordiam ac prosperitatem. Quum vero, die ipso Apostolorum Principibus dicato, media in urbe, in sancti ipsius Wenceslai splendido porrecto que foro, coram Augusto Sacramento fidelibus sollemniter ostenso, pia catholicorum ex tota natione agmina, confertis ordinibus, ipsum Redemptorem sub eucharisticis velis latentem summa veneratione adorabunt, eiusque signaculum Crucis alte intuebuntur, omnes profecto boni Ecclesiae filii spondebunt, sese huic beati Petri Cathedrae magis magisque in dies fortiter studioseque adhaesuros. Denique, ut sacra celebratio utilior fideli populo evadat, tibi ultro damus, ut, Sacro sollemniter peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenam iisdem commissorum veniam proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Dum autem Deum precamur, ut tibi tuaeque legationi prospera omnia eontingant, in auspicium caelestis huius praesidii inque praecipuae caritatis Nostrae signum, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, Olomucensi et Pragensi Archiepiscopis ceterisque Cecoslovachiae Praesulibus pariterque civilibus magistratibus iisque universis, qui sollemnibus eoetibus intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Iunii, in festo SS. Corporis Christi, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EXCMUM P. D. PETRUM DI MARIA, ARCHIEPISCOPUM TIT. ICONIENSEM PONTIFICIO SOLIO ADSTANTEM, HACTENUS NUNTIUM APOSTOLICUM IN HELVETIA, CUIUS MERITA OPERAMQUE COMMENDAT.

PIUS PP. XI

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. •— Haud ita pridem tuum Nobis animum aperire voluisti, quo, licet Ecclesiae utilitati studiose ipse usque ad extremum vitae tempus deservire exoptares, tamen, baud satis firma praesertim affectus valetudine, Apostolici Legati munus tua sponte deponere efflagitabas. Id quidem Nobis vehementer dolet, quum adiutrice eiusmodi ac fideli opera tua diutius utendi omittendam spem esse videamus; sed, rationibus a te allatis benigne perpensis, tuo voto assentiendum censuimus. Quum vero eximia tua promerita plane perspecta habeamus, hanc nacti opportunitatem, debitis te laudibus afficere volumus, propterea quod tam diuturnum ac frugiferum laborem ad Ecclesiae bonum impendisti, antea, in flore iuventutis, munera obeundo apud Collegium Urbanum et Congregationem de Propaganda Fide itemque in Collegio Bohémico, cuius regimen tennisti, deinde, aetate provectus, Catacensem Ecclesiam prudenter moderando et Legationibus Apostolicis, sive apud Canadenses, sive apud istam Rempublicam, fideliter perfungendo. Quam ob rem, dum egregios omnes huiusmodi labores tuos magnopere tibi gratulamur, at eos nominatim quos, episcopalem dignitatem iam fere triginta annos gerens, adsidue impendisti, Nostris votis ac precibus tibi a Deo ominamur, ut, redintegratis viribus, per multos adhuc annos, pietate et exemplo ad virtutem aliis praelucens, salutares uberesque fructus tibi et Ecclesiae valeas afferre. Quorum quidem conciliatrix esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, tuisque omnibus effusa in Domino caritate impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Bomam, die x mensis Augusti anno MCMXXXV, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

BELLICENSIS ET FELTRENSIS

DE FINIUM DIOECESIUM MUTATIONE

DECRETUM

Cum Excfhus P. D. losue Cattarossi, Episcopus Bellunensis et Feltrensis, supplices preces Apostolicae Sedi obtulerit, ut pro bono animarum, pagi vulgo *Cassol* et *Fornaci* appellati, qui pertinent ad paroeciam S. Petri Apostoli in *Sospirolo,* in' dioecesi Bellunensi, ab hac dioecesi dismembrarentur atque paroeciae Reginae Pacis in *Meano,* in dioecesi Peltrensi, attribuerentur, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, precibus benigne annuens, praesenti Consistoriali Decreto statuit ut memorati pagi *Cassol* et *Fornaci* a dioecesi Bellunensi seiungantur atque dioecesi Feltrensi aggregentur, mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est ipsum Excmum P. D. losue Cattarossi, Episcopum Bellunensem et Peltrensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere remittendi, intra sex menses, ad S. C. Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Bomae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 6 m. Iulii a. 1935.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. $ S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis; singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

11 Novembris 1935. — Titulari episcopali ecclesiae Euroeensi in Epiro praefecit R. D. Florentinum Asensio Barroso, Administratorem Apostolicum Barcastrensem.

16 Novembris. — Cathedrali ecclesiae Marianopolitanae et Marquettensi Exc. P. D. Iosephum Plagens, hactenus Episcopum tit. Rhodiapolitanum.

— Cathedrali ecclesiae Savannensi Exc. P. D. ÇJ-eraldum O' Hara, hactenus Episcopum tit. Heliopolitanum in Phoenicia.

21 Decembris. — Cathedrali ecclesiae Tepicensi R. D. Anastasium Hurtado, Vicarium Capitularem ipsius dioecesis.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, dignatus est sequentes providere Ecclesias, videlicet:

17 Octobris 1935. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Iustinianensi praefecit R. D. Ioannem Panico, deputatum Delegatum Apostolicum in Australasia.

30 Octobris. — Titulari episcopali ecclesiae Rhesainensi Exc. P. D. Iosephum Gionali, hactenus Episcopum Sappensem.

11 Novembris. — Titulari episcopali ecclesiae Basilinopohtanae R. P Alexandrum Poncet, e Societate Mariae, quem constituit primum Vicarium Apostolicum Insularum Wallis et Futuna.

25 Novembris. — Cathedrali ecclesiae de Shillong Exc. P. D. Stephanum Ferrando, hactenus Episcopum Krishnagarensem.

9 Decembris. — Titulari ecclesiae Paraetoniensi, B. D. Franciscum Person, Vicarium Apostolicum a Litore Eburneo.

II

DECLARATIO PRIVILEGII

PRO SODALIBUS PIAE UNIONIS CLERI A MISSIONIBUS

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, in"'Audientia infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefecto die 5 Decembris 1935 concessa, declaravit privilegium anticipandi a meridie recitationem Matutini cum Laudibus diei sequentis in favorem Piae Unionis Cleri a Missionibus iuxta rescriptum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide sub die 2 Decembris 1921 datum (cf. *Acta Apost. Sedis,* 1921, p. 565), valere *pro omnibus* qui sacrum officium recitare tenentur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda[5] Fide, die 6 Decembris 1935.

P. Card. FUMASONI-BIONDI, *Praefectus.*

L. © S.

C. Salotti, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

ROMANA

CANONIZATIONIS B. IOSEPHI MARIAE PIGNATELLI, SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio reassumptionis Causae Beati Iosephi Mariae Pignatelli in casu et ad effectum de quo agitur.

Inditae Societatis Iesu alter parens Beatus Iosephus Maria Pignatelli merito habetur; ipse enim in turbulentissimis tempestatibus, quae Dei Ecclesiam Societatemque Iesu vexaverunt, Deo confisus, heroica obedientia munitus, fortissime se gessit, et vix sibi licuit, Pio VI s. **m.**

approbante, nt Societas Iesu veluti a morte vindicata resurgeret pia sollicitudine sategit.

In alma Urbe die 15 Nov. 1811 diem supremum virtutibus et meritis cumulatus obiit. Heroicis virtutibus miraculorum iubar accessit : quare die 21 Maii a. D. 1933 sollemnis beatificationis honoribus rite fuit cohonestatus.

Fidelem Servum suum videtur Deus ampliori gloria adhuc extollere velle; nonnulla enim signa, quae veri nominis miracula esse ferunt, hac illae eius intercessione patrata dicuntur. Eapropter Emus P. Carolus Miccinelli, causarum Servorum Dei S. I. generalis Postulator, vota quoque depromens Emi ac Rmi D. Cardinalis Francisci Vidal y Barraquer, Archiepiscopi Tarraconen. omniumque suffraganeorum Episcoporum suae provinciae, nec non Archiepiscoporum Toletani, Caesaraugustana Valentini, totiusque Societatis Iesu, Ssmum D. N. Pium Papam XI suppliciter exoravit, ut Canonizationis Causa resumeretur. Itaque in ordinario S. R. C. coetu die 18 Iunii mensis habito, Emus ac Rmus D. Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Causae Ponens seu Relator, Dubium proposuit : *An signanda sit Commissio Reassumptionis Causae praedicti Servi Dei in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Rmi Patres, omnibus perpensis, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, rescribere rati sunt : *Affirmative,* seu *Signandam esse Commissionem Reassumptionis Causae Canonizationis Beati Iosephi Mariae Pignatelli, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem, subsignata die, Ssmo D. N. Pio Papae XI per R. P. D. Fidei Promotorem Generalem relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria Manu signare dignata est Commissionem Reassumptionis Causae Canonizationis eiusdem Beati Iosephi Mariae Pignatelli.

Datum Bomae, die 19 Iunii 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. £8 S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

TROPIEN, SEU NUCERINA PAGANORUM

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI VITI MICHAELIS DI NETTA, SACERDOTIS PROFESSI CONGREGATIONIS SSMI REDEMPTORIS.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Inter praeclaros sanctitate viros, qui saeculo xvm volvente, Ecclesiam Dei illustrarunt, defenderunt, auxerunt, singulari quadam luce renidet sanctus Ecclesiae Doctor, Alfonsus Maria de Ligorio. Enimvero ea infausta aetate, dum impia encyclopaedistarum commenta fidem exterius impetebant, moresque depravabant, simul intus serpebant adbuc ianseniani veneni bac illae vestigia, quae a suavi Christi iugo animos per adversam viam retrahebant. Quibus mahs strenue obviam ivit validissima Alfonsi opera, qui sanctitatis fulgore, indefesso apostolico ministerio atque praeclarissimis scriptis, populi christiani pietatem mirifice fovit, erexit, et labem iansenianam penitus expulit.

Sed et aliud addidit vexatae Ecclesiae praesidium, Congregationem nempe Ssmi Redemptoris a se laboriosissime conditam atque provectam, cuius sodales *ipsum Redemptorem sequuti, per agros, pagos et castella pauperibus evangelizarént* (Br. Rom. in f. S. Alf.).

Tanti Patris genuinum filium, in hoc praesertim sanctissimo munere obeundo, hodie suspicimus Venerabilem Servum Dei Vitum Michaelem Di Netta, sacerdotem professum laudatae Congregationis, eo prope tempore mundo datum, quo Alfonsus ad caelestia evocatus est.

Vallatae, in Hirpinis, intra Bisaciensis dioecesis fines, ex piis honestisque parentibus Platone et Bosa Villani, primus ex novem filiis, Vitus Michael Di Netta natus est die 26 Februarii mensis anno D. 1787, eodemque die baptizatus. Quinquennis sacra Confirmatione roboratus est, et quo primum licuit, ad paenitentiae et Eucharistiae sacramenta, caelesti perfusus gaudio, accessit. Pietatis germina, quae in eo religiosissima mater inseruerat, mire in puero succreverunt, adeo ut Ecclesiam adire, Missis sacrisque actionibus interesse et ministrare ipse in deliciis haberet, mirante populo, qui eum sanctum puerulum conclamabat. Nec satis hoc eius pietati: •

pluries enim in hebdomada ieiunium servabat, novendialibus precibus corporisque afflictationibus, pro suo modulo, ad Deiparae festa celebranda animum comparabat. Nec minori studio litteris addiscendis incumbebat. Sacerdote Felice Villani, avúnculo, favente, Vitus S. Angeli de Lombardis Seminario adscitus, miras seu in Htteris seu in pietate progressiones fecit. Decimum septimum agens annum, divinae vocationis ad religiosam vitam indubia signa cum comperisset, rem pio avúnculo aperuit, qui, omnibus pensatis, Congregationem Ssmi Redemptoris amplecti nepoti est eonsiliatus. Anno 1805 ad S. Angeli « a Cupolo » in Pontificia ditione, tyrocinium inchoavit, quod tamen, ob publicae rei eversionem, Napoleone Bonaparte imperante, interceptum, restituta Ecclesiae atque regno quiete, complevit, atque religiosa vota, quae iam ante dispersionem emiserat, summo animi gaudio anno 1808 definitivo modo nuncupavit confirmavitque.

Philosophicarum, theologicarumque disciplinarum curriculo cum laude absoluto, sacros ordines suscepit, sacerdotio auctus die 30 Martii mensis a. D. 1811. .

Iam ab ipso tyrocinii initio Christum imitari et hunc crucifixum sibi firmiter proposuit, illudque Pauli sibi assumpsit: *mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* (Gal., 6, 14). Per hanc Christi imitationem, per hunc mundi despectum, carnem, passionesque suas rationi plenissime subditas asperrimis paenitentiis reddidit, atque a carnalibus veluti vinculis absolutus, virtutes omnes, quae sacerdotem et religiosum virum decent, exercendo, ad perfectionis culmen attingere visus est, caelestibus spiritibus comparandus. Tenerrima erga Beatissimam Virginem religione ferebatur, cuius maternum praesidium, praesertim in peccatoribus ad paenitentiam nectendis, praesens iugiter est expertus.

S. Alfonsi itaque Legiferi patris spiritu plenissime imbutus, arduo apostolatus ministerio apprime maturus, sacris missionibus totum se dedit, universam fere Calabriam pluries indefesse peragrans, immensos uberrimosque animarum manipulos colligens. Adhuc vivida bene factorum eius inter illas gentes memoria. Odia restincta, dissidia composita, gliscentes rixae atque scandala cuiusque generis sublata, male parta restituta, uno verbo mores christianaque vita instaurata patris Di Netta apostolicos labores semper et ubique consequebantur. Fidelis servi sui sanctitatem animarumque zelum Deus indubiis signis confirmabat, magis magisque copiosam largiens animabus redemptionem.

Catacii per breve tempus, Tropaeae postea moratus est, unde ad varia Calabriae oppida civitatesque, veluti excurrens, advolabat. Triginta septem annos huic laboriosissimo, fere unice, impendit ministerio, quousque nempe vires ei suffecere, Calabriae Apostolus merito conclamatus. Laboribus pae^-

nitentüsque fractus, per biennium a missionibus abstinere coactus fuit: anno autem 1849, die tertia Decembris mensis, S. Francisco Xaverio sacra, cuius virtutes aemulatus fuerat, purissimam animam, Ecclesiae sacramentis recreatam, Deo reddidit, complòrantibus non solum suae Congregationis sodaHbus, sed et universis Tropaeae civibus, amantissimo et desideratissimo patre orbatis.

In eius vita pulcherrimam diversarum virtutum harmoniam admirari est: asperrimam enim paenitentiam cum angelica innocentia, altissimae orationis studium cum laboriosissimo apostolico opere, demissam humilitatem cum extraordinaria regendi agendique prudentia consocia vit: tota vero eius vita a pueritia ad mortem usque continuo quodam et numquam interrupto cursu ad altiora progressus fuit, iuxta illud: *Iustorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectam diem* (Prov. 4,18).

Iustis funebribus maximo totius civitatis concursu rite celebratis, cadaver sollemni pompa, triumpho simili, sepulturae mandatum.

Sanctitatis fama, eo demortuo, adeo invaluit, ut Ordinaria auctoritate seu in Tropiensi, seu in Curia Nucerina Paganorum, inquisitiones annis 1896 et 1897 fuerint peractae. Deinde et super scriptis et super obedientia Urbanianis decretis praestita inquisitum est.

A S. E. C. decretum super Servi Dei scriptis die 10 Decembris mensis anno Domini 1909 editum est. Die 22 Iunii mensis anno Domini 1910 Pius X s. m. Commissionem Introductionis causae Sua manu obsignavit. Die 12 Novembris anno Domini 1913 super *non cultu* decretum est. Apostolicis processibus rite absolutis, die 23 Martii anno 1927 iuridica omnium processuum vis recognita fuit. Hisce itaque ad normam iuris perfectis, die 27 Octobris mensis anno 1931 coram Emo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente seu Eelatore, Antepraeparatoria Congregatio super virtutibus coacta est: die 10 Novembris mensis anno Domini 1934 habita est Praeparatoria: Generalis vero die 25 pr. ei. mensis, coram SS. D. N. Pio XI, in qua idem Emus Cardinalis dubium proposuit discutiendum: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum, cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi Cardinales, Officiales Praelati, PP. Consultores sua edidere suffragia: quibus benigne exceptis, Sanctitas Sua Deum, Patrem luminum, exorandum edixit, iudicium suum aliquantisper differre statuens.

Omnibus itaque perpensis, suam sententiam aperire hac die 7 Iulii mensis, Dominica IV post Pentecosten decrevit. Quapropter, arcessitis Emis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. E. C. Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Eelatore, nec non E. P. Salvatore Natucci, Fidei generali Promo-

tore, meque infrascripto Secretario, sacrosancto Missae Sacrificio piissime litato, edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis, Venerabilis Servi Dei Viti Michaelis Di Netta, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum promulgari, et in acta S. E. C. referri mandavit.

Datum Eomae, die 7 Iulii a. D. 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. ^ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

SACEA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

COLLEGIUM INTERNATIONALE ANGELICUM DE URBE, ORDINIS PRAEDICATORUM, CANONICE ERIGITUR.

DECRETUM

Ordinis Praedicatorum Magister Generalis ab hoc Sacro Dicasterio postulavit ut eiusdem Ordinis *Internationale Collegium Angelicum,* ad altiora studia provehenda institutum, canonica erectione donetur.

Haec Sacra Congregatio, rerum adiunctis perpensis, Magistri Generalis supradicti votis obsecundans, *Collegium Internationale Angelicum,* Ordinis Praedicatorum, pro alumnis qui altioribus studiis incumbunt canonice erigit et erectum declarat.

Servatis ceteris de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Callisti, die xvin Iulii MCMXXXV.

C. Card. BISLETI, *Praefectus.*

L. © S.

E. Rumiii, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 23 Novembre 1935, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Dott. ENRIQUE OLAYA HERRERA, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Colombia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Avendo VEiho Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier presentato al Santo Padre le sue dimissioni da Prefetto della Sacra Congregazione dei Religiosi, Sua Santità si è degnata fargli pervenire la seguente Lettera del Suo Emo Cardinale Segretario di Stato :

Dal Vaticano, 31 Dicembre 1935.

Emo e Revmo Signor Mio Ossmo,

Il Santo Padre, facendo seguito al colloquio avuto con l'Eminenza Vostra Reverendissima questa mattina, mi ha dato l'ordine di confermarLe per iscritto quello che a viva voce Le ha detto, di esprimere cioè a Vostra Eminenza la Sua sincera gratitudine per quanto Ella, in ben sette anni, ha fatto nella direzione della Sacra Congregazione dei Religiosi, alla quale la sua vasta coltura, la sua arga esperienza ed il lungo e pio esercizio della professione religiosa l'avevano meritamente destinata.

In pari tempo Sua Santità, accedendo al proposito manifestato dall'Eminenza Vostra, ha creduto, per quanto con Suo rammarico, di accettare le dimissioni da Lei presentate da Prefetto della medesima Sacra Congregazione.

Il dispiacere del Santo Padre di doversi privare della saggia collaborazione di Vostra Eminenza nel governo di sì importante Dicastero Ecclesiastico è tem" perato dal pensiero e dal voto che l'Eminenza Vostra, esonerata dal gravoso ufo ciò, possa continuare con maggior agio e non minore operosità a prestare utili e segnalati servigi alla Chiesa.

Ed è con questi sentimenti di riconoscenza e di augurio che Sua Santità vuole Le giunga anche in questo momento la Sua paterna Apostolica Benedizione, pegno dei celesti favori ed attestato di quella stima e benevolenza, di cui Ella ha sempre goduto da parte della stessa Santità Sua.

